



**Totivs Ivris Canonici Compendivm, Siue, Brevis Svmma In
Qvinque Libros Decretalivm Sacri Concilii Tridentini
Decretis Accommodata**

In Qva Ivris Canonici Primæ Institutviones, seu Elementa ita traduntur, vt plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac Doctorum receptorum auctoritate communiuntur ...

Axel, Johannes Honorius van

Coloniae Agrippinae, 1656

Liber Primvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61552)

TOTIVS

IVRIS CANONICI COMPENDIVM

Sive

BREVIS SVMMA IN QVINQVE LIBROS DECRETALIVM SACRI CONCILII TRIDENTINI

Decretis accommodata.

AUCTORE

IOANNE HONORIO AB AXEL
De Seny, Vltrajectensi, Ciue & Aduocato Romano.

SVMMÆ IN DECRETALES

LIBER PRIMVS.

SVMMARIA.

1. Summa conscripta est eis qui studuerunt Institutionibus Imperialibus.
2. Ecclesia legum Romanarum non respuit famulatum.
3. Decretales, liber sextus clementina, & extrauag. eundem habent titulorum ordinem.
4. Decretum diuiditur in tres partes, distinctiones, causas & tractatum de consecratione.
5. Christianorum duo sunt genera, mancipati diuino officio & laici.
6. Ius diuinum est quod lege continetur & euangelio.
7. Ius canonicum est quod Christianorum actiones ad finem aeterna beatitudinis dirigit.
8. Leges & Canones seruandi sunt in foro conscientia, cum distinctione, an sint consilij, vel precepti.
9. Etiam si ex causa aliquid statuunt contra ius naturale.
10. Lex & Canon inducentes penam, ac fundati super presumptione, fictione, aut consuetudine qua non sunt vera aut requirentes certam solemnitatem, non seruantur in foro conscientia.
11. Lex iniusta, aut nutritiua peccati non seruantur in foro conscientia.

Summa in Decretales.

A

12. De-

12. Decretales sunt rescripta quibus summus Pont. ad consultationem alicuius respondet.
 13. Gregorius Papa IX. compilauit decretales.
 14. Fideles de necessitate salutis subsunt summo Pontifici.
 15. Ius Canonicum constat constitutionibus, rescriptis, & consuetudine.

PROOEMIUM.



SCRIPTURAS breuem Enarrationem in quinque libros Decretalium, accomodatam Sacri Concilij Tridentini decretis, Deum optimum maximum humiliter precor, vt intellectum meum dignetur illuminare, lectorem monitum cupio, † vt degustatis Imperialibus Institutionibus, ad huius opusculi lectionem accedat, in quo omisi, aut breuiter attingi titulos qui in Imperialibus Institutionibus fusiùs explicantur, † quia vti leges Imperiales sacras & diuinas regulas non dedignantur sequi. *Auth. vt clerici apud proprios episcopos* §. neque enim volumus c. clerici de iud. c. euphemium §. 1. vers. de ea 2. quæstion. 3. c. fin. in fine de secund. nupt. c. sane §. sed sicut is, quæst. 3. c. lege §. fin. 10. dist. ita sancta mater Ecclesia venerandarum legum Romanarum c. 1. 30. quæst. tertia, non respuit famulatum, c. super specula, de priuil. c. 1. de nou. oper. num. c. in audientia, de sent. excom. dist. 10. in summ. & per tot. etiam in causa spiritali, c. in audientia & ibi Pan. in 5. not. de sent. excomm. ac interdum mitigat rigorem iuris Ciuilis c. 2. de adul. & stup. c. pefsumum in fin. & ibi gloss. fin. 23. quæst. 8. Deo auctore rem aggredior, seruato ordine titulorum Decretalium, iuxta præceptum summorum Pontificum, qui cum Constitutiones aliquas promulgabant nouiter, eas mandabant sub antiquarum serie seruari. §. quem librum in 3. proem. lib. 6. † Hinc eundem habent titulo-

rum ordinem Decretales, liber sextus, Clementinæ, Extrauag. Ioannis XXII. & Extrauag. communes, † Connumeratur inter leges canonicas liber decretorum, editus anno 1150. gloss. in c. post appellationem, §. forma in verb. 1161. 2. quæst. 6. quia approbatus fuit per Eugenium Papam III. & à populo, & publicè legitur in scholis, & facit plenam fidem: Pan. in c. 2. in fine & ibi Felin. n. 44. de rescript. Marant. in specul. part. 3. nu. 34. diuiditur in distinctiones, quarum sunt centum & vna; causas quæ sunt triginta sex, & per modum positionis formantur, & sub eis variæ quæstiones explanantur, sub 33. causa in 3. quæstione intermiscetur tractatus de penitentia per septem distinctiones: post 36. causâ ponitur tractatus consecrationis per quinque distinctiones, glossa in singulis rubricis decretalium notat decreti loca, in quibus materia titulorum tractantur. Ac præmitto † quod duo sunt genera Christianorum, est vnum genus, quod mancipatum diuini officio, & deditum contemplationi, & orationi, ab omni strepitu temporalium cessare conuenit; vt sunt Clerici & Deo deuoti. Aliud genus est Christianorum, vt sunt laici, quibus concessum est, vxorem ducere, terram colere, oblationes superaltaria ponere, decimas reddere. c. duo sunt genera 12. quæst. 1. † Ius diuinum est, quod lege continetur; & euangelio, cap. 1. §. hac sancta & §. seqq. de summa Trinit. atque immutabile semper permanet, & fas vel ius naturale appellatur, quo quisque iubetur alij facere, quod sibi vult fieri, & prohibetur alij inferre, quod sibi nolit fieri, c. 1. & 2. dist. 1. † Ius canonicum est ius quod Christianorum actiones ad finem æternæ beatitudinis dirigit, Proem. decret. in princ. dist. 3. in sum. & c. 1. & 2. † nam 8. leges positivæ, gloss. 1. in c. que in ecclesiarum de const. c. de capitulis & cc. seqq. dist. 10. & Canones,

mones seruandi sunt, in foro conscientia, *cap. 1. & c. nam concupiscentiam. de constit. c. nulli 19. dist. c. illud & ibi Pan. in 3. notab. de maior. & obed. c. sicut dignum de homicid. cum distinctione, an sint consilij, vel precepti, gloss. in c. generali in verbo inhibemus de elect. in 6. c. fin. 1. 4. quest. 1.*

¶ Et uam si ex causa aliquid statuatur contra ius naturale, vt in usufructu, prescriptione, Macedoniano, Velleiano, *Pan. in c. quia plerique nu. 25. & seqq. de immunit. eccles. & ibi Can. & ligant delictum omnino occultum: Clement. 2. de heret. nisi canon distinguat, in et forum penitentiale & iudiciale, c. tua de sponsal. vt actione l. Aquilia tenetur dans damnum culpa leuissima, l. in l. aquilia 2. ff. ad l. Aquiliam. in foro conscientia non tenetur de damno, sed imponitur penitentia de negligentia: Innocent. in d. c. sicut dignum post n. 4. &*

10 *Pan. in c. 1. n. 11. de constit. & sed lex vel canon non seruantur in foro conscientia, si inducant penam: c. fraternitas 12. quest. 2. arg. l. si pana causa ff. de cond. indeb. vel fundentur super presumptione, fictione, consuetudine, qua non sint vera: c. is qui fidem & ibi Pan. de sponsal. c. veritate & seq. 8. dist. c. inquisitioni de sent. excomm. c. cum aeterni de re iud. in 6. aut requirant solemnitate, qua non fuit seruata in actu, vt heres non conficiens inuentarium, non tenetur in foro conscientia ultra vires hereditarias, nec ad vsuras extortas per testatorem, si in veritate non est in hereditate; ex minus solemnitate debentur legata; electio valet in qua interuenit consensus eligentium absque alijs solemnitatibus; ex contractu nullo ob defectum solemnitatis licet res retinetur; *Pan. in d. c. quia plerique nu. 28. 31. 41. & 43. & ibidem Can. Pan. in c. 1. n. 19. de in integr. restit. Felin. in c. 1. nu. 39. & seqq. de constit. & ibidem Can. Pan. in c. 1. nu. 10. de constit. Franc. in c. quanquam nu. 9. & 10. de vsur in 6. & ibi Canon. hereditate non adi-**

ta debentur legata pia: *Pan. in c. relatum post nu. 6. de testam. & idem obrinet quando lex esset iniusta ex fine, vt si princeps eam edidit propter suam vtilitatem: c. erit autem lex dist. 4. velex auctoritate, si excedit metas suae potestatis: c. vt animarum de constit. in 6. l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. velex forma, quia non distribuit aequae onera subditorum, sicut debet facere bonus paterfamilias: siue nutritiua peccati. *Pan. in c. 1. nu. 9. de constit. & ibidem Felyn. num. 4. vers. secundus casus. & Decretales sunt rescripta quibus summus Pontifex ad consultationem alicuius respondet, siue solus, cap. 1. de rescript. siue de consilio, c. bon. mem. mag. de elect. vide gloss. mag. in sum. 3. dist. Felyn. in c. consulere in princ. de sim. Compilauit libros decretalium sanctae memoriae & Gregorius Papa IX. per sanctum Raymundum suum penitentiarium. §. sane in proem. & Omnes fideles de necessitate salutis, substant summo Pontifici Romano, qui habet vtrumque gladium, iudicat omnes & a nemine iudicatur. *Extrauag. 1. de maior. & obed. in communibus, c. episcopo §. sola & c. seqq. 9. quest. 3. & Constat ius canonicum constitutionibus, rescriptis, consuetudine.***

De summâ Trinitate, & fide
Catholicâ.

Titulus I.

S Y M M A R I A.

1. Trinitas vnum est vniuersorum principium.
2. Vnde dicatur.
3. Fidei definitio, & in quo consistat.
4. Fidelium vna est vniuersalis ecclesia.

Hæ rubrica præmittitur, quia & Trinitas, vnum est vniuersorum principium: ob maioritatem & prioritatem, Summa dicitur. & Trinitas dicitur, quia licet vna sit sub-

A 2

sub-

substantia, & essentia, seu natura diuina; est tamen pater, qui generat: filius, qui gignitur; Spiritus sanctus, qui procedit; vt distinctiones sint in personis, vnitas in natura: cap. 2. §. nos autem hoc tit. c. qui episcopus 23. dist. quæ per Moysen & sanctos Prophetas aliosque famulos suos, iuxta ordinatissimam dispositionem temporum, doctrinam humano generi tribuit salutarem: & tandem vnigenitus Dei filius Iesus Christus à torâ Trinitate communiter incarnatus, ex Mariâ semper virgine, Spiritus sancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex animâ rationali, & humanâ carne compositus, vna in duabus naturis persona, viam vitæ manifestius demonstraui. cap. 1. §. hæc sancta & §§. seqq. hoc tit. † Fides est substantiâ sperandarum rerum, argumentum non apparentiam: §. Paulus in epistola ad hebr. cap. 11. consistit in collectione articulorum siue symbolo apostolico; d. §. hæc sancta Trinitas & §§. seqq. c. hæc est fides 24. quasi. 1. d. c. qui episcopus 23. dist. e& eadem in substantiâ cum fide antiquorum, distat in qualitate; quia quod ipsi credebant de futuro, scilicet filium Dei natiurum, nos credimus de præterito scilicet Christum natum; vnde Math. 21. cap. turba autem quæ precedebant, & quæ sequebantur, clamabant, O sanna filio Dauid. † Vna est fidelium vniuersalis ecclesia; extra quam nullus omnino saluatur, in quâ idem ipse sacerdos est sacrificium Iesus Christus, cuius corpus & sanguis in sacramento altaris, sub speciebus panis, & vini, veraciter continetur, transsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem, potestate diuina, vt ad perficiendum mysterium vnitatis, accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Non solum autem virgines, & continentes, verum etiam coniugati, per rectam fidem, & operationem bonam, placentes Deo, ad æternam

merentur beatitudinem peruenire. c. 1. §. vna & §. fin. hoc tit.

De Constitutionibus.

Titulus II.

S V M M A R I A.

1. Consuetudo iudici est probanda.
2. Constitutio propriè est quod Princeps statuit, largè sumitur pro omni statuto etiam inferioris.
3. Constitutionem qui facere possint.
4. Concilium vniuersale aggregandi auctoritas est penes summum Pontificem.
5. Summus Pontifex est super Concilium vniuersale nec ab eo indicatur.
6. Concilium prouinciale conuocant primates, Metropolitani, seu illis impeditis Coepiscopus antiquior prouincie sed non Capitulum primitialis aut metropolitana ecclesia sede vacante.
7. Concilium episcopale seu synodale conuocat episcopus, ac sede vacante Capitulum Cathedralis ecclesia.
8. Constitutionis proprium est vt futuris negotiis scripto intelligatur.
9. Constitutio omnis habet clausulam derogatoriam ad rescripta contraria ad vtilitatem partium concessa.
10. Et si expressam habeat clausulam derogatoriam, eius forma est seruanda.
11. Constitutioni Conciliarij specialiter est derogandum; secliso Concilio Tridentino.
12. Constitutio Conciliarij quanam dicatur.
13. Constitutio quomodo tollatur.
14. Leges allegari possunt in foro ecclesiastico.
15. Statuta laicorum non ligant clericos.
16. Statuta loci iudicij, vel loci contractus, an sine attendenda.

I Vs scriptum est certius, ideo præmittuntur titulus, de Constitutionibus, ac titulis

de Rescriptis, & postea subnectitur titulus de consuetudine. Allegans constitutiones, siue Statuta quia certa sunt, non tenetur ea producere. *c. pastoralis & ibi Pan. & Can. de fid. Instr. Bart. in l. omnes populi nu. 67. ff. de iust. & iur. per l. 1. in princ. vers. nam si quidem ff. ad Senat. Turpill. secus si alleget consuetudinem, ¶ quæ debet probari iudici. l. 1. C. qua sit longa consuet. gl. ff. in lib. 2. in verbo iuris, C. si contra ius vel iuris. pub. & ibi DD. allegantes obs. 96. cent. 5. Item positioni iuris non est respondendum; l. in omni ff. de iur. & facti ignor. gl. fin. in fin. de confess. l. ornamentorum ff. de auro & arg. leg. l. confessionibus cum l. seq. in fin. ff. de interrog. act. gl. in lib. 2. §. quod obseruari in verbo existimat. C. de iur. iur. prop. calumn. positioni iuris non scripti est respondendum, quia non est certum, Bart. in l. 2. nu. 13. de confess. Bart. in l. prescriptione num. 11. C. si cont. ius vel iuris. pub. Bart. in 2. d. §. quod obseruari num. 29. ¶ Constitutio proprie est, quod princeps statuit; c. constitutio 2. dist. §. sed & quod principi Inst. de iur. nat. gent. largè sumitur pro omni statuto etiam inferioris, c. consuetudo §. fin. 2. dist. & ita sumitur in hac Rubricâ, sub qua tractatur non tantum de statutis Principum, sed etiam inferiorum, c. cum omnes, c. qua in ecclesiarum c. cum in hoc tit. ¶ Constitutionem facere possunt Papa, c. fin. hoc tit. c. inter alia de sent. excomm. c. sic omnes & c. seqq. 19. dist. c. in causis de sent. & re iud. Legatus, c. fin. de offic. legat. cap. 1. de locat. & cond. c. quod dilectio de consang. & affin. Archiepiscopus, Episcopus, c. si quis de maior. & obed. c. vestra de locat. & cond. Differentia est in publicatione: Constitutiones summi Pontificis sufficit in vrbe publicari, vt omnes ligent; l. necessarium §. post ea ne diuisus & ibi Bald. n. 2. ff. de orig. iur. c. 1. & c. quod nec sufficit de possul. Pralat. nisi habeant appositum decretum publicationis speciale. c. 1. de locat. & cond. c. quoniam de Simon. c. ita quorundam de iud. c. omn.*

§. unde hoc de penit. & remiss. Archiepiscopus & Episcopus tenentur sua statuta plebibus nota facere. c. fin. 18. dist. Item Constitutionem condunt Abbas, c. cum ad Monasterium §. Abbati vero de stat. Monach. Prælatus, Innoc. in c. eum ad Ecclesiarum n. 1. de offic. ordin. Capitulum, c. cum accessissent hoc tit. c. significatum de prob. gl. in cap. 2. §. ceterum in verbo statutum de verb. signif. in 6. c. 1. de his q. fi. a. mac. part. cap. Populus, Bart. in l. omnes populi nu. 3. & seq. ff. de iust. & iur. c. qua in ecclesiarum hoc tit. quodlibet Collegium approbatum, c. ex literis hoc tit. l. 1. §. quibus autem ff. quod cuiusque vniuersit. nom. & ibi DD. Bart. in d. l. omnes populi n. 6. Iudices, Bart. in d. l. omnes populi num. 8. prout locis opportunis latius dicitur, & fusè traditur in §. constat. autem, & §. seqq. instit. de iur. nat. gent. & ciuil. item Concilium vniuersale, c. 1. & 2. & 3. dist. 15. cap. habeo & c. seqq. 16. distinct. gl. in sum. dist. 17. Concilium prouinciale, 18. dist. in summa de Consiliis & c. seqq. Synodus episcopalis, c. pen. & fin. 18. dist. de quibus pauca attingemus. ¶ Auctoritas aggregandi Concilij vniuersalis est penes summum Pontificem, & sedem Apostolicam; dist. 17. in summa & c. 1. & 3. & seqq. & c. regula §. porro dist. 3. & ibi gloss. cui si Romanus Pontifex interesse impediatur, vnum vel plures legatos, ad hoc specialiter destinatos, constituere solet, c. regula vestra & ibi gloss. 1. dist. 17. alias non concilium, sed conuenticulum aut conciliabulum censetur; & quidquid in eo actum est, irritum habetur & vacuum: c. multis dist. 17. c. regula & c. seqq. 17. dist. Episcopi secundum ordinationis suæ tempus, siue ad conferendum in Concilio siue ad subscribendum, & votandum, Gemin. in c. definitus 22. dist. vel in qualibet aliâ re, sua attendunt loca, tempusque ordinationis non ad ecclesias, sed ad personas refertur; c. fin. dist. 17. c. episcoporum 74. dist. c. fin. in fine 75. dist. cap.

§ 1. de maior. & obed. † Summus Pontifex est
 super Concilium, nec ab eo iudicatur, sed
 tota eius causa Dei iudicio referuatur. c. con-
 filia §. Symachus dist. 17. c. quamuis dist. 21. c. o-
 mnes 22. dist. c. significasti §. aiunt in concilio de
 elect. gloss. fin. in c. ex parte de cap. monach. Propos.
 in rubrica de appellat. num. 35. & 36. c. postremo
 sess. 25. Prouincialia concilia, pro exhortatio-
 ne, moderandis moribus, corrigendis excel-
 sibus, controuersijs componendis, debito
 in diuinis officijs regimine, deque congruâ
 in his cauendi seu modulandi ratione, c.
 cum dignitates §. cetera sess. 24. addendis, re-
 mittendisue ijs, quæ circa examinationis
 formam, in collatione parochialium eccle-
 siarum sunt constituta, c. expedit in fine sess. 24.
 alijsque ex sacris Canonibus permissis, 18.
 § dist. in summa & c. 1. & seqq. c. sicut de accusat. †
 primates, sine auctoritate metropolitani,
 Zabar. in c. graue in 2. quest. de prebend. vbi late
 tractat. de cons. prouinc. & metropolitani, per
 seiplos sine auctoritate primatis, c. si quis epi-
 scopus §. integrum 92. dist. gloss. in summa dist.
 17. cap. 2. & ibi gl. in verbo metropolitani dist. 18.
 seu illis legitime impeditis, coepiscopus an-
 tiquior, in suâ prouinciâ, sed non capitulum
 primitialis, aut metropolitane ecclesie sede
 vacante, cap. 2. sess. 24. ibi metropolitani per seiplos
 c. sicut ibi metropol. de accus. quolibet saltem tri-
 ennio, iure decretorum quolibet anno, c.
 quoniam dist. 18. c. sicut de accus. c. cum sit §. si quis
 de iudicis & c. post octauam resurrectionis
 Domini nostri Iesu Christi, seu alio com-
 modiori tempore, pro more Prouinciæ co-
 gere debent: alias canonicis panis subia-
 ceant, d. i. quoniam §. hunc ergo. In quo Epi-
 scopi omnes, requisiti vna vocatione per li-
 teras, Gemm. in cap. 1. nu. 5. de penit. in 6. & Can.
 c. si episcopus & ibi gloss. in verbo preceptione 18.
 dist. & Can. conseruato metropolitani pri-
 uati, siue honore, secundum ordinationis

suæ tempus, alius alij locum deferens, c. pla-
 cuit 1. dist. 18. c. fin. dist. 17. personaliter, c. non
 oportet dist. 18. Innoc. in c. graue de prebend. aut
 propter necessitatem seu impedimentum
 graue, vel senectutem, c. episcopus & ibi Gemm.
 & Can. cap. placuit. 18. dist. aut vocationem à
 rege, c. si episcopus & ibi Gemm. & Can. 18. dist.
 c. cum parati de appell. per legatum, c. episcopus
 1. dist. 18. c. si egrotans §. quæstion. 3. qui excusa-
 tiones literariæ, conscriptas de ferat archi-
 episcopo, non autem synodo, alias suæ ec-
 clesie communionem debent esse contenti, c.
 placuit 2. dist. 18. & ibi Gemm. sub num. 1. & Can.
 c. si episcopus dist. 18. in vnum congregantur:
 nec non abbates c. ex ore de priuil. c. vi aposto-
 lica eod. tit. in 6. (qui regulariter non compel-
 luntur ad Synodum prouincialem venire, c.
 fin. & ibi Gemm. 18. dist. c. episcopus 2. dist. 18.
 tamen expedit eis vt veniant, propter statu-
 ta, quæ ibi fiunt, quandoque in eorum præ-
 iudicium, quæ si præsentem, sint poterunt im-
 pedire, ne fiant,) Gemm. in c. episcopus et. 2. n.
 1. dist. 18. quando habent populum, aut mem-
 bra non exempta, aut territorium propri-
 um, iurisdictionemque quasi episcopalem
 intra ambitum prouinciæ. Quarant. de Con-
 cil. prouinc. in 3. quest. & ibi late additio c. conue-
 nientibus §. religiosissimi monachi & ibi gl. &
 Can. 1. quest. 7. etiam si sint commendatarij
 perpetui, in Sacris ordinibus constituti, con-
 uenire omnino tenentur, & secundum tem-
 pus suæ promotionis ad Abbatiam in digni-
 ori loco collocantur, tempusque promotio-
 nis non ad monasteria sed ad personas re-
 fertur. arg. Consist. Pij. Pap. 17. 95 in Bullar. ian-
 do c. fin. 17. dist. & c. placuit. 18. dist. Solique ab-
 bates habent vocem decisuam, qui habent
 iurisdictionem quasi episcopalem, & vsum
 pontificalium ex priuilegio apostolico, Qua-
 rant. de Concl. prouinc. in 3. quest. & ibi additio 1.
 in fine. Thom. Camp. de auctorit. Sacri Concilii.

c. 7. quia habere vocem, decisiuam est iurisdictionis, c. suffraganeis & ibi Pan. in not. & c. transmissam de elect. cæteri consultiuam: Præterea conueniunt cathedralium ecclesiarum capitula. c. fin. de his quæ sunt à prelat. & Innoc. in d. c. graue. quæ habent vocem consultiuam, & possunt comparere, per procuratorem, c. fin. & ibi Pan. nu. 4. de his quæ sunt à prelat. sine conf. cap. c. graue & ibi Zab. in 3. & 5. quæst. de prebend. & alij, qui de iure, vel consuetudine interesse debent, exceptis ijs, quibus cum imminente periculo transiretandum esset: nec episcopi comprouinciales, prætextu cuiuslibet consuetudinis ad metropolitanam ecclesiam, inuiti accedere compelluntur: Idem episcopi, qui nulli archiepiscopo subijciuntur, aliquem vicinum metropolitanum semel eligunt: ac eius electio ligat successores, in cuius synodo prouinciali, cum alijs interesse debeant, & quæ ibi ordinata sint, obseruent; in reliquis eorum exemptio Salua & integra manet c. 2. sess. 24. Si quis synodo adesse neglexerit, vel cæterum fratrum antequam consilium dissoluatur, crediderit esse deserendum, aliternum se à fratrum communione agnoscat, nec eum recipi liceat, nisi sequenti in synodo fuerit absolutus, c. si episcopus el. 2. cc. seqq. dist. 18. c. certum xi. quæst. 2. contra regulam, absolutio excommunicati non debeat differri, c. qua fronte de appell. Quicumque in patriarchas, primates, archiepiscopos, episcopos promoti, in primâ synodo prouinciali, in qua ipsi interfuerint, debent omnia & singula in concilio Tridentino statuta, palam recipere, nec non veram obedientiam summo Pontifici spondere, simulque omnes hæreses à sacris Canonibus & generalibus Concilijs, ac etiam Tridentino damnatas, publicè detestari, & anathematizare: quod si quis exsupradictis omnibus renuerit, episcopi compro-

uinciales statim summum Pontificem, sub panâ indignationis diuinæ, admonere tenentur, las. in l. vnica nu. 2. ff. si quis ius dicenti non obtemp. interimque ab eius communione abstinere: c. 2. sess. 25. Hæc concilia, siue ille qui concilijs præest, habet ordinariam iurisdictionem, & definitionem, de consilio tamen & assensu aliorum episcoporum, & abbatum, vel maioris partis, in omnibus causis, quæ vertuntur inter episcopos & clericos, c. sicut olim de accusat. c. scitote 6. quæst. 3. c. propter 18. dist. late Zab. in c. dudum in 6. quæst. de prebend. vbi plures alias quæstiones deciderat. Quarant. de Concil. prouinc. quæst. 23. & 3. quæst. seqq. ac in causis, quæ de sui natura tractantur in istdem concilijs; non competit ius auocandi domum: in alijs causis competit. Zab. in c. graue in 4. quæst. de prebend. & in alijs quæst. seqq. de paruis negotijs, & de ijs, quæ spectant ad onus, possunt condere canones, c. catholica xi. dist. c. 1. de consecrat. dist. 3. gloss. in c. regula §. porro in verbo legato dist. 3. de magnis rebus non possunt, c. multis dist. 17. c. quoties 24. quæst. 1. c. concilia in princip. dist. 17. sed habent auctoritatem imponendi & indicendi, quod alias statutum est, dist. 18. in summa c. sicut de accusat. Ex constitutione Sixti V. edita vigesima tertia martij, 1584. statuta conciliorum prouincialium transmittuntur ad curiam, & per sacram congregationem Dominorum Cardinalium deputatam, pro interpretatione & executione Concilij Tridentini recognita, & approbata publicantur, & post lapsum sex mensium ligant, c. fin. 18. dist. Metropolitani, qui ex his quæ defert episcopus secum, siue iumentum, siue aliquam speciem expetierit, soluit quadruplum: c. quoniam §. fin. 18. dist. eulogiæ non sunt requirendæ, nec vtrò delatæ respiciendæ, c. de eulog. 18. dist. † Episcopalia siue synodalia concilia sunt, quæ episcopus

scopus sine auctoritate metropolitani, gloss. in summa 17. dist. ac, sede vacante, capitulum cathedralis ecclesie, Henric. Botteus de Synodo episcop. p. 1. nu. 4. & seqq. Ioan. Franc. Pavinus de offic. & potest. cap. sede vacante p. 1. princ. quest. 7. sub n. 3. c. 2. §. synodi quoq; Diocesana quotannis celebrentur sess. 24. cap. sicut ibi in episcopaliibus Synodis annuam per singulas diacesis celebrand. de accus. in luâ diaccesi singulis annis conuocat, dum inter suos abbates & clericos cognoscit, c. annis singulis 18. dist. ad quæ tenentur accedere omnes parochi, ac cunctus clerus ciuitatis & diaccesi, ita tamen, quod ecclesijs non subtrahatur diuinum officium: ac etiam laici, si ex causa per episcopum vocentur, c. fin. 18. dist. Pan. in cap. quod super his de maior. & obed. Innoc. in d. c. graue. exempti ones, qui alias, cessante exemptione, interesse deberent, nec generalibus capitulis subduntur; ut sublata videatur distinctio, quæ fiebat iure decretalium in exemptis, an habeant populum vel non habeant; gloss. in c. dilectus in verbo de lege turid. de offic. ordin. gl. in c. quod super his & utrobique Can. de maioris. & obedient. Gemin. in c. episcopus el. 2. qui distinguit 18. dist. & ratione parochialium, aut aliarum ecclesiarum, etiam annexarum, ij omnes, qui earum curam gerunt, quicumque illi sint: c. 2. §. synodi quoque sess. 24. c. ex ore de priuileg. nisi in citatione episcopus expresserit, causam non licitam, aut notoriè constet, quod aliquid velit disponere, contra canones. c. quod super his de maior. & obed. Promoti ad beneficia ecclesiastica, qui in synodo diaccesana conuenire debent, in ea synodo, quæ primo quoque tempore celebrabitur, facere & obseruare tenentur ea, ad quæ promoti ad episcopales, & maiores ecclesias tenentur, alias secundum formam sacrorum canonum puniantur. d. c. 2. §. ceteri sess. 25. In hac synodo singuli episcoporum suis ecclesijs notificare

studeant, quæ in concilijs prouincialibus statuta, & definita sunt: quod si quisquam hæc parui pendenda crediderit, pæna suspensionis ab officio, duorum mensium, persistat vsquequaque multatus. c. fin. dist. 18. & ibi gloss. c. sicut in fine de accusat. Item possunt condere canones episcopales, de negotijs paruis: gloss. fin. in summa dist. 18. gloss. 1. in c. 2. de maioris. & obed. in ea examinatores ab episcopo, seu eius vicario ad minus sex proponuntur in particulari & nominatim, Garc. de benef. p. 9. cap. 2. §. 2. n. 333. & 335. & seqq. qui synodo satisfaciant, & ab ea approbentur, vt secum examen perficiant, ad singulas parochiales vacantes; c. expedit §. examinatores sess. 24. Garc. de ben. p. 9. c. 2. n. 64. & seqq. quorum officium morte episcopi non expirat, Garc. de benef. p. 9. c. 2. n. 73. & seqq. sed eis mortuis vel impeditis, episcopus vel capitulum, sede vacante, alios non potest creare, donec synodus habeatur: Garc. de benef. p. 9. cap. 2. n. 81. & seqq. contra decis. Rota. ibidem n. 87. & seqq. allegat. ac deputantur quatuor aut etiam plures probata & qualificata persona iuxta constitutionem Bonifacij Papæ octaui, quæ incipit, statutum, quibus causæ ad forum ecclesiasticum pertinentes, à sede apostolicâ in partibus delegandæ committantur. c. quoniam sess. 25. Garc. de benef. p. 9. c. 2. n. 76. & seqq. & n. 349. & seqq. ead. p. 9. c. 2. §. 2. Publicatur synodus diaccesana absque præuâ recognitione & approbatione per sacram Concilij Tridentini congregationem. Quarant. in summa bullarij verbo synodus diaccesana. Cuiusuis constitutionis proprium est, vt futuris negotijs scripta intelligatur, non præteritis, nisi expresserit: c. 2. & c. fin. & ibi gl. fin. hoc tit. c. deliberatione §. fin. in fine de offic. deleg. in 6. & ibid. Archid. & Can. & actus contra prohibitionem legis factus, est nullus ipso iure, etiam si lex hoc non expresserit. c. qua contra de reg.

reg. iur. in 6. c. imperiali 25. quest. 2. c. vides dist. 10. Idem iuris est si actus fiat contra formam à lege datam. c. tua nos in sine de sponsal. sententia lata contra ius est ipso iure nulla quando error est in sententiâ expressus, l. si cum inter C. quam prouoc. non est neces. 1. a. in l. ius pluribus n. 3. 4. & seqq. vbi ampliat & limitat ff. de iust. & iur. & ibi DD. ac etiam quando lata est contra statutum redactum in volumine statutorum, Bald. in d. l. si cum inter C. quam prouoc. non est neces. Caputaq. decis. 136. par. 2.

9 Omnis ¶ constitutio habet clausulam derogatoriam, ad rescripta contraria, ad utilitatem partium concessa; vt ad validitatem ipsorum sit necesse facere mentionem de iure contrario, saltem in genere, videlicet non obstante quacunque lege quæ in contrarium loquatur: c. rescripta 25. quest. 2. gloss. in cap. 1. in verbo noscatur hoc tit. in 6. gl. fin. in l. fin. C. si contra ius vel utilit. pub. Felin. in c. nonnulli n. 9. de rescript. & ibi Pan. n. 10. Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verbis non obstante in principio nisi ¶ constitutio habeat expressam clausulam derogatoriam, cuius forma est seruanda: l. neminem C. de canon. frum. vrb. Rom. lib. 11. & ibi Bart. & DD. gloss. in l. omnis & ibi Bart. n. 2. & DD. ff. de aqueduct. lib. 21. si requirat specialem mentionem, non sufficit generalis, c. vnico de excessib. Pralat. in 6. aut ¶ sit conciliaris, cui specialiter est derogandum, c. nonnulli de rescript. c. eam te de at. & qualis. 1. a. in l. fin. n. 4. c. si cont. ius. vel utilit. pub. & Oldrad. cons. 326. n. 1. & seqq. immo singulariter, Bald. in l. humanum not. 3. C. de leg. Felin. in d. c. nonnulli post n. 2. quamuis eius series & dispositio fuerit narrata, c. ex parte de c. monach. Ripa. post Archid. & alios in cap. 1. sub n. 8. de iud. Rot. diuers. decis. 338. n. 6. p. 1. Cesar. decis. 3. n. 12. de rescript. aut sit redacta in corpore iuris, vel summus Pontifex concedat priuilegium: d. c. ex parte Rot. diuers. decis. 122. n. 2. & 3. p. 1. secluso concilio

Summa in Decretales.

lio Tridentino, quod declarauit omnia & singula sub quibuscunque clausulis & verbis, quæ in eo statuta sunt, ita decreta fuisse, vt in his salua semper auctoritas sedis apostolicæ & sit, & esse intelligatur; c. 21. sess. 25. contra quod summi Pontifices rescribunt, sine speciali & generali derogatione. Pius V. in suo motu proprio publicato & registrato in cancellaria apostol. 1570. die sabbat. die 23. decemb. pontif. anno 5. Garc. de benef. part. 4. cap. 5. n. 25. & 30. & seqq. plures decisiones referens Felin. in c. at si clerici §. de adulterijs, sub nu. 2. de iud. Iacobat. de cõcil. l. 5. ar. 19. n. 21. qualis declaratio & submissio non fuit facta à cæteris concil. generalibus: & quod sit multorum auctoritate, dicitur maioris roboris; c. prudentiam in fine princ. de offic. & potest. iud. deleg. idè difficilius Papa dispensat contra constitutiones conciliorum, c. post translationem in sine de renunciat. c. sunt quedam & cc. seqq. 25. quest. 1. licet eas solus tollere possit, sine consilio: c. sicut sancti & ibi gl. fin. dist. 15. c. vbi periculum §. 1. & ibi gloss. in verbo concilio de elect. in 6. Felin. in c. 1. n. 24. hoc tit. & ibi Can. contra eas nullo modo dispensare possunt, legatus, à latere, c. dilectus 1. de prab. iuncto c. 2. de concess. prabend. Clem. 1. & ibi gloss. in verbo eligatur de elect. & DD. aut episcopus, c. cum dilectus & ibi gloss. in verbo de atate de elect. & ibi Pan. Dicitur ¶ constitutio conciliaris, quam facit Papa in concilio generali, vel quæ fit sacro approbante concilio, c. vbi periculum de elect. in 6. Clem. 1. de elect. c. sacro. de sent. excomm. vel quæ fuit facta in concilio, & à Papa approbata, c. 1. de pact. c. p. de sponsal. & c. 10. de iud. & ibi Dec. in princ. pulchre Rot. diuers. dec. 123. p. 1. qua contrarias opiniones refusat. Tollitur ¶ constitutio prior per posteriorem, illi contrariam; quamuis nullam de priore constitutione mentionem fecerit: c. 1. hoc tit. in 6. c. 1. de cogn. spirit. l. non est nouum ff. de leg. gl. 1. mag. in c. quoniam dist. 182.

B sed

sed non tollitur statutum, siue consuetudo specialis præcedens & rationabilis, nisi expressè caueatur in ipsa, *d. c. l. hoc tit. in 6. & ibidem monach. & Can. vt de his copiosius traditur per DD. in §. pen. Instit. de iur. natu. gent.*

¹⁴ ad quos me remitto, In foro ecclesiastico licet allegare leges imperiales, *c. super specula de priuileg. c. 1. de nou. oper. nunt. c. si in adiutorium & c. quis autem & c. seq. dist. 10. c. quo iure dist. 8.* imo iura ciuilia generaliter disponentia, etiam si pænã contineant. habent locum in foro canonico contra clericos & ecclesias, quando contractum, in iure canonico cautum non reperitur; *c. ecclesia primo & ibi Host. & Ioan. Andr. n. 9. vt lit. pend. c. 1. §. fin. dist. 10. c. suscipitis in fine c. pen. & fin. dist. 10. Rot. decis. 72. n. 32. & seqq. p. 2. Anch. in c. hac constitutione in 4. de off. leg. in 6. not. & quando iure ciuili denegatur actio ob magnam æquitatem, denunciatio euangelica non potest intentari; *Pan. in c. fin. num. 26. & seqq. de prescript. Bald. in c. vnico §. si quis per triginta post n. 10. & seqq. si de feud. fuer. controu. inter. dom. & agn.**

¹⁵ statuta vero laicorum non obligant clericos *c. ecclesia B. Maria & ibi Pan. in repet. n. 26. & 37. & DD. communiter de constit. auth. casta & ibi Bart. n. 2. & DD. C. de sacros. eccles. Gail. obs.*

¹⁶ *32. & seq. n. 2.* In præparatorijs iudiciorum inspicienda sunt lex, statutum & consuetudo loci iudicij, in Concernentibus verò decisionem causæ, respicienda sunt statutum & consuetudo loci contractus, etiam si res de qua contractum est sit alibi sita *Ias. post Bart. in l. cunctos populos, num. 17. 20. & 41. Bald. num. 93. & seqq. & dd. communiter C. de summa Trini.* quando vnus duntaxat est locus contractus, vbi verò duplex est, vt quia in vno loco initus est, alius autem locus destinatus sit solutioni, tunc quoque solennitates & cætera quæ debent adhiberi vel impleri tempore contractus, inspicienda est obseruantia loci in

quo fuit contractum, sed quoad ea quæ veniunt implenda post contractum in esse productum in loco solutioni destinato, inspicienda sunt consuetudo & statuta loci destinatæ solutionis *Myns. obs. 82. cent. 4.*

De rescriptis.

Titulus III.

1. Rescriptum largè & strictè sumitur.
2. Rescriptorum, alia sunt gratia, alia iustitia.
3. Rescripti tres sunt partes.
4. Rescripta gratia & iustitia diuerso iure censentur, nam rescriptum per sub & obreptionem impetratum ad beneficia est ipso iure nullum.
5. Rescripta ad lites per sub & obreptionem impetrata, non sunt nulla ipso iure, sed ope exceptionis.
6. Citatio non est necessaria in impetratione rescripti.
7. Surreptio committitur in exprimendo falsum & verum tacendo, & quis eam probare teneatur.
8. Narratiua supplicantis, duplicis sunt generis, quadam sunt simpliciter pars gratia, quadam absolutè causa concessionu, vel concessionu magis clausulata.
9. Narratiua Papa non probat quando super ea non fundatur intentio Papa, si super ea fundatur intentio Papa, adhibenda est distinctio, an sit de facto proprio, vel de facto alieno.
10. Narratiua Papa emanata ad petitionem partis non probat, nec transferre onus probandi.
11. Rescripta gratia perpetua sunt, sed rescripta ad lites intra annum presentari debent.
12. In Rescriptis gratia inspicitur tempus date, in rescriptis iustitia, tempus presentationis.
13. In Rescriptis gratia ex errore in facto proprio pra-

presumitur dolus, in rescriptis iustitiæ in dubio non presumitur dolus.

14. Rescripta iustitiæ iudici presentata citato aduersario ad dicendum contra ea sunt communia.
15. Rescripta iustitiæ impetrata sine speciali mandato non valent, in rescriptis gratiæ ad beneficia non exigitur mandatum.
16. Rescripta gratiæ sunt personalia, & morte gratiati expirant, in rescriptis iustitiæ adhibenda est distinctio, an sint impetrata sub nomine dignitatis, vel contra personam.
17. In Rescriptis gratiæ & iustitiæ subintelliguntur clausulae, si ita est, saluo iure tertij.
18. Rescriptum gratiæ aut iustitiæ non statur quæ continent manifestum in constructione peccatum.
19. Sub & obreptio dolosa vitiat rescripta gratiæ & iustitiæ in totum, si ex simplicitate vel ignorantia processu, eatenus vitiat, quatenus fuit causa inductiua concessionis.
20. Rasure quando vitiat rescripta.
21. Rescripta tam gratiæ quam iustitiæ sunt restringenda.
22. Rescriptum posterius quando deroget priori.
23. Princeps dispensat circa ius humanum, circa ius diuinum & naturale declarandi & interpretandi habet facultatem.
24. Dispensatio est remissio legis facta ex causa urgente ab habente potestatem.
25. Dispensationum quedam est simpliciter permessa & quedam est de iure debita. Item alia est gratiosa, alia commissaria.
26. In dispensatione secunda debet fieri mentio de prima.
27. Dispensatio & facultas dispensandi differunt.
28. Absolutio à commisso crimine, siue indulgentia & rehabilitatio differunt.

RESCRIPTUM ¶ sumitur largo modo, & tunc comprehendit priuilegium, bene-

ficiū principis, & alia rescripta, quæ emanant nedum ad iuris obseruantiam, sed etiam præter vel contra ius: & ita sumitur in hâc rubricâ, sub qua tractatur de priuilegijs, c. 1. c. cum ordinem & c. constitutus hoc tit. c. si propter, hoc tit. in 6. dispensationibus, c. si gratiose c. quauis hoc tit. in 6. indulgentijs, c. fin. hoc tit. in 6. literis beneficialibus, c. eam te & c. seq. c. cum adeo, hoc tit. & literis ad lites: c. ceterum, c. ad hac c. nonnulli & hoc tit. strictè rescripta sunt epistolæ subditis datæ ad beneficia, vel lites, quæ ius inter partes statuunt; c. consuetus de concess. prebend. cap. 1. hoc tit. l. 2. C. de leg. Franc. in c. si cui nulla de preb. in 6. illa ¶ rescripta gratiæ, hæc iustitiæ appellantur; in dubio præsumitur rescriptum iustitiæ, & qui gratiam allegat gratiam probare debet: c. fraternitatis de schismat. Gemin. inc. si cui nulla n. 5. Archid. in princ. & Franc. n. 1. de prebend. in 6. Ioan. And. in c. in causis post n. 34. & 38. de elect. & ibi Pan. n. 11. & 12. circa quæ, ac dispensationes, cæteris prætermisissis quasdam regulas trademus. Rescripti ¶ tres sunt partes, narratio, supplicatio, quæ respiciunt impetrantem. & conclusio quæ concedentem respicit. Bald. in c. super literis n. 24. hoc tit. & hanc vltimam partem practici vocant dispositiuam, siue clausulas, nam ibi Papa conscribit illas clausulas quas vult concedere, Rebuff. in praxi tit. de sign. grat. n. 23. parte 1. Rescripta ¶ gratiæ, & iustitiæ, in multis diuerso iure censentur, vt latè tradit Menoch. de arbit. iud. cas. 201. & casu 202. lib. 2. cent. 3. Rescriptum ¶ per sub, & obreptionem, impetratum ad beneficia, est ipso iure nullum; & taciturnitas exceptionis peremptoriæ aduersario competentis inducit surreptionem: c. ad auer. c. constitutus, c. ad audienciam, el. 2. hoc tit. c. fin. de preb. Clem. 1. de preb. c. si motu s. i. de preb. in 6. c. quod super his de fid. inst. Felin. in d. c. ad audienciam el. 2. n. 22. vbi ampliat & limitat & ibi

Pan. n. 50. & 8. & Canc. communiter & potest opponi de surreptione dupliciter, declinatoriè, quia si literæ non valent, executor non recipit iurisdictionem; & peremptoriè contra gratiam, vltque ad sententiam, Pan. in c. fin. n. 4. de præsumpt. gl. fin. in c. ad audientiam, el. 2. & ibi Pan. n. 10. & 15. hoc tit. Pan. in c. ceterum n. 6. hoc tit. gl. in c. 1. in verbo obtentum de litis contest. in 6. Limita vt procedat in rescriptis ad beneficia gratiosis, secus in rescriptis iustitiæ ad beneficia iuxta c. cum secundum de prabend. quæ, vt omnes contentiosæ, bullantur cum canabo, Felin. in c. postulasti sub n. 1. vers. dum declarat. abbas de rescript. ac ea taciturnitas iuris peremptorij non vitiat, & talis exceptio tantum potest opponi ad merita causæ. Franc. in c. 1. n. 3. in fin. de lit. contest. in 6. Butr. post. Ioan. And. in c. postulasti n. 14. & 15. hoc tit. Item secus in literis datis, post gratiam pro executione gratiæ. Pan. in c. constitutus n. 5. hoc tit. Idem post gl. in c. ad audientiam el. 2. hoc tit. Rescripta ad lites non sunt nulla ipso iure, sed ope exceptionis, c. si autem, c. plerumque hoc tit. Felin. in d. c. ad audientiam 2. n. 17. Bell. dec. 84. in executoria Butr. in c. cum dilecta n. 3. & 10. hoc tit. siquidem exceptio respicit literas tantum, vt exceptio pacti de non agendo est dilatoria, & eius taciturnitas inducit subreptionem rescripti, & opposita, impedit litis contestationem; si vero respicit negotium principale, est exceptio peremptoria; & non potest opponi declinatoriè, sed peremptoriè post litem contestatam: nisi sit exceptio rei, vel litis semel finitæ; c. exposita de arb. gl. in c. super literas in verb. literas hoc tit. & ibi Fel. n. 14. Ioan. And. in c. 1. in gl. 2. super verbo cum agendo & n. 13. de lit. cont. in 6. Rot. dec. 13. de lit. cont. in 6. Pan. in d. c. ad audientiam el. 2. n. 15. Rot. dec. 13. n. 5. de off. deleg. in nou. Rot. dec. 65. de appel. in antiq. aut producat tale priuilegium, quod habeat clausulam derogatoriam ad rescri-

pta seu illis det formam c. cum ordinem hoc tit. & ibi gloss. & DD. vel sit rescriptum auctoritatum, c. ecclesia 2. vt lit. pend. & Gaul. obseru. 41. libr. 1. subreptitium quod nullam tribuit iurisdictionem & ipso iure est nullum. c. inter monasterium de re iud. c. ex literis de offic. deleg. Felin. in c. super literis n. 12. hoc tit. Card. seraph. decis. 76; n. 6. qui nihil allegat. c. vt nostrum de appell. Caput aq. dec. 264. p. 2. In curiâ Romana non excipitur de subreptione rescriptorum iustitiæ, propter facilem recursum ad signaturam. Garc. de benef. p. 8. c. 3. n. 114. Greg. xv. decis. 435. n. 5. & ibi annot. In ÷ impetratione seu petitione rescripti à principe, non est necessaria citatio alicuius ad essentiam rescripti, sed cum postea proceditur ad vltiora. citatio est necessaria. l. 2. & ibi post gl. in verbo reparationem Bald. sub n. 2. C. de temp. & reparat. appell. & ibi DD. Surreptio ÷ committitur in exprimendo falsum, & verum tacendo: Pan. post gloss. in c. quia arca n. 5. de consang. & affin. c. dudum & 2. vers. insuper de elect. Garc. de ben. p. 8. c. 5. n. 19. & seq. ponens regulam vnam circa falsi expressionem alteram circa veri taciturnitatem. si allegetur surreptio in vero tacendo, debet opponens probare ea extitisse tempore impetrationis. Gemin. in c. 1. sub n. 8. vers. in litteris beneficialibus de lit. cont. in 6. & ibi Franc. n. 17. Ioan. And. & can. Pan. c. constitutus n. 4. de rescript. Greg. xv. decis. 108. de quibus erat facienda mentio: si in falso exprimendo, debet probare impetrans ea, quæ narrauit, etiam si ex aduerso non fuerint negata, l. matrem C. de probat. c. cum adeo, & postulasti hoc tit. l. cum autem & ibi gl. fin. ff. de negot. clem. fin. & ibi gl. in verbo creatum hoc tit. & Can. Bell. dec. 303. Paris. cons. 49. n. 30. & 31. vol. 4. Rot. dec. 20. de prab. in nou. fore vera: Pan. in c. constitutus n. 4. hoc tit. Franc. post Ioan. And. in c. 1. n. 2. de lit. contest. in 6. Bellam. decis. 76. n. 6. Ripa in c. 2. n. 29. & seq. hoc tit. etiam si talis nar-

narrativa sit negativè concepta, & non sit coarctata; quia imputet sibi impetrans, quod in eâ se funda vit, Innoc. in c. super hi sub. n. 10. in princ. de accus. Bart. in l. in illa stipulatione 1. n. 4. & 5. ff. de verb. oblig. & ibi Alex. Bellam. decis. 76. n. 2. & seq. l. ergo ff. ex quib. caus. maior. Crauet. cons. 112. n. 6. vt est negatiua, non sufficientis dispensationis super retentione plurium incompatibilium, nullo titulo, nulloque juris adminiculo, Paris. cons. 138. n. 1. & 2. vol. 4. Rot. Farin. decis. 179. n. 7. p. 2. l. hoc iure utimur ff. de verb. oblig. & ibi Bart. & Bell. decis. 76. n. 2. ac negatiua non sufficientis dispensationis super defectu natalium: Gab. de prob. concl. 6. n. 5. Paris. de resignat. li. 10. q. 3. n. 5. Greg. xv. dec. 242. & ibi annot. & decis. 13. n. 9. & seq. ubi plura similia cumulat. & dec. 353. & ibi annot. nisi dicta negatiua appositae legatur, non in supplicatione, sed in literis ex officio, per officiales Cancellariæ, ad evitandâ solutionem annatæ: ut resolutum fuit in una, calaguritana beneficii de Ariola 26. Junii 1591. coram Giphio, Greg. 15. dec. 577. n. 6. plures decisiones cumulat. Garc. de benef. Bart. 5. c. 6. 3. n. 209. & seq. quia annata non solvitur quando literæ expediuntur sub narrativa intrusionis, sed sit obligatio de illum solvendo post habitam possessionem iuxta styllum Cancellariæ Greg. xv. decis. 440. n. 6. Gonz. super reg. Cancel. de mensibus & altern. gl. 15. §. 1. n. 70. sicut & plures aliæ clausulæ non sunt justificandæ; dummodò non sit alteri concessa, dummodo non sit alteri jus quaesitum; dummodo collatio ad nos pertineat; sine præiudicio cuiusque, quæ ab officiliabus apponuntur, nec important conditionem suspensivam, sed resolutivam, recensitæ per Greg. xv. decis. 350. & annot. ratio utriusque dicti est, quia onus probandi incumbit asserenti: c. fin. 6. quaest. 5. l. 2. ff. de probat. §. non solum in fine Inst. de leg. Præfa-

tu procedunt in impetrationibus à Papa vel legato, non in ordinario, in quo non datur subreptio; sed dicitur providere motu proprio, & ecclesiis non personis, sicut Papa, & legatus, & sic provisio ordinarii, non potest de surreptione impugnari. Clem. 2. de offic. ordin. & ibi Zabar. in fine. & Pan. in c. cum nostris sub n. 19. de concess. prab. Felin. in c. ad aures num. 15. & in cap. in nostra. 29. coroll. de rescript. Gonz. al. super reg. de mens. & altern. gl. 4. a. n. 173. usque ad fin. Garc. de benef. p. 8. c. 1. n. 3. usque ad n. 19.

Narrativa ¶ alia est supplicantis, alia Papæ, Narrativa supplicantis duplicis sunt generis, quædam narrativa, sunt simpliciter pars gratiæ, in quibus principalis intentio concedentis non fundatur; ut quando narrat, se Doctorem, Baccalaureum, nobilem, valorem, vel quid simile, & in istis sufficit, semiplena probatio, c. inter quatuor & ibi gl. pen. de cler. peregr. c. illud de præsumpt. Ioan. And. in c. infamibus de reg. iur. in 6. Rot. divers. decis. 9 num. 11. p. 2. Bell. dec. 76. in fine & decis. 113. 114. 674. Rot. Farin. decis. 296. in princ. p. 2. gl. in l. si vero §. 1. in verbo dubitetur ff. qui satisd. cog. Garc. de benef. p. 6. c. 2. §. 2. n. 205. & seqq. quia propter scientiam, nobilitatem, narrata, censetur motus Papa, ad concedendum facilius: c. de multa in fine. de prab. c. statuimus de maior. & obed. Caputaq. decis. 277. p. 1. quædam est narrativa, quæ est absolute causa concessionis, vel causa concessionis magis clausulata, & in hac non sufficit levis probatio, c. cui de non de prab. in 6. c. susceptum de rescrip. in 6. c. olim in fine hoc tit. Rot. decis. 268. n. 3. & 4. p. 1. Cresc. decis. 4. de concess. prabend. Rot. decis. 4. n. 7. de rescript. in antiq. idèd jus patronatus narratum, cum solitâ derogatione, est plenè probandum, c. nobis & ibi gl. in verbo in capella & Can. c. cum dilectus & ibi gl. in verbo presentare & Can. de iurepat. Rot. decis. 531. in princip. p. 1.

Cassad. decis. 4. de preb. & decis. 7. de iurep. Put. decis. 117. & 316. lib. 2. & non admittit excusationem à non verificatione, quia huiusmodi taxata, & limitata expressio, operatur defectum intentionis in non expressis, d. c. susceptum d. c. cui de non Felin. in c. super literis sub num. 3. vers. limita 4. c. cum in illis §. 1. & 2. de preb. in 6. Rot. divers. decis. 352. p. 1. in decisum relinquit l. universa C. de divers. rescript. Item narrativa verificanda est de iure quando agitur de perpetuo præiudicio ecclesiæ, c. cum de beneficio de preb. in 6. Rot. divers. decis. 208. n. 1. & 2. p. 1. In impetratione juris patronatus, in monasterio, cum narrativa, quod conventu caret: stante statu conventuali præcedente, necesse est probare, quod status non conventualis sit legitime præscriptus, vel saltem observatus, per spatium quadraginta annorum: d. c. cum de beneficio de preb. in 6. Rot. decis. 2. de preb. in nov. Et in narrativa concordia sub beneplacito sedis apostolicæ, probari debet concordia & beneplacitum: c. questum & ibi nos. de rer. permut. Mohed. dec. 35. de renunc. quando verò non agitur de perpetuo præiudicio ecclesiæ, facilius toleratur, quod narrativa verificetur de facto, ut in impetratione monasterii, cū narrativa, quod conventu caret, c. ut nostrum in fine vers. si vero ante donationem perceperit ut ecclesiastica beneficia & c. gl. in clem. 2. in verbo defensor de reb. eccles. alien. Rot. divers. decis. 208. Et narranti in supplicatione confirmationis, vel surrogationis, à se petiæ, se beneficium canonicè fuisse assecutum; sufficit probare, quod auctoritate ordinarii, fuerit assecutus, licet assecutio non valuerit: Bell. dec. 116. c. Michael. de fil. presbit. alias si agat ad assignationem ecclesiæ, vel beneficii, de collatione plenam fidem facere tenetur. c. olim in princ. ibi sibi collatam & in fine hoc tit. In narratis quæ jus concernunt, non cadit

obreptio, cum signatura ea, quæ juris sunt, intelligat. c. 10. de Constit. in 6. l. omnium C. de testam. Narrativa facti quæ non est de substantia gratiæ, sufficit, quod de facto verificetur, c. commissæ §. fin. & ibi gl. in verbo promovendo de elect. in 6. Rot. divers. dec. 19. in princ. p. 1. & decis. 19. n. 9. & 10. part. 2. Greg. xv. decis. 137. n. 7. Bellam. decis. 116. in fine. Et ita sufficit etiam, eam de facto excludere. Rot. divers. decis. 208. sub n. 2. p. 1. in bello §. facta ff. de cap. & postlim. revers. l. 1. §. si vir. ff. de acq. possess. Laicalis intrusio in iurisdictione ecclesiastica narrata, non est probanda. Rot. divers. decis. 213. in fine p. 1. l. iuras ff. de usur. l. testamentum C. de testam. Qualitas narrata tendens in præiudicium alicujus, etiam quod facilius non inducat ad concedendum, est verificanda: l. non ignorat C. de iis qui accus. non poss. & ibi gl. fin. & DD. Felin. in c. ex parte 1. num. 25. de rescript. ponens plures exceptiones. Rot. divers. decis. 531. num. 2. p. 1. Cassad. dec. 10. de preb. Ut narrata familiaritas scriptoris, si literæ non sint taxatæ: secus si essent taxatæ: Qualitas narrata taxative, est probanda, quia operatur defectum intentionis, in non expressis. c. susceptum hoc tit. in 6. c. quamvis 1. & d. c. cui de non de preb. in 6. Rot. decis. 17. de preb. in antiquior. secus si qualitas sit causativè vel demonstrativè expressa: Felin. in d. c. super literis sub num. 3. vers. limita quarto hoc tit. Nisi sit talis, quæ facilius inducit principem, ad concedendum, & expressa sit, per malitiam, sive dolum, juxta distinctionem cap. super literis, hoc tit. cuius distinctio etiam habet locum, in literis gratiosis, ad beneficia: Rot. decis. quarta circa fin. de rescript. in antiq. gl. in d. c. super literis in verbo literas dedissemus & ibi Felin. in fine numeri primi & Can. c. muniter. Et omnia narrata sive in vim modi sive in vim conditionis sunt verificanda. c. verum de cond. appof. Cassad. decis. 10. de rescript. numero

numero septimo. Limita primo quando impetrans habet intentionem fundatam, juris presumptione, *c. dudum de presumpt.* & ibi Pan. numero quinto Felin. numero primo & tertio & Can. communiter post gloss. fin. *c. unico* & ibi gl. fin. de scrut. in ord. facti gl. in *c. si forte in verbo scientia de elect. in 6. l. cum quidam la. secunda* & ibi gl. in verbo qui non offenderint ff. de leg. 2. Secundo in reo & possessore, gratias suas ostendente, §. retinenda vers. commodum insit. de interd. l. fin. *C. de rei vind. l. ut frui in fin. princip. ff. si usufruct. per. Rot. divers. decis. 59. p. tertia lib. tertio in fin.* Tertio in iure defuncti, quod ex sola supplicatione justificatur. Franc. in prox. l. 6. §. fin. numero secundo & ibi Can. Pan. in *c. in nostra numero vndecimo hoc tit.* & ibi Put. decis. 337. libro primo Cassad. decis. 8. de rest. spoliat. Quarto in possessorio recuperanda, sufficit ostendere literas expeditas, & non est necesse verificare narrativam, aut habilitates. *c. sollicite* & ibi gl. pen. vers. verior de rest. spol. l. 3. §. causa ff. de carbon. edict. l. fin. *C. de edict. diu. Adrian. toll. Bald. post gloss. in l. secunda C. de edict. diu. Adrian. tollendo Mober. decis. nona de saus. possess. & propr. Butr. in c. fin. sub numero tertio vers. adverte de success. ab intest. Put. decis. 239. numero quarto libro primo.* Quinto quando agitur de sustinenda gratia, Rota solet semper æquitatem amplecti, ut gratiæ sustineantur, & non pereant: quia multis laboribus, & gravibus expensis obtinentur. arg. *c. commissa de elect. in sexto Sarnen. in reg. de valore quest. 11. in fine Rot. divers. decis. 9. numero 9 p. 2.*

9 Verba ꝑ narrativa Papæ non probant, si super eis non fundatur intentio Papæ: *c. si Papa 1. resp. de privil. in sexto Clem. si summus de sent. excomm.* Si super eis fundatur intentio Papæ, distingue, aut sunt de facto proprio, aut alieno secum gesto, Felin. in *c. cum a nobis numero nono secundo de testib. l. mol. in clem. 1. sub numero nono de prob. Greg. xv. decis. 239. numero sexto & ibi*

late annos. vel sui prædecessoris, & faciunt plenissimam probationem: contra quam non admittitur probatio, quæ perimat probationem, vel falsam ostendat: *el. 1. de prob. Rot. divers. decis. 171. numero secundo & seqq. p. 1.* idem obtinet, si se fundat, super narrata consuetudine, privilegio, aut alia re, & *c. c. si Romanorum & ibi gloss. in verbo desunt, 19. dist. Innoc. in c. inter dilectos, numero quinto & ibi Felin. numero septimo de fid. instr. Rot. dec. 171. numero tertio p. 1. plures cumulans.* Sed bene admittitur probatio, per quam, stante narratione, probans relevaretur: videlicet, Papa narrans renunciationem beneficii factam, in suis manibus & per se acceptatam, confert illud, vel conferri mandat; bene potero probare, quod illud beneficium tempore renuntiationis, & collationis pertinebat ad me, & non ad cedentem, gl. pen. in d. *el. 1.* Aut sunt de facto alieno, siquidem gratia emanavit motu proprio, tunc probant salte. n. præsumptive, ita quod præsumptioni stabitur, nisi probetur contrarium: *Anch. in d. el. 1. sub numero primo de prob. & ibi Can. communiter, c. si motu & c. seq. de prob. in 6. & Rot. divers. decis. 154. n. 4. & 5. p. 2. pulchre Myns. obs. 34. cent. 5. ut si narraret beneficium vacavisse in Curia, per mortem beneficiati, potero probare contrarium, quod mortuus sit extra curiam, gl. antep. in d. *el. 1.* Verum Pan. hanc distinctionem, de narratis à Summo Pontifice, super quibus fundatur ejus intentio, restringit in d. *Clem. 1. de probat. ad ea narrata, quæ consistunt in plena dispositione Papæ per exempla d. Clem. 1. & verba ibi posita, & alia similia, & secus esse dicit in aliis non dependentibus à plena dispositione Papæ narrantis.* Tertius non potest se fundare in narrativa brevis, etiam motu proprio expediti, ita ut quoad ipsum plenam faciat fidem; quia rescripta ad beneficia, vel ad lites,*

ad litēs, inter partes jus statuunt, & sunt personalia: *c. consuetus de concess. præb.* Achil. dec. 10. in fine de prob. Rot. decif. 766. n. 10. p. 1. ratio præmissorum est, quia licet disputatio, cum Principe de potentia sua, in his quæ spectant ad ejus jurisdictionem, sit improbata, l. 2. C. de crim. sacrileg. tamen licet bene disputare de scientia sua, & similiter de voluntate; quia majestas sua, per illa nomina conservatur, in esse: *c. ex facto de vulg. & pupill. substit. & ibi. DD. Can. in d. c. super literis hoc tit.* ac Papæ erranti in jure, dici potest, vos fallit oblivio; Castrens. in l. omnium sub. numero quarto C. de testa. c. ex parte & ibi Pan. per illum text. numero 10 tertio de offic. deleg. c. præterea 23. dist. Aut ꝑ verba narrativa Papæ emanarunt, ad petitionem partis, quod in dubio præsumitur; & nihil probant, nec transferunt onus probandi. *c. ex literis de transact. Anch. in d. el. 1. post Lapum & alios Rot. d. decif. 154. n. 5. & 6. p. 2. Alex. conf. 112. n. 5. vol. 7.* ideo inolevit stylus ut in literis apostolicis, ponantur verba ut asseris, quæ requirunt supplicantis probationem, secus si ponantur verba ut asseritur, Rot. decif. 60. & dec. 77. de rescript. in aut. Rot. divers. decif. 412. p. 1. Casar. dec. 2. n. 3. & 5. de prob. pro quo allego text. in auth. si quando C. de const. pecun. sed Rot. Bisig. decif. 6. de præb. & Card. Zab. in c. fin. de præsumpt. vers. quero circa hoc & c. & in leg. unica, de probat. quæst. 10. in fine & quæst. seq. centent utroq; casu impetranti incumbere onus probandi, Pan. in c. fin. de præsumpt. sub n. 9. & Felin. in c. ad aures n. 10. vers. septima conclus. de rescript. pro conciliatione dictarum opinionū, duos considerant casus, primus est, quando alia verba rescriptorū sunt concepta, in personā impetrantis, puta, exposuit nobis talis, & c. postea dicitur ut asseritur, & videtur quod impetrans dixerit, ita ab aliis asseri, non autem, quod ipse asseruit, quia in generali ser-

mone non venit persona loquentis, d. auth. si quando C. de non numer. pecun. l. inquisitio C. de solut. c. petitio & ibi gl. & DD. de jurejur. & sufficit probare, quod ita asseratur communiter, & probet assertionem communem, non autem aliquorum, juxta ea, quæ dicuntur de probatione famæ, & opinionis communis. Bart. in l. de minori §. tormenta ff. de quæst. cum concord. Secundus casus est, quando omnia verba loquantur, uniformiter, & videtur quod ipse impetrans, omnia asseruerit, & ideo debet probare ea omnia esse vera, quæ narravit. d. c. 2. & ibi Ripa n. 29. hoc tit. & Can. l. fin. C. de divers. rescript. Verbis narrativis alicujus, citra Papam, non creditur regulariter etiam si narrans sit legatus, & de gestis à se velit fidem facere. gl. in d. el. 1. in verbo reservasse de prob. DD. post gloss. in c. post cessionem de probat. & in c. quod super his de fid. Instr. Vital. in d. el. 1. n. 52. & seqq. & ibi Can.

Secundo rescripta ꝑ gratiæ perpetua sunt, c. decet. de reg. jur. in 6. c. si cui nulla de præb. in 6. nec re integra, concedentis morte expirant, prout nec etiam executoribus, data potestas, expirat: ne gratiam eandem, vel reddi inutilem, vel ipsius effectum, in tempus longius differri contingat: c. si super de off. deleg. in 6. Rot. decif. 19. de præb. in nov. quod indubitatum est, quando gratia jam est facta, ei, cui scribitur, & litteræ sunt expeditæ in forma gratiosa; nec non si Papa mandet, certæ nominatæ personæ provideri, de beneficio certo vacante, in forma, dignum; quia hic proviso, jus ad illud, quæsitum est, & gratia est perfecta, & ideo non expirat re integra morte mandantis, c. si super gratia de offic. deleg. in 6. Rot. decif. 12. de offic. deleg. in nov. Garc. de benef. c. 2. p. 6. §. 2. n. 309. & seqq. Arch. in c. petisti n. 47. q. 1. aut mandat, provideri de certo beneficio, quod impetrans narravit, certo modo vacare, cum causæ cognitione, & citatione par-

ne partis; quia isti, quibus sub hac ultima forma scribitur, licet non sint executores, sed meri iudices delegati, tenentur vocare partem, & cum causæ cognitione procedere ad provisionem faciendam, c. exhibita de iudic. c. ex parte 1. & c. olim. hoc tit. Rot. decis. 12. de offic. deleg. in nov. attamen gratia est perfecta, quia provisum est certæ personæ, de certo corpore beneficii, certo modo vacante, & gratia, ob eandem rationem non expirat, quia proviso jus est quæsitum ad rem: neque & executorum, sive meri sint, sive mixti, potestas, tanquam accessoria: d. c. super gratia Rot. d. decis. 12. Garc. de benef. p. 1. c. 2. §. 3. n. 303. Gonzal. super reg. de mens. & ali. gloss. 12. n. 4. 4. & plurib. seqq. secus si Papa mandat, provideri, etiam motu proprio, certæ personæ, in forma dignum, de incerto beneficio: quia hic potestas executoris principalis est, & gratia accessoria; proviso ad beneficium nullum est jus quæsitum, & ideo expirat re integra morte mandantis: c. si cui §. fin. & ibi gloss. fin. Franc. in 4. not. & Can. de preb. in 6. Gonz. super reg. Can. de mens. & alter gl. 12. n. 42. ante fin. Garc. de benef. p. 1. c. 2. §. 3. n. 301. Rot. d. dec. 12. de off. deleg. in nov. sed & gratia ad beneficium vacaturum certum non expirat, morte Papæ, etiam re integra, quando non committit executori provisionem, sed ipse confert, ex nunc prout ex tunc, quia tunc gratia est facta, & proviso jus ad beneficium est quæsitum, c. si de super gratia & ibi Can. de offic. deleg. in 6. late Gabriel de preb. cond. 1. Gonzal. super regul. de mens. & alter. gloss. 12. sub. n. 42. Garc. de benef. p. 1. c. 2. §. 3. n. 305. & seqq. plura similia adducens. Rescriptum ad lites intra annū præsentari debet, postquam copiam iudicium habuerit impetrans, c. si autem. c. plerumq. hoc tit. gl. fin. c. 1. hoc tit. & ibi Can. & ejus probata malitia, aut negligentia, in non ulu primi; valet secundum rescriptum, super eodem, ab adver-

Summa in Decretales.

sario, nulla facta mentione primi, impetratum; non data impetratione secundi valet primum rescriptum perpetuo, l. falso C. de divers. rescript. Pan. in d. c. plerumque n. 4. hoc tit. Franc. mart. quest. 41. lib. 1. & tanto tempore, quando durat ipsa actio, super qua fuit impetratum: late Bald. in d. l. falso n. 2. & DD. sed re integra, morte concedentis expirat. c. gratum. c. licet de offic. deleg. c. relatum & ibi gl. eod. tit. Archid. in c. petisti sub n. 4. 7. quest. 1. † Tertio in rescriptis gratiæ inspicitur tempus datæ, c. eam te c. constitutus & ibi gl. in verbo impetrasset hoc tit. c. si eo tempore hoc tit. in 6. c. 2. de decis. in 6. c. dudum 1. & ibi gl. in verbo electionis tempore de elect. c. dudum el. 2. in verbo electionis de elect. cum eorum par est causa, susceptum & ibi gloss. fin. hoc tit. in 6. c. hi qui de preb. in 6. & ibi gloss. 1. circa validitatem; invaliditatem gratiæ, c. si eo tempore hoc tit. in 6. & ibi omnes notant. c. eam te & ibi Felin. n. 18. hoc tit. qui ponit aliquod sal. el. fin. hoc tit. Caput q. decis. 40. n. 2. & 3. p. 2. prælationem; tum in literis ad beneficia vacantia, Felin. inc. capitulum n. 5. hoc tit. c. si à sede de preb. in 6. (nisi quod de stylo curiæ Romanæ inter duos resignatarios, præferatur anterior in consensu, quamvis posterior, in data, Crescent. decis. 1. de concess. preb. Paris. de resignat. benef. lib. 8. quest. 7. n. 86. & seqq. quia ante præstitum consensum licitum est prænitere Rot. divers. decis. 471. n. 11 p. 1. & 282. sub n. 2. p. 2. Mohed. decis. 16. de renunc. dicitur infra de renunc.) tum etiam in literis ad vacatura beneficia, c. eum cui, & ibi gl. fin. & c. si postquam & c. quia sape de preb. in 6. c. capitulum de rescript. & ibi Felin. n. 5. c. tibi qui hoc tit. in 6. c. duobus & ibi Franc. n. 4. hoc tit. in 6. nisi gratia primi fuerit conditionalis, & ante conditionis existentiam, jus secundo fuerit pure quæsitum, c. si pro te de rescript. in 6. & ibi Can. el. p. de Conces. prebend. ac verificationem, quando veritas causarum narratur de præ-

C

lenti,

lenti, c. quia circa & ibi Pan. n. 4. de consang. & affin. c. constitutus hoc tit. & ibi post gl. Can. & capaciatem impetrantis, c. si eo tempore hoc tit. in 6. c. ei cui de prab. in 6. & ibi Can. arg. l. 1. §. 1. ff. de leg. 3. nam gratia sic intelligenda est, ut possit à principio & tempore datæ verificari, & beneficia simul capi per impetrantem: el. gratia & c. in nostra hoc tit. Achil. dec. 5. de prab. in rescriptis vero iustitiæ inspicitur tempus præsentationis factæ iudici in scripto, c. ut debitus de appell. l. si quis & ibi Bart. n. 3. C. de aqueduct. 10. lib. 11. Innoc. in c. ex conuisione n. 2. de rest. spoliat. & ibi Host. Quarto, † in gratiosis, ex errore in facto proprio, præsumitur dolus, ut falsa ætatis expressione: Mohed. decif. 8. hoc tit. Put. decif. 340. lib. 1. Casar. decif. 20. n. 3 & 4. de prab. c. cum nobis & ibi Imola sub. n. 5. de elect. imo quælibet expressio falsa, & taciturnas exprimendæ qualitatis, vel circumstantiæ, etiam quod Papa esset alias concessurus, præsumitur dolosa, Innoc. in c. super literis in princ. hoc tit. Collect. in c. ecclesia vestra n. 10. de sortil. Put. d. dec. 340. gratiamque vitiat in omnibus, c. ad aures postulasti hoc tit. el. 1. de prab. in princ. c. si motu §. 1. de prab. in 6. Felin. in c. super literis n. 5. hoc tit. & in c. ad audientiam n. 21. hoc tit. Caputaq. decif. 49. p. 2. etiam si obtenta sic gratia legibus foret contentanea, in pœnam fraudulentæ mendaciæ: l. et si legibus C. si cont. jus vel utilit. pub. & c. & ignorantia non excusat, à surreptione, etiam si consistat, in tacendo factum alienum, quod impetrans probabiliter ignoravit, c. constitutus hoc tit. Casar. decif. 20. n. 3. super reg. Cancell. & sola simplicitas sine dolo in eis nocet, quando per expressionem vel taciturnitatem, sequitur taxatio ad expressa, Felin. in d. c. super literis sub. n. 3. & c. limit. 4. quod in dubio præsumitur, in gratiosis, propter eorum ambitionem: c. quamvis el. 1. & c. cui n. n. de prab. in 6. s. susceptum hoc tit. in 6. ut si impetro benefi-

cium, per mortem Alexandri, non venit modus vacationis in personam alterius, arg. c. Romana §. in alium de appell. in 6. d. c. susceptus, Rot. decif. 43. hoc tit. in antiq. Sunt tamen aliquot casus, in quibus surreptio, in beneficiis, non præsumitur dolosa, primus, si fiat circa superflua, Felin. in c. cum ordinem sub n. 2. vers. adverte, hoc tit. Felin. in d. c. super literis post n. 5. vers. sunt tamen Bell. dec. 4. Rot. decif. 10. hoc tit. in nov. Secundus si circa id, quod si verum esset, potius debuisset principem retrahere, Pan. in d. c. super literis n. 6. & ibi Felin. post n. 5. Rot. decif. 4. de rescript. in ant. n. 6. & 7. Tertius quando per testes probatur principem scivisse illud, quod non fuit narratum in gratia, Caputaq. decif. 51. p. 1. felin. in rub. de Constit. sub. n. 6. vers. tribus tamen & c. Quartus quando surreptio stante validitate rescripti potest reduci, ad terminos juris communis, c. gratia & ibi Franc. n. 3. hoc tit. in 6. s. super literis & ibi Cav. hoc tit. In literis iustitiæ in dubio non præsumitur dolus; Felin. in d. c. super literis sub n. 5. & rescripta iustitiæ etiam advocatoria valent, quamvis plura capitula copulative in eis narrentur, quorum aliqua sunt vera, aliqua falsa, si ex veris potest sequi effectus, & conclusio: c. 2. & ibi gl. in verbo perpetuo & Can. hoc tit. Rot. decif. 7. hoc tit. in nov. Archil. decif. 11. hoc tit. & error in nomine, & cognomine diæcesi adversarii, si de personâ constat non vitiat: gloss. in c. cū in multis in verbo nomina hoc tit. in 6. & ibi lo. Monach. & Ar. hid. Felin. in c. significante in princ. hoc tit. Rot. decif. 16. hoc tit. in nov. Franc. in c. fin. in princ. de foro compet. in 6. quia regulariter in dubio verba demonstrative non taxative sunt intelligenda: l. si servus communis ita ff. de stipul. serv. l. cum pater §. mensa & ibi Bart. n. 8. ff. de leg. 2. Rot. divers. decif. 442 n. 3. p. 1. rescripta gratiæ æquiparantur contractibus bonæ fidei rescripta iustitiæ contractibus stricti juris, Ioan. And. post Monach. in

c. 2. nu. 3. de fil. praebe. in 6. & ibi Can. Quotid
 14 rescripta f. iustitiae iudici praesentata, citato
 advertario ad dicendum contra ea, fiunt
 communia, c. 1. & 2. de mut. peti. gl. in el. sape in
 verbo si quid petere, de verbo signif. Rot. decis. 17. de
 dol. & cont. in nov. Mohed. decis. 4. in fine de iudic.
 Greg. xv. decis. 552. numero 2. & ibi late annot. &
 impetrans reo invito non potest illis renun-
 ciare, Rot. decis. 17. num. ero quarto de dolo & cont.
 Felm. in rub. de rescript. numero tertio, gl. in el. con-
 stitutionem in verbo nolle uti & Can. de elect. In-
 noc. in c. ex conquestione numero primo, & seqq. de
 restit. spol. & ibi Host. in fine Pan. n. 10. & n. seqq.
 aut declarando restringere, ex qua causa a-
 gere voluerit, quando ambiguitas procedit
 ex multiplicatione causarum; Aret. in l. si quis
 intentione ambigua n. 6. ff. de iud. Caputaq. decis.
 264. p. 1. imo rescriptum impetratum, per
 actorem super diversis articulis tacite, vel
 expresse, per usum in uno, fit commune, &
 invito actore, potest reus illo uti, super aliis
 articulis: c. primo & ibi Pan. de sequest. posses. &
 fruct. Pan. in c. ex conquestione n. 10. de restit. spol.
 citatione vero ad dicendum contra rescrip-
 tum decreta, sed nondum executi, potest
 impetrans rescriptis iustitiae renuntiare. Ar-
 chil. decis. 10. hoc tit. qui alias decisiones citat, Rot.
 decis. 17. de dol. & contum. in nov. l. si quis libellos
 & ibi gl. C. de appell. c. fin. §. si quis libello 2. quest.
 6. & ibi gl. in verbo parentia ductus. Innoc. in c.
 cum ex conquestione numero primo in fine & n. 2.
 15 de rest. spol. Sexto rescripta f. iustitiae impetra-
 ta, sine speciali mandato domini, non val-
 lent, nisi impetrentur per conjunctam per-
 sonam, c. nonnulli §. fin. hoc tit. aut superiorem
 praelatum; clem. 1. hoc tit. in rescriptis gratiae,
 ad beneficia obtinenda, & privilegia, Pan. in
 c. dilectus numero tertio. ut lit. pend. & c. non exi-
 gitur mandatum, gl. fin. in fine in d. c. nonnulli §.
 fin. c. quam sit, & ibi gl. in verbo petere de elect. in
 6. Pan. inc. ad aures post. gloss. in fin. hoc tit. Sep-

timo rescripta f. gratiae sunt personalia, mot. 16
 te gratiati expirant, & in successore, creatur
 novus titulus, c. susceptum hoc tit. in 6. c. quam-
 vis de prae. in 6. Rom. cons. 374. numero quinto,
 cum in beneficiis non habeat locum succes-
 sio: c. ex transmissa de fil. presbyt. Franc. c. primo de
 fil. presbyt. in 6. rescripta iustitiae impetrata,
 sub nomine dignitatis, extenduntur, re in-
 tegra in & ad successorem: c. dilecti de for.
 comp. gl. in c. significavit hoc tit. Innoc. in c. gratiam
 de off. deleg. impetrata pro vel contra perso-
 nam, re integra, non transeunt ad suc-
 cessorem singularem, c. Pet. & de off. deleg.
 praeterquam in eum, in quem facta est alie-
 natio iudicii mutandi causa, c. 1. de alien. iud.
 mut. caus. fact. & incienter succedentem in
 vitium: c. quia v. de iud. transeunt in & ad suc-
 cessorem universalem, si tempore data re-
 scriptorum aut deputationis iudicium, e-
 rat in rerum natura, ille; contra quem impe-
 trata fuerunt, alias non valent: l. 2. ff. qua sent.
 sine appell. rescind. l. Neratius ff. de reg. jur. Pan. in
 c. significavit n. 6. hoc tit. & ibi DD. Pan. in c. tua
 nos, nu. 5. de usur. in 6. re non integra, puta quia
 defunctus fuit citatus, transeunt in univer-
 salem, c. dilecti de for. compet. & in casibus, in
 quibus transit instantia, dicitur infra tit. de
 iud. §. instantia causa criminalis, etiam in singu-
 larem successorem, argumento a contrario sen-
 su d. c. significavit & ibi Zab circa finem vers. gene-
 raliter, Anch. But. & Can. c. gratum & ibi gl. in
 verbo quest. captum de off. deleg. late Capra concl.
 34 & 35. Infra f. scriptae regulae communes 17
 sunt, rescriptis gratiae & iustitiae: clausulae si
 ita est, & si preces veritate nitantur, in omni re-
 scripto intelliguntur, c. 2. hoc tit. l. est non c. si
 cont. jus vel util. pub. & ibi not. l. universa C. de di-
 vers. rescript. nec expresse reddant gratias
 conditionales, quae nullam requirunt in
 causae expeditione cognitionem, & quas
 Dominus abbreviatores Cancellariae, sine

alio examine, expediunt in forma gratiosa, quando supplicatio sub illa forma fuit concepra; sed quando requiritur causæ cognitio in expeditione, ut verba gratia confirmatione in forma communi, tum ex præsumpta mente, summi Pontificis concedentis, ac ratione futura expeditionis, quam post se expectant, resoluntur in suspensivas, si causæ cognitio non adhibeatur, aut expeditio non fiat in forma gratiosa, argumentum l. condiciones extrinsecus & ibi not. per Bart. & DD. ff. de cond. & demonstr. c. significasti in princ. & ibi gl. in verbo conditione & Can. de elect. Felin. in c. ex parte 1. n. 6 & melius sub n. 10. & 11. de rescript. publicis s. raphin. decis. 775. numero quarto & seqq. Bell. decis. 4. sub num. 1. quasi summus Pontifex sic noluerit: l. quod pure ff. quando dies leg. & c. sed Bart. in d. l. condiciones extrinsecus sub n. 1. & ibi DD. ac sub intelligitur clausula, salvo jure tertii, c. quamvis hoc tit. in 6. l. 2. s. merito & s. si quis à principe & ibi gl. ff. ne quid in loco publ. c. primo & ibi gl. fin. ut lit. pend. & c. c. ex tuarum de auct. & usu pallii. Error in nomine proprio, & dicecisi impetrantis viciant rescripta iustitiæ, c. ab excommunicato & ibi gl. in verbo de facto suo hoc tit. arg. l. fin. C. de hered. inst. Felin. in c. significante sub num. 1. o secundo hoc tit. vers. secunda declaratio. ac gratiæ. c. Rodolphus & ibi to. And. numero nono hoc tit. Crescent. decis. 14. numero secundo hoc tit. Rescripta inhibentia causæ cognitionem, non carent falsi suspitione, c. 2. hoc tit.

12 Non ¶ statur rescriptis, quæ continent manifestum in constructione peccatum: gl. in c. Apostolica 35. quest. 9. c. ad audientiam 1. hoc tit. & ibi gl. pen. & Felin. ampliat. & limitat. Rom. conf. 376. num. 10. & seqq. quia magna consilii moderatione, patientia, & maturitate decoquuntur, d. c. apostolica. Et ideo præsumitur falsitas, præsumptione juris & de jure, gl. in d. c. ad audientiam 1. & ibi Felin. & Can. Literæ

unius, aut syllabæ defectus eadem nõ viciat, c. ex parte de fid. Instrum. nisi variatio literæ induceret variationem sensus, c. inter dilectos de fid. Instrum. neque defectus unius dictionis aut orationis, Innoc. in d. c. ex parte & ibidem latius Felin. si alias colligi possit mens Papæ; quia oculus officialium sæpe fallitur, prout defectus syllabæ aut dictionis non viciat testamentum: l. errore C. de testament. l. qui habebat. ff. de manum. testament. dum tamen ex ipso orationis defectu non resulteret falsitas: vel defectus orationis, non sit circa id, quod consuevit poni ex communi, stylo Cancellariæ in rescriptis; nam tunc rescriptis propter hunc duplicem defectum vehementissimè suspectis, nullatenus debet fides adhiberi, Roman. d. conf. 376. num. 3. Felin. in d. c. ad audientiam el. 1. num. 1. Sub ¶ obreptio, si fuit dolosa, viciat rescripta in totum, siue fuerit causa concessionis totius rescripti, siue forte formæ specialis tantum, in pœnam ipsius mendacis, licet contineant plura separata: si processit ex simplicitate, vel ignorantia, eatenus viciat rescripta, quatenus fuit causa inductiva concessionis, vel totius rescripti: & huiusmodi discretio est adhibenda, aut vero expresso, aut suppresso falso nullo modo literas obtinisset, & viciat rescripta in totum, quibus duobus casibus nullatenus à delegato est procedendum, nisi forsitan eatenus, ut partibus ad suam præsentiam convocatis, de qualitate precum cognoscat: aut obtinisset literas in forma communi, & delegatus procedat servato juris ordine, non speciali forma rescripti: c. super literis hoc tit. & ibi Pan. num. 2. l. 2. & §. C. si cont. lus vel utilit. pub. ut sic in utroque casu eadem ratio, quæ delegantem, moveat & delegatum; & ubi delegans suas literas denegaret, delegatus etiam suæ cognitionis officium nullatenus

tenuis interponat, tam in literis gratiæ, quæ etiam ad jus commune reducuntur, c. si & c. grata hoc tit. in 6. c. cum aliquibus eod. tit. & lib. c. olim. & c. abbatem hoc tit. quam in literis iustitiæ: c. edoceri c. plerumque c. ab excommunicato c. pastoralis §. fin. & c. sedes apostolica hoc tit. dummodo reductio ad jus commune fiat, ex proportione verborum rescripti, stante ejus validitate. Felin. in d. c. super literis in 2. conclus. in 3. & 4. fallentia & ibi Anchar. numero quarto, & Innoc. num. 3. & seq. qui ponunt super quolibet membro exempla & Can. communiter. sed in literis gratiæ facilius dolus præsumitur, & vitii ipso jure, & verba præsumuntur posita taxative; secus in literis iustitiæ, ut latius supra dictum est. Causæ de præsentis aut de præterito existentes tales, quæ retraherent, aut difficiliorem redderent principem, sunt in consideratione, quoad subreptionem, obreptionem, & intentionis defectum, inducendum: de causis autem de futuro, quæ habent se ad esse, & non esse, quia non sunt in aliquo vero actu de præsentis jure fundatæ, in rescriptis non est facienda mentio. Felin. in c. in nostra coroll. 7. hoc tit. Rot. decis. 25. de rescript. in nov. Cassad. decis. 16. de prab. numero secundo, Rasura ¶ vitiat rescripta aperta, & impedit eorum executionem in possessorio, Bart. in l. si unus n. 1. C. de testam. quando reperitur in parte substantiali rescripti: c. licet §. quinta & ibi gloss. & Can. de crimine falsi c. cum venerabilis de relig. dom. c. cum olim. 2. de privileg. & ibi gloss. in verbo rasuras l. fin. & ibi gl. in verbo vitiatum C. de edict. diu. Adriani toll. & ibi las. num. 19. & Can. secus quando rescripta sunt clausa, in quocunque loco fuerit rasura: quia non est præsumptio contra impetrantem: arg. l. si unus C. de testam. arg. l. comparationes C. de fid. instit. gloss. in d. c. licet §. quinta in verbo tenuem & ibi Can. aut etiam aperta, quæ aliquando fue-

runt sana, ac casu aliquo pervenerunt ad manus adversarii, & postea reperiantur vitiatæ, in quocunque loco fuerit rasura; quia præsumitur, quod adversarius abraferit dolose: c. accepimus de fid. inst. & ibi Ioan. And. n. 5. Host. num. 5. Bald. in l. 1. sub num. 4. C. de fid. inst. vel reperiantur penes impetrantem, & rasura sit in narratione facti, c. ex literis de fid. inst. paucarum literarum: c. fin. de crim. falsi gl. in d. l. fin. in verbo vitiatum l. 1. §. fin. & ibi gl. in verbo mutilus ff. de bon. possess. secund. tab. aut scriptura abrafa in loco substantiali, ita bene sit scripta, quod videatur manus ejusdem Notarii, gl. in d. l. fin. in verbo à figura C. de edict. diu. Adr. toll. & ibi Bart. n. 3. & DD. gl. in fin. in c. cum venerabilis de relig. dom. & ibi Can. vel officialis & notarij in subscriptione attestari, fuerint de abrasione, Bart. in l. si unus nu. 3. C. de testam. Bart. in l. 1. §. fin. de bon. possess. secund. tab. num. 3. Restrīgenda ¶ sunt rescripta tam iustitiæ, c. P. & G. de off. deleg. c. sedes apostolica c. adhuc hoc tit. quam gratiæ, c. quamvis el. 1. de prab. in 6. c. 1. §. fin. & c. 2. de sol. præsbyt. in 6. sed rescripta ad lites strictius sunt interpretanda, quam rescripta ad beneficia: Pan. in c. capitulum n. 6. hoc tit. & in eis ordo, & structura verborum interpretationem recipit à jure, s. causam qua hoc tit. c. ecclesia vestra 2. de elect. l. si quando C. de inoff. testam. l. tutores ff. de confirm. tut.

Rescriptum ¶ posterius derogat prioribus, de quo mentionem facit, c. ceterum §. 1. hoc tit. c. inter monasterium de re jud. c. coram de off. deleg. si in eadem causa ad lites impetretur, Felin. in c. ceterum n. 7. hoc tit. debet fieri mentio nedum de primo rescripto, sed etiam de omni notabili clausula ejus, puta quod fuerit communi consensu impetratum, c. ceterum hoc tit. c. ex conquestione & ibi Butr. in 3. not. de rest. spol. appellatione remota, Pan. in d. c. ex conquest. n. 4. de rest. spol. quia jura volunt

volunt de prioribus literis faciendam esse mentionem specialem, *c. ex literis de dol. & contr. c. in nostra hoc tit. ac de processu inchoato. c. inter de re jud. & ibi gloss. alleg. concord. c. ut debitus de appell. & ibi gl. in verbo si dicat. Pan. & Can. Felin. in c. super literis in 6. reg. hoc tit. si impetretur ab eodem ad beneficia diversa, sicut ecclesias; in secundo de primo, & processu ex primo rescripto secuto, etiam debet fieri mentio, *c. in nostra hoc tit. & ibi Pan. sub n. 6. & n. 7. & Can. alias neutrum valet, quia præsumitur impetrasse fraudulenter, Pan. in d. c. in nostra post. n. 5. & ibi Ioan. And. & Butr. nisi ipsi unum rescriptum impetraverit per se, & aliud impetraverit ejus procurator eo ignorante; quo casu datur illi optio, quoniam rescripto uti velit: *c. gratia hoc tit. in 6. ad idem vero beneficium, ab eodem plura possunt impetrari rescripta, ex post facto ad cautelam nulla priorum facta mentione Pan. in d. c. in nostra n. 6. c. post electio & c. ex part. Assen de concess. præb. Speciale generali derogat sive speciale præcedat, sive sequatur, quamvis de eo mentionem non faciat, *c. abbatem & c. pastoralis §. quoniam hoc tit. gl. magna in c. 1. in verbo mandatum hoc tit. sive iustitiæ, c. 1. & c. pastoralis h. t. c. studuisti de off. de leg. l. in toto ff. de reg. jur. nisi tempore impetrationis secundi specialis, jam fuerit facta specificatio, per primū, d. c. pastoralis §. 1. sive gratiæ: *c. quamvis tibi de præb. in 6. c. generi de reg. jur. in 6. & ibi gl. alleg. conc. c. capitulum hoc tit. & ibi Pan. num. 4. extra hos casus, antiquius præfertur in literis gratiæ, quia in illis statur datæ; non præsentationi, *c. tibi qui hoc tit. in 6. & c. eum qui hoc tit. in 6. gloss. in c. si soli in verbo firmitatem de concess. præb. si primus impetrans non fuerit negligens, in prosequendo jus suum; cujus probata negligentia valet secundum, etiam si de primo non faciat mentionem, *c. capitulum & ibi gloss. in verbo primo & Pan. n. 5. &*******

*seqq. hoc tit. ac etiam literis iustitiæ, si primus impetrans, conventus per secundas, præsentet suas usque ad annum, & postmodum excipiat de suis prioribus; Pan. inc. 1. sub num. 14. vers. quartus intell. etus hoc tit. & ibi Butr. sub n. 21. Capr. conclus. 41. 42. & 43. alias si excipiat de suis prioribus, antequam illas præsentet iudici, non auditur, quia videtur hoc facere in fraudem: *c. ut debitus de appell. fallit in gratiosis, quando jus primi fuit conditionale, & ante conditiones existentiam, jus secundi fuit purificatum, & in esse productum. c. si pro te hoc tit. in 6. Archil. decis. 1. & 15. de præb.**

Dispensatio à declaratione differt: dispensat † princeps circa jus humanum, 2 3 quando data legis, vel Canonis obligatione, ab ea privatim aliquem eximit: *c. de multa & ibi Pan. num. 7. & seq. & Can. de præb. c. requiritis §. nisi rigor. & c. seqq. c. dispensationes & c. seqq. 1. quest. 7. §. plane ex his Instit. de iure nat. gent. & civitate Cov. in epit. lib. 4. decret. 2. part. c. 6. §. 9. n. 2. & 5. & per tot. circa jus divinum naturale & gentium declarandi, & interpretandi potestas principi competit ex aliqua causa iusta quæ hoc casu non præsumitur, nulla vero ei competit dispensandi facultas: *dist. 5. in princ. & ibi gl. p. mag. & Can. §. sed naturalis Inst. de iur. nat. gent. & c. late Cov. in epit. lib. 4. decret. 2. part. c. 6. §. 9. per tot. pulchre Mynsing. obs. 97. cent. quinta Bald. in l. fin. numero tertio, & seq. c. si contr. ius. sed & in multis, præter articulos fidei, casibus juris humani Papa non dispensat, recensitis per gl. fin. in c. cum ad monasterium & ibi Butr. Pan. Boeck. à num. 14. usque ad 18. & Can. de stat. monach. & Canonic. regul. Felin. in c. si quando numero quarto. & quinto de rescript. Dispensatio † est remissio legis, facta ex causa ur. 2 4 gente, *c. talis requiritis & ibi gloss. mag. in verbo ut pleriq; 1. quest. 7. c. 1. & ibi Pan. numero quarto*
qui**

qui clerici vel vou. & ibi Can. ab habente potestatem: requiritur §. nisi regor. 1. question 7. Pan. in d. c. de multa n. 8. de prob. concidi debet, causa cognita, & summa maturitate, atque gratis à quibuscunque ad quos jus dispensandi pertinebit, c. sicut el. 2. seß. 25. c. dispensationes & c. seqq. 1. quest. 7. & hæc expressa vocari potest: facta à supremo principe, sine causa valet; quia pro ratione est voluntas, l. relegati ff. de pan. & ibi gloss. fin. & DD. Pan. in c. constitutus n. 15. de relig. dom. Felin. in c. qua in ecclesiarum n. 60. ubi ponit sex. fall. de Constit. Con. in epist. lib. 4. decretal. 2. part. c. 6. §. 9. n. 10. & seqq. plures cumulans Gail. obs. 58. lib. 2. Mysf. d. obs. 97. cent. 5. in fin. & obs. 8. cent. 4. Alia tacita dicitur, quando Papa, vel Imperator, non expressis dispensationis verbis, & nulla præmissa causæ cognitione, Pan. in c. fin. sub num. quarto, de schismat. & ord. ab eis & c. in spectantibus ad jus commune, Innoc. in c. cum ad monasterium numero tertio, & 4. de statu monach. exercent actum positivum, siue effectum in personam sui subditi, quem sciunt pati impedimentum, maculam, vel defectum, requirentia dispensationem, vel citra dispensationem non valeret, vel saltem diceretur non legitime esse factus: l. imperialis §. similes C. de nupt. l. 2. C. de crimine sacrileg. c. veniens & ibi Can. de fil. presbyt. Put. decis. 6. & 15. de dispens. Bell. decis. 263. si narretur, secus si actus sonat in pati, vel sit negativus, ut quia ab inhabili recipit procuracionem, audit missam, & c. aut factum superioris possit interpretari, secundum jus; quibus casibus nunquam præsumitur dispensatum. c. dudum de decim. Bald. in l. bonorum la. 2. numero tertio, C. qui ad bon. possess. & c. Pan. in d. c. veniens num. 7. Gonzal. super regul. de mens. & alternat. gloss. 15. n. 29. & seq. Sed notandum est quod ex reg. Cancellariæ si dispensatio non venit sub quacunque signatura, in quavis gratia,

nisi totaliter gratiæ effectum hujusmodi dispensationis concernat, vel alias nihil conferat, aut operetur; unde si scienter inhabili faciat gratiam, non videtur cum eo dispensare. Paris. de resign. lib. 4. quest. 3. n. 63. Gonzal. super reg. de mens. & alternat. gloss. 15. nu. 29. & seq. Put. decis. 15. de dispens. ubi dicit videndum quomodo sit respondendum reg. Cancell. Episcopi, & alii inferiores, in casibus, in quibus possunt de jure dispensare, ipso facto non dispensant, nisi præmiserint super dispensatione faciendæ causæ cognitionem, & expriment dispensationis causam, c. diaconi 28. dist. c. qui in aliquo & ibi gloss. mag. in verbo concubinas 51. dist. gloss. 1. in c. si. de schismat. Anchar. in d. c. si summus nu. 7. de sent. excomm. gloss. fin. in c. 1. de ar. & qual. in 6 & ibi Gemm. in verbo dispensare late Boik. in c. veniens de fil. presbyt. Rot. decis. 2. de off. ordin. in antiq. licet non fuerit expressum verbum dispenso: consultius tamen est promotis, quod literas vel testes habeat, super dispensatione sibi facta: gl. in d. c. qui in aliquo c. si quis sine & ibi gloss. mag. 81. dist. si vero non præmissa causæ cognitione, aliquem inhabilem promovent, non videntur dispensare, imo puniuntur. Ioan. Andr. in c. fin. numero quarto, de schismat. & ibi Pan. num. tertio, & seqq. & Can. communiter. Pan. in d. c. veniens sub num. 7. vers. adverte quid, non sufficit de fil. presbyt. Collegium potest dispensare contra suum statutum, etiamsi sit confirmatum à Papa, Franc. in c. constitutus num. 15. de appell. Approbatio in actu requisita, ex actu positivo, negativo, & sonante in pati, ex quo pateat consensus inducitur. c. ex ore & ibi gl. pen. de his qua fiunt à majo. part. c. el. attendentes §. illas quoque in fine de stat. monach. Innoc. in c. cum ab ecclesiarum numero secundo de off. ordin. Absolutio ab excommunicatione non inducitur, per quemcunque actum, etiam scienter gestum, quia in ea exigitur certa forma

forma. *el. si summus de sent. excomm. c. cum defideres de sent. excomm.* Ex nominatione, honoratione, vel tractatu alicujus, ut prælati, vel Rectoris, aut sub nomine cujuslibet dignitatis, etiam scienter facta, non datur novus titulus, nec censetur novum jus conferri in prælatura vel rectoria. *el. si summus de sent. excomm. §. fin. ex patientia sive Conniventia non fit dispensatio c. cum jam dudum in fin. de præben. & ibi gloss fin. & Can.*

25 Dispensationum † quædam est simpliciter permilla & quædam est de jure debita, quando petitur ex legitima causa; *gloss. mag. in c. ut constitueretur in verba detrahendum 50. dist. c. necessaria c. dispensationes 1. questio. 7.* & licet pro ea consequenda non detur actio, potest tamen implorare officium superioris. *c. exigunt & ibi gloss. in verbo causa 1. quest. 7. c. fin. qui fil. sint legit. & ibi not. c. ipsa pietas in fine 23. quest. 4.* Item alia est gratiosa & dirigitur ei, cui fit, ut dictum est in rescriptis gratiæ; & ex decretis Concilii Tridentini, suum non sortitur effectum, nisi prius ab ordinariis impetrantium summarie tantum, & extrajudicialiter cognoscatur, expressas preces sub: & obreptionis vitio non subjacere: *c. dispensationes sess. 22. jure decretalium habebat locum, c. ex parte tua. de offic. ordin.* Nulla conceditur motu proprio, sed tantum ad petitionem partis. *c. innotuit. §. fin. de elect. c. fin. de schismat. l. pen. ff. de sentent. pass. & restitut.* Alia est commissaria, & dirigitur executoribus deputatis, & juxta Concil. Trident. ordinariis eorum, qui dispensationem impetrarunt: *d. c. dispensationes. quæ requirit factum executoris, & præcedentem causæ cognitionem, secundum formam mandati, & clausulæ, si ita est, c. ab excommunicato hoc tit. c. cum contingat de off. & potest. jud. deleg. Caputaq. decis. 273. p. 1. Paris cons. 57. num. 4. 7. vol. 4. Archil. decis. 18. de pro-*

*cur. vocaturque mandatum de dispensando: Put. decis. 11. de dispens. Paris. cons. 57. c. cum olim. 1. & ibi gl. 1. de off. deleg. l. diligenter ff. de vitand. dispensatio facta statim præsentato mandato executori est nulla; Archil. decis. 2. de fil. presbyt. c. cum contingat, de offic. deleg. c. ab excommunicato hoc tit. nam licet clausula, si ita est, in gratiosis non inducat conditionem, c. ex parte 1. & ibi Felin. n. 6. hoc tit., nec requirit vocationem partium, Clem. 1. & ibi gloss fin. de off. deleg. Bald. in c. super literis n. 19. hoc est. Lap. allig. 60. nu. 2. Rot. decis. 4. num. 4. plures quotas allegans de fil. presbyt. in antiq. saltem extrajudicialem requirit causæ cognitionem, quam dispensatio facta, statim præsentato mandato, excludit: c. primates 2. quest. 1. Archil. decis. 2. de fil. presbyt. Franc. in c. dilecto num. 55. nu. 153. de appell. Gemin. in summa 2. quest. 1. num. 8. suffragatur huju(modi) mandatum, etiam non justificatum, non possessorio, c. literas & ibi collect. in fin. de restit. spol. Coll. ct. anea in c. quia circa de consang. & affin. Put. decis. 8. de probat. Archil. 18. dec. de procurat. manutentionis, Casar. decis. 4. num. 3. de caus. possess. & prop. arg. l. iusta ff. uti possidetis: ac etiam spolio, Mober. dec. 11. de restit. spol. Put. decis. 239. in fine & decis. 249. lib. 1. Pan. in c. in literis numero quarto & quinto de restit. spol. Ioan. And. in c. literas num. 5. de restit. spol. nisi de inhabilitate constaret, ex confessione. Casar. decis. 20. num. 6. de prob. l. cum te la. 2. C. de transact. Motte Papæ, non expirat reintegra, sed possunt ordinarii illud expedire, etiam sede apostolica vacante, antequam exeat regula Cancell. super revalidatione literarum prædecessoris gratiæ & justitiæ, est enim gratia singularis certa, & determinata, per ipsum Papam facta, cujus executio mandatur ordinariis. Freder. de senis cons. 78. Sylvest. in verbo gratia num. 3. Fabien. in 5. quest. Garc. de benef. p. 6. c. 2. §. 3. n. 311. & seqq. Semper † in secunda dispensatio- 26
ne de-*

ne debet fieri mentio de prima, alias censetur subrepticia, quando dispensatio additur dispensationi: c. 2. §. statuimus de decim. in 6. c. 2. de fil. presbyt. in 6. & ibi Can. Rot. decis. 3. in fine de fil. presbyt. & c. in antiq. Pur. decis. 96. lib. 1. lecus si secunda gratia, concernat executionem primæ dispensationis: Ioan. And. in d. c. 2. numero secundo, & ibi Franc. numero quinto, in fine Crescent. decis. 18. hoc tit. Rot. d. decis. 3. in princ. Rot. divers. decis. 214. sub numero tertio, & 4. p. 1. Pur. decis. 96. lib. 1. Garc. de benef. p. 7. c. 2. num. 72. & seqq. item debet fieri mentio, de limitatione dispensationis, c. 2. §. 1. de decim. c. ceterum §. ad aures hoc tit. nam jura quæ arctant ad expressionem litis, verificationem narratorum, c. quia circa de consang. & affm. Caput. decis. 271. p. 1. causæ nedum finalis, sed etiam impulsivæ, c. postulasti & ibi Pan. numero primo, hoc tit. Dec. in c. cum cessante num. 7. de appell. Daputaq. decis. 274. p. 1. & mentionem certarum qualitatum an rescriptis gratiæ, habent locum in impetrationibus dispensationum; gloss. in c. non potest in verbo modicum de præb. in 6. & ibi Gemin. Fel. in c. in nostra in 8. coroll. hoc tit. alias dispensatio est nulla in totum, d. c. non potest. & ibi Franc. numero secundo & tertio, nisi limitatio sit consueta & notoria. c. bon. mem. el. 1. vers. contra de el. l. si vero §. 1. ff. qui satù dare cog. l. emptorem in princ. ff. de act. empt. Felin. in c. in nostra num. 15. hoc tit. Crescent. decis. 14. de præb. Rot. decis. 32. numero 27 quarto, hoc tit. in nov. Differunt ¶ dispensatio, & facultas dispensandi: dispensatio respicit favorem, certæ personæ, cum qua est dispensandum, strictè venit interpretanda, c. quod dilectio de consang. & aff. c. 1. §. fin. de fil. presbyt. in 6. c. non potest. de præb. in 6. c. odia de reg. jur. in 8. sufficit, quod in aliquo operetur, c. non potest §. cum vero de præb. in 6. pulchra gloss. in c. si autem in verbo nisi 36. quasi. 2. Ripa in c. ad aures num. 35. & pluribus seqq. hoc

Summa in Decretales.

tit. Felin. in c. postulasti n. 9. & seqq. hoc tit. & est odiosa, quia vulnerat jus commune: c. dudum 2. §. insuper de elect. gloss. inordinarii in verbo dispensationes de off. ordin. in 6. franc. in 6. 1. num. 9. de fil. presbyt. in 6. facultas dispensandi alicui concessa quoad patientes defectum, est favorabilis, censetur beneficium principis, & late est interpretanda: c. fin. & ibi gloss. 2. mag. de simon. c. at si clerici §. de adulterio & ibi Pan. numer. 11. de iud. & Can. Pur. decis. 39. lib. 9. franc. in c. 1. sub num. 5. de fil. presbyt. in 6. Ripa in d. c. ad aures num. 43. Felin. in d. c. postulasti sub. num. 11. vers. limita 4. & num. 12. in illa sub simplicibus defectibus non comprehenditur mixtus, l. vim passam §. præscriptione ff. de adult. & ibi DD. post. gloss. l. 2. & ibi DD. ff. de verb. oblig. ut in adulterino dispensato, sed nato ex adulterio geminato, Oldra cons. 247. §. 1. Instit. de nupt. in fine & ibi gloss. & DD. vel ex adulterio & incestu, Bald. in l. eam quam num. 36. C. de fideicom. nec in ea habet locum argumentum à pari vel minori, c. fin. de trans. Pral. Felin. in c. postulasti sub numer. 8. vers. circa 8. quasi. & c. ubi ampliatur & limitatur hoc tit. nisi minus consecutive, & necessario se habeat ad majus, c. quia in tantum & ibi gloss. 1. de præb. Anch. in d. unic. sub num. 19. de concess. præb. Felin. in c. etsi clerici §. de adult. num. 16. & 17. de iud. & tot debent esse dispensationes, quot sunt obstacula: 6. pastoralis de privileg. c. ex tuarum de auct. & usu pall. Ioan. And. in c. primo numero quinto, de fil. presb. in 6. plures cumulans Pan. in c. de multa post. n. 4. de præb. & ibi Ioan. And. & Can. Gemin. cons. 33. n. 8. hæc concessa in casibus simplicibus, comprehendit duplicem casum & defectum mixtum: Pan. in §. adulterio num. 11. & ibi Can. Bart. in d. l. 2. ff. de verb. oblig. & ibi DD. Pur. d. decis. 39. lib. 3. sed concessa super uno defectu, non extenditur ad alium concurrentem defectum, etiamsi libera facultas dispen-

D

dispen-

dispensandi sit concessa. c. 1. & ibi Franc. in ult. not. de atat. & qual. in 6. c. 1. & 2. de fl. presbye. in 6. Absolutio ꝑ per dispensationem sive indulgentiam à commisso crimine in utroque foro non datur, nisi post actam pœnitentiam, c. 1. & ibi Pan. num. 5. qui Cler. vel nov. velejus partem; c. ex tenore de temp. ordin. & non abolet infamiam aut rehabilitat ad ordines, vel beneficia, quia pœnam tantum remittit, l. fin. C. de gen. abol. l. tutor. l. generalis C. de sentent. pass. & iterum dimissa crimina in ultionem venire non patitur. c. de his & ibi gloss. & Can. de accus. Rehabilitatio, reintegratio sive restitutio expresse est concedenda, §. cum autem 15. vers. sed si Instit. quib. mod. ius pat. pot. sol. & ibi DD. l. 1. C. de sent. pass. & restit. & in terminis nostris Paris. conf. 88. num. 19. & seqq. vol. 4. Ioan. Andr. in c. dudum el. 2. num. 24. de elect. & ibi Host. num. 35. in qua debet fieri mentio, de alio simili delicto alias commisso, à quo absolutus & rehabilitatus fuit: l. desertorem l. non omnes ff. de remilit. c. cum haberet de eo qui duxit in matrimonium quam & c. hoc vestra & ibi gloss. 11. dist. l. 3. C. de episcop. audient. Garc. de benef. p. 2. c. 3. numer. 28. & seqq.

De Consuetudine.

Titulus IV.

S V M M A R I A.

- 1 Consuetudo, ut inducatur, tria requiruntur.
- 2 Consuetudo interpretativa non est necesse quod sit præscripta.
- 3 Consuetudinis effectus.
- 4 Consuetudo à præscriptione differt.
- 5 Consuetudo probanda est in specie.
- 6 Consuetudo centenaria, aut immemorabilis non censetur sublata.

DICTUM est de iure scripto, quod consistit in constitutionibus & rescriptis;

nunc breviter agamus, de iure non scripto, quod consistit in consuetudinibus. Subticitis traditis per gloss. & DD. in §. ex non scripto Instit. de iure nat. gent. & per Gail. obs. 31. lib. 2. Jus canonicum ad inducendum consuetudinem contra jus commune, (juri naturali cujus transgressio, periculum salutis inducit, quacunque consuetudine non potest derogari.) c. qua contra & seqq. 8. dist. c. fin. hoc tit. l. 2. C. qua sit long. consuetudo c. ex parte vestra hoc tit. c. 1. hoc tit. in 6. Requirit ꝑ primo, quod sit rationalis: c. fin. & ibi gloss. in verbo rationalis hoc tit. & ibi DD. consuetudo, sine veritate, vetustas est erroris: c. veritate & c. seqq. 8. dist. dicitur rationalis illa, quæ, vel cujus similis, approbatur à iure, arbitrio iudicis. Ioan. Andr. in d. c. fin. nu. 26. & seqq. post gloss. in verbo rationalis & in Can. Secundo frequentiam actuum, §. e non scripto & ibi gloss. in verbo diuturni Instit. de iur. gent. nat. & civili l. sed & ea l. nam imperator ff. de leg. arbitrio iudicis, l. 1. in fine & l. seqq. ff. iur. deliber. l. in venditione §. 1. vers. de tempor. ff. de bon. auc. iud. poss. l. 1. §. effractores ff. de effract. & c. l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig. iudiciorum, sive non iudiciorum: l. eum de consuetudine ibi an etiam cony. dicto & c. & l. nam imperator ubi consuetudinem aut rerum perpetuo iudicatarum ff. de leg. & c. Bart. in l. de quibus nu. 12. & 13. ff. de leg. Quæ æquipolleat consensui dato in communi, non in particulari: l. 1. C. qua sit long. consuetud. l. an in totum C. de adif. prin. l. cum de consuetudine ff. de leg. & c. gl. fin. in c. vers. item requiritur quod maior hoc tit. Tertio quod sit præscripta, id est obtenta, per cursum temporis ad præscriptionem requisiti: iure civili sufficiunt decem anni, etiam in consuetudine contra jus civile: l. de quibus & ibi gloss. in verbo inveterata, & l. diuturna ff. de leg. gloss. in rub. C. qua sit long. consuetudo. iure canonico

canonico ad inducendam consuetudinem, contra expressum canonem, vel rationem canonis, requiritur tempus quadraginta annorum: c. cum de beneficiis de prob. in 6. c. cum Ecclesia de caus. possess. c. auditus de prescript. gloss. in c. fin. in verbo legitime hoc tit. in l. de quibus num. 43. & seqq. ubi limitat utrumque membrum ff. de leg. Caesar. decis. 1. hoc tit. in principio. Capra conclus. 13. decem annorum ad inducendam consuetudinem præter jus; gloss. in c. fin. in verbo consuetudo hoc tit. in 6. & ibi Franc. sub numero 5. ubi limitat duobus modis, & Can. Rot. decis. 615. numero 4. p. 1. vel contra communem opinionem Doctorum. Put. decis. 240. lib. 3. in fine Achil. decis. 10. de dol. & cont. l. si de interpretatione & l. seq. & ibi gloss. in verbo perpetuo ff. de leg. qui incipiunt currere à primò die actus, qui contra, vel præter juris dispositionem fit. Bart. in l. de quibus numero 15. in 2. lect. ff. de leg. Ioan. And. in tract. de consuetud. possess. post c. fin. hoc tit. numero 39. Consuetudo ¶ interpretativa, debet esse proxima, & non remota, &c. l. si mater C. ne de stat. defunct. post quinque, quer. c. 3. & ibi gloss. in verbo ultimo & Can. de caus. possess. & propriet. Greg. xv. decis. 325. & ibi late annot. non est necesse, quod sit legitime præscripta: & suffragatur intra tempus decennii, l. si de interpretatione ff. de leg. Butr. in c. fin. sub numero 47. vers. ex his dicitur ubi tradit multa exempla hoc tit. Crescent. decis. 1. de Constitut. Put. decis. 12. libro 3. nisi auferat jus quæsitum alteri, de quo constat; Bart. in l. labeo numero 6. ff. de supp. leg. Butr. decis. 15. libro 3. Crescent. decis. 1. num. 5. & sexto Rot. divers. decis. 574. numero quarto parte 1. Consuetudo ¶ interpretatur legem ambiguam: l. si de interpretatione l. minime ff. de leg. quando

providet in casu non deciso; de novo jus inducit: d. l. de quibus in princ. & ibi gloss. 1. quando est contra legem, eam abrogat. Bart. in d. l. de quibus num. 5. sus. Ioan. And. in d. tract. de consuet. c. 55. Pan. in c. fin. sub numero secundo vers. ultimo concludendum & numer. seqq. hoc tit. Non potest detrahete substantiæ actus, ipso actu remanente, c. 2. hoc tit. in 6. c. cum terra & ibi Pan. numero primo & 2. de elect. Differt ¶ consuetudo à 4 præscriptione, quia ex præscriptione acquiritur jus privato, vel omnibus de clero, vel autertur jus quæsitum, aliis certis personis, aut collegio, c. cum dilectus & ibi Pan. hoc tit. c. cum ecclesia & ibi Pan. numero 45. de caus. possess. & prop. Pan. in c. fin. numero secundo hoc tit. Cas. decis. 1. numero tertio & quarto hoc tit. & decis. 2. numero quarto de his que fiunt à maiori part. capit. siue illud jus trahatur ex publico, siue ex privato: consuetudine vero non acquiritur jus alicui privato, sed in publico, undecunque causetur, etiam si ex privato jus trahatur: l. venditor §. si constat. ff. comm. prad. Pan. in c. fin. numero 20. hoc tit. Ioan. And. in c. non est in fine hoc tit. in 6. item in consuetudine, cum sit quædam lex, inspicitur sola voluntas, siue consensus, nec requiritur titulus, aut bona fides: in præscriptione requiritur titulus, & bona fides: gloss. fin. in c. fin. vers. sed quam differentiam hoc tit. qua ponit alias differentias & Can. late Felin. in c. auditu numero 22. de prescript. Bald. in l. imperium in 1. repet. sub numero 13. ff. de iurisd. omn. iud. Rip. in c. cum ecclesia sutrina num. 124. & seqq. de caus. possess. & propriet. Semper ¶ consuetudo probanda est in specie & in casu, de quo agitur, Cyn. in l. 2. numero 21. & 22. & seqq. C. qua sit long. consuet. Salyc. in l. 1. numero 23. & 24. eod. Butr. in c. fin. numero 67. & 68. hoc tit. ord. conf.

257. post numerum 3. etiam interpretativa: *Surd. conf. 254. numero 26. ubi plures quotas allegat Greg. xv. decis. 162. non inducitur ex usu difformi, l. nemo §. temporaria ff. de reg. iur. Bart. in l. 2. numero 27. ff. solut. matrim. & ibi DD. afflicti. decis. 280. num. 9. Bald. in l. non solum in fine ff. de jur. dat. Greg. xv. decis. 162. numero 8. & ibi annot. vel ab actu, qui ex mera facultate procedit: Pan. in c. quod translationem numero quarto de offic. leg. Pan. in c. abbate numero decimo de verb. signif. Greg. xv. decis. 162. numero 10. & ibi annot. Et unicus actus contrarius probat consuetudinem non extare, etiam si mille actus, ad inducendam consuetudinem essent gesti. Bart. in l. semper in stipulationibus in fine ff. de reg. iur. & ibi Cagn. numero duodecimo & DD. Greg. xv. decis. 162. numero 9. & ibi annot. Quando fit mentio de antiqua consuetudine, vel de longæva, vel inveterata, vel his similibus semper intelligitur, quod sit legitime præscripta per quadraginta annos. Franc. post gloss. in c. generali numero 8. de elect. in c. & ibi Can. Consuetudo ꝑ centenaria aut inmemorabilis nunquam censetur sublata etiam per verba universalia, quacunque consuetudine non obstante, nisi exprimat. Felix. in rub. de præscript. numero 18. Prob. ad Monach. in c. 1. num. 24. de præscript. in 6. gloss. in aut. ut de casero commut. rei immot. & in verbo præsumptione Gonzal. in reg. Can. cell. de mens. & altern. gloss. 33.*

De postulatione Prælatorum.

Titulus V.

S V M M A R I A.

- 1 Postulationis definitio.
- 2 Postulandi quinam sint.
- 3 Postulatio duplex, solemnis, & non solemnis.
- 4 Postulatio per postulationem nullum jus acquiritur.

- 5 Postulantes quando possunt à postulatione recedere.
- 6 A quo postulatio admittatur.
- 7 Postulantium indignum pena.
- 8 Admissa postulatione per superiorem, postulatio jus acquiritur.
- 9 Admissio postulationis habet vim confirmationis.

MAGISTRATUS jura tuentur, l. 2. §. post originem, ff. de orig. jur. c. ubi periculum §. præterea de elect. in 6. qui jure canonico assumuntur, per postulationem, electionem, aut translationem, de quibus subjicit: & quia postulatio innititur gratiæ, præmittit titulum de postulatione prælatorum. Postulatio ꝑ est ejus, qui eligi non potest, in prælatum à superiore concors capituli facta petitio, c. 1. §. postulationem & §. pen. h. tit. servatis formis, Pan. in d. c. quia propter n. 9. vers. quero secundo c. scriptum c. bona el. 2. de elect. c. in caus. & ibi Innoc. num. primo, de elect. cap. quia propter de elect. dico concors, quia facta à minori, quam tertia parte capituli, non solet admitti: c. bona memoria el. 1. hoc tit. & si concurrat cum electione alterius, non admittitur, nisi numerus postulantium sit duplor major: c. scriptum est de elect. gl. in d. c. bon. mein. el. 1. in verb. in tanta. concurrentibus pluribus postulationibus admittitur ea, quæ celebrata est à duabus partibus, urgente necessitate: Pan. in c. auditus n. 9. de el. & ibi Anch. sub nu. tertio, vers. quero generaliter & Can. Postulandi ꝑ sunt, omnes qui patiuntur defectum dispensabilem, secus si indispensablem, c. primo §. penul. hoc tit. & ibi gloss. in verbo personam Pan. in c. fin. n. 8. in fin. hoc tit. aut durum sit super eo dispensari. c. post translationem de renunc. in fin. c. officii de elect. propter quem non possunt exercere officium, ad quod promoventur, vel alias inhabilitantur à jure: Pan. in c. fin. sub n. 8. vers. 3. regula h. tit. c. quia diligentia & c. quisquis de

de elect. c. convenientibus §. pen. & fin. & c. seq. r. quæst. 7. ideo postulandus est in Episcopum, qui trigessimum annum nondum implevit, c. cum in cunctis c. dudum el. 1. c. cum nobis de elect. constitutus in minoribus ordinibus, d. c. dudum el. 1. c. multis de ar. & qualit. & ord. presb. c. cupientes §. denique de elect. in 6. laicus, c. Osius 61. dist. c. primatus 71. dist. episcopus, cum propriæ sit alligatus ecclesiæ, c. inter corporalia vers. sicut autem de translat. episcop. & c. d. c. cupientes §. denique & bona memoria el. 2. & c. fin. & ibi gl. r. hoc tit. secus in abbatibus, & cæteris prælatis, etiam exemptis infra dignitatem episcopalem, licet consentire, vel transire, non valeant, sine superioris auctoritate: c. si abbatem de elect. in 6. gloss. mag. in c. fin. hoc tit. & ibi Pan. sub n. 8. unde versus. postulo Pontifices, non factos, atque minores ætate, laicos, male natos, religiosos; & plures alios, qui postulari debeant, enumerant Anchar. in c. fin. hoc tit. vers. quærunt hic communiter, & ibi Ioan. Andr. numero quarto, & seqq. & Can.

3 Duplex ¶ est postulatio solemnis, & non solemnis; Solemnis dicitur, quando postulatur ab eo, qui potest super omni impedimento postulari dispensare, quæ est superius definita. Non solemnis dicitur, quando postulatur ab eo, qui non potest dispensare, super impedimento; requiritur tamen ejus consensus, in promotione, ratione sui interesse; ut si monachus electus, vel postulatus sit in episcopum, vel ad prælationem aliquam extra monasterium, vel ecclesiam suam petenda est, & obtinenda licentia sui superioris; c. si religiosus de elect. in 6. eaque habita debet peti confirmatio electionis, & approbatio postulationis ab eo ad quem alias pertinet idem iudicium est in omnibus fere exemplis allegatis ab Anchar. & Ioan. Andr. in d. c. fin. Pan. in cap. primo num. 34. hoc tit. & ibi Butr. n. 72.

Postulato ¶ per postulationem nullum 4 jus acquiritur, non potest postulationi consentire, nec tenetur exhibere expensas; ad quas tenentur ipsi postulantes concorditer vel discorditer: neque potest petere iure actionis confirmationem, sed inplorandum est officium, vel potius petenda gratia superioris: c. cupientes §. denique de elect. in 6. c. bona mem. el. 2. & ibi gloss. in verbo gratia c. postulatione & ibi gl. r. c. 1. §. penult. hoc tit. Pan. in c. fin. n. 11. hoc tit. Postulantque ¶ postulantes libere a postulatione recedere, quia non videntur consentire, in eum, uti sponsum, nisi placuerit maioribus; Anchar. in c. r. num. 12. hoc tit. etiam si fuerit publicata: Boich in d. c. bñ. mem. el. 2. Host. in d. c. postulationem. hoc tit. in princ. idem clarus in d. c. bona mem. n. 28. & seqq. Butr. in d. c. postulationem num. 11. nisi postulatio, subscriptio- nibus postulantium roborata, fuerit præsentata superiori approbata: d. c. bon. mem. el. 2. vers. nec obstabat. quia quantum ad se, postulantes illam approbaverunt, per istam præsentationem; & ne votum superioris eorum videatur dependere arbitrio, c. inter el. 3. de elect. gl. in d. c. bon. memoria el. 2. in verbo illuderent. Tota vero ¶ admissio ejus inniti- 6 tur gratiæ superioris, c. literas 63. dist. & ibi gl. in d. c. postulationem qui non tenetur ei facere gratiam nisi velit; quia non quidquid iudicis potestati permittitur, juris necessitati subicitur: l. non quidquid ff. de iud. c. consult & ibi gl. in verbo gratiam de offic. deleg. ideoque nullam injuriam irrogat, postulationem non admittendo, nisi facta fuerit propter utilitatem, aut necessitatem ecclesiæ, & concorditer saltem a duabus partibus collegii; quæ non potest reiici, sine injuria postulantium. & ecclesiæ, in qua facta fuit, d. c. cupientes §. denique & ibi gl. in verbo gratia c. cum monasterium de elect. Pan. in c. pen. numero secundo, hoc tit. Episcopus semper a summo Pontifice po- stulan-

30
 stulandus est; quia causa episcoporum numerantur inter majores, quæ reservantur Papæ: c. maiores de Baptismo c. ut debitus in fine de appell. c. quod translationem de offic. leg. & ibi gl. mag. ad dignitatem episcopatu inferiorem, is, ad quem spectat confirmatio, potest etiam postulationem admittere, si super defectu potest dispensare, & non alias; quia admittio postulationis habet vim confirmationis. Pan. in d. c. fin. num. 10. & ibi Ioan. Andr. & Can. communiter. Differentia est inter episcopos & inferiores in materia dispensandi; quia episcopi semper dispensant, ubicunque in iure permittit dispensatio in genere, licet specificè non permittatur episcopis: c. dilectus & ibi gl. in verbo permissa. & Innocent. num. 2. & 3 de temp. ordinat. & Pan. in c. at, si clericus §. de adulterijs numero primo & quarto & seq. de iudic. inferiores episcopis non dispensant, nisi in casibus specificè eis permissis. c. cum illorum de sent. excomm. c. secundo de eo qui furt. ord. susc. & ibi Innoc. & Ioan. Andr. Postulantes † indignum indignitate indispensabili, vel non expressa in postulatione, ut si minor, vel illegitimus propter id postuletur, qui tamen homicida est, vel nullius scientiæ, Ioan. Andr. in c. nu. 32. hoc tit. & ibi Butr. n. 67. & seqq. vel renovantes postulationem cassatam vitio personæ, sunt ipso iure privati potestate eligendi, pro prima vice: c. 1. & ibi gloss. pen. hoc tit. & Pan. n. 31. Anch. n. 11. & Can. communiter Pan. in c. gratum numero secundo & nu. 10 & seqq. hoc tit. si major pars delinquat in postulando indignum, electio devolvitur ad alios, licet numero pauciores: d. c. gratum & ibi gl. in verbo pauciores hoc tit. etiam si unus fuerit: quia jus collegii residet, in non delinquentibus, vel non delinquente: & idem eadem ratione obtinet in aliis actibus Capitularibus, gl. in d. verbo pauciores quam approbat Pan. numero quinto, 8. & 9. Anch. in quarto not. & quæst. 4. &

in uno retinetur jus collegii: sicut §. ff. quod cuiusque univers. nom. siquidem omnes deliquerint in cathedralibus, devolvitur ad Papam, c. bone mem. el. 1. in fine de elect. & ibi gloss. in verbo ad nos c. quia diversitatem §. sic tamen de concess. prab. c. quanquam hoc tit. in 6. in inferioribus dignitatibus, ad proximum superiorem. cap. cum in cunctis §. fin. de elect. d. c. quanquam vers. fin. & ibi gloss. pen. Admissa † postulatione per superiorem, postulatus consequitur ius, ac si fuisset electus, & confirmatus, & † nulla alia electione vel confirmatione indiget: & ita servat Curia Romana, ut evitetur circuitus, & dispendium ecclesiarum. Pan. in c. 1. num. 34. Ioan. Andr. num. 34. Pan. in c. 2. n. 13 hoc tit.

De electione & electi potestate.

Titulus VI.

S V M M A R I A.

- 1 Electionis definitio.
- 2 Electio in quo loco fieri debeat.
- 3 Electionum quatuor forma.
- 4 Electionis per scrutinium forma.
- 5 Eligentium scienter indignum pœna.
- 6 Electionibus princeps, potestas, aut laici non possunt intervenire.
- 7 Electionis per compromissum forma & Compromissariorum scienter eligentium indignum pœna.
- 8 Electionis per inspirationem forma.
- 9 Electionis per compromissum mixtum forma.
- 10 Electionum forma habent locum in electionibus episcoporum, his superiorum, regularium, & principalium Prælatorum, ecclesiarum Collegiatarum.
- 11 Eligendi ius ad quos spectet, & quando absentes ad eam sunt convocandi.
- 12 Eligendi in Episcopum, vel ad regularem ecclesiam, aut Collegiatam, aetas & qualitates.

- 13 Electio in Cathedrali & regulari ecclesiis vacantibus debet fieri intra tres menses, in quibuscu: qu: aliis ecclesiis vel dignitatibus infra sex menses.
- 14 Eligentes tenentur in electionibus Cathedralium, regularium & Collegiatarum ecclesiarum eas electo presentare & petere eius consensum.
- 15 Electus consensum electioni adhibere debet intra mensem à presentatione decreti electionis sibi facta vel à die obtenta licentia à superiore suo.
- 16 Elector per electionem jus quaritur.
- 17 Electus si consentire recusat, aut post consensum renunciet, aut moriatur, electores habent integrum tempus ad novam electionem faciendam.
- 18 Electioni se opponens, proponendo aliqua contra electionis formam, aut personas eligentium vel electi, & appellans, quam servare tenetur.
- 19 Electus in concordia valde remotus, cuius confirmatio immediate spectat ad summum Pont. potest administrare, alias administrare non potest.
- 20 Confirmatio electi procedit gradatim.
- 21 Confirmatio qua solemnitate fiat.
- 22 Confirmanti indignum poena.
- 23 Confirmationem petere tenetur electus intra tres menses post praestitum electioni consensum.
- 24 In confirmationibus Cathedralium & regularium ecclesiarum qua ex immediata subiectione vel appellatione, habent peti à Papa est servandum c. cupientes, hoc tit. in 6.
- 25 Electionem ex defectu forma quam possint impugnare.
- 26 Contra electi personam, quam possunt opponere, ac poena non probantium objecta.
- 27 Confirmatio tribuit jus administrationis temporalium, & eorum qua sunt jurisdictionis & dignitatis episcopalis.
- 28 Abbas electus & confirmatus ante benedictionem acquirit nomen Abbatis, & beneficia eius vacant.
- 29 Confirmatus tenetur ad consecrationem intra tres menses recipendam, & quomodo fiat consecratio.
- 30 Consecratio tribuit potestatem eorum qua pertinent ad ordinem Episcopalem.
- 31 Electi in Episcopum beneficia vacant per confirmationem adaptionem possessionis, & consecrationem.
32. Consecrationis manus negligentium suscipere poena.
- 33 Abbatibus non est praefixum certum tempus ad petendam benedictionem.
- 34 Abbati presbytero imparianda est tantum benedictio & requirit manus impositionem Episcopalem.
- 35 Episcopi & Abbates à summo Pontifice confirmati à quo recipiant consecrationem & benedictionem.
- 36 Abbatissa seu priorissa electio in monasteriis monialium quando fiat, & quando electa possit administrare.
- 37 Abbatissa intra annum à sua confirmationis tempore computandum, debet benedictionem suscipere.
- 38 Abbatissa benedicta potestas.
- 39 Summi Pontificis electio quomodo fiat.
- 40 Imperatoris electio, confirmatio, & consecratio, quomodo fiat.

DICTUM est de postulatione, per quam providetur ecclesiae, per viam gratiae, nunc subiicit de electione, quae veri innititur, & electi potestate, quia electo jus quaritur, & debetur ei confirmatio. Pan. post gloss. in c. pen. numero quarto, de postul. Prel. & ibi Io. Andr. & Can. gl. in rub. de postul. prelat. in 6. Electio verbale nomen est, duplicem habens significationem, activam, & passivam, l. 2. &

1. 2. & ibi gl. fin. Bart. & DD. ff. de duobus reis. & c. & sub hac rubrica tractatur de his qui possunt eligere, de his qui eligi possunt, de formis electionis, tempore eligendi. Electio ¶ est libera, c. cum terra hoc tit. alicujus ad dignitatem canonicè facta vocatio: gl. in rub. de postul. pral. in 6. Pan. in rub. de postul. pral. & ibi Can. debet fieri post obitum prælati, c. bona memoria el. 2. & ibi toan. And. n. 17. hoc tit. c. obventibus 63. dist. c. episcopo el. 1. in fine 6. quest. 1. gl. 1. in c. postquam 50. dist. & de honestate, tempore prædefuncti prælati, tradito sepulturæ, c. bona mem. el. 2. & ibi gl. in verbo tractatur & Pan. n. II. c. nullius el. 2. 79. dist. & ibidem Archid. & Gemin. in ¶ loco consueto, in ecclesia, c. quod sicut in princ. hoc tit. Franc. Marc. quest. 97. p. 1. in choro, c. cum nobis olim hoc tit. vel in capitulo, si commodè fieri potest, alias ubi meliùs se obrulerit facultas: d. c. cum terra, & ibi gl. in verbo in quo & c. quod sicut & ibi gl. in verbo constitutione hoc tit. c. in nomine Domini 28. dist. & ubi est discordia de loco, standum est majori parti, Imol. in c. cum nobis sub numero quarto, & Can. hoc tit. per aliquem ex infra scriptis modis ¶ per scrutinium per compromissum, per insperationem, c. quia propter hoc tit. item per compromissum mixtum: c. cum expediat hoc tit. in 6. qui contra præscriptas formas eligere attentaverint, eligendi ea vice potestate privantur, non ipso jure, sed per sententiam, d. c. quia propter in fin. princ. c. humana & ibi gl. fin. hoc tit. c. quanquam hoc tit. in 6. quæ in cathedrali ecclesiâ ad summum pontificem devolvitur, in regulari & inferioribus ecclesiis ad proximum superiorem, d. c. quanquam & ibi gl. in verbo cathedrali quam ibi approbant Franc. in fine num. primi Gemin. & Anchar. in ult. not. c. quia propter c. humana & ibi gl. fin. & Can. hoc tit. Dicitur ¶ fieri per scrutinium, quando vocatis per unicam requisitionem, seu monitionem, Petr. de bafio in di-

rect. elect. part. 3. c. xi. numero quarto. gl. in c. si episcopus in verbo præceptione dist. 18. Pan. in c. cum nobis num. 10. hoc tit. in fin. & præsentibus omnibus, qui debent, volunt, & possunt commode interesse, (nam si ad electionem vocati sint non vocandi, valet electio eis non expectatis; c. cum inter el. 3. hoc tit. nec licet alicui de canonicis præsentibus recedere, si tunc aliquem canonicum absentem expectarent aliquot diebus; nisi electio foret ad alium terminum prorogata: Innoc. in c. consuluit post n. 3. de off. deleg. & ibi Host. n. 5.) & collegialiter, statuto die, c. cum in veteri hoc tit. in unum congregatis, c. in genesi hoc tit. gloss. in c. primo in verbo tractatus de reb. eccl. alien. in 6. licet non sint duæ partes vocandorum, Pan. in c. in causis n. 9. hoc tit. cont. Bart. & legistas Pan. in c. cum nobis in 3. not. hoc tit. Innoc. in c. ecclesia 2. hoc tit. d. quod circa & ibi gloss. pen. in fine & ibi Can. hoc tit. quia citati non comparentes in termino præfinito se fecerunt alienos ab actu electionis, & non computantur in numero; c. cum nobis c. quod sicut & d. c. ecclesia 20. hoc tit. per collegium scrutatores assumuntur, tres de collegio eligentium, fide digni qui vota exquirunt secreto, & singulariter, c. quia propter hoc tit. c. si quis iusto §. fin. hoc tit. in 6. cunctorum etiam scrutatorum (si unus ex præsentibus non scrutaretur, electio esset nulla) vocaque exquisita redigunt, in scriptis publicis aut privatis, eaque in communi seu in præsentia capituli mox publicant: factâ publicatione electores variare non possunt: c. publicato hoc tit. & statim, si plures sint electi, fit collatio numeri, zeli, & meriti, nullo actu extraneo intermixto, c. humana hoc tit. c. in genesi §. 1. hoc tit. quam statim sequitur, non obstante appellatione alicujus, quæ locum non habet publicato scrutinio, cum mutare nequeat voluntatem: gloss. in c. ecclesia vestra primo in verb. appellationem hoc tit.

& ibi *Can. communis electio, c. publicato hoc tit.* per eum qui habet primam vocem, vel cui capitulum hoc commiserit vel per quemlibet sine mandato Capituli, quia tacendo videtur habere ratum, *Pan. in d. c. quia propter num. 11. & Can. spec. tit. de elect. §. primo sub numero 20, nomine capituli, & per verba singularis numeri, c. sicut & ibi gloss. in verbo per unum & verb. compromissi hoc tit. in c. communiter & publicè, d. c. in genesi nullo actu extraneo intermedio, c. cum post hoc tit. de illo in quem major, & sanior pars, totius capituli, non comparatione partium minorum, d. c. in genesi c. ecclesia 1. & 2. hoc tit. Franc. Marc. quest. 922. lib. 1. consensit: c. coram hoc tit. solemniterque publicatur, cleto & populo: c. cam inter 3. hoc tit. super facta electione fit decretum continens formam, seriem & processum electionis, nomina eligentium & electi & subscriptiones eligentium singulares, c. innotuit & ibi post gloss. in ver. decreto *Can. hoc tit. c. episcopus & ibi gloss. fin. 61. dist.* scriptum manu publica vel privata, l. scripturas *C. qui potiores in pign. hab. c. quoniam contra de probat. sigillatum sigillo Capituli vel alio authentico, c. primo de fid. instrument. & ibi post gloss. Can. gloss. in d. c. innotuit in verb. decreto.* atque ordo predictorum omnium successive servandus est, prout est enumeratus: *Pan. post Ioann. And. & gloss. in verbo sanior in c. quia propter, num. 12. & seqq. hoc tit. qui ponunt 18. requisita in scrutinio Bald. in l. 1. num. 60. C. qui admitti & c. & si contra factum fuerit, aliquando est electio irrita, c. ecclesia vestra 1. & ibi gloss. in verbo processus c. in genesi hoc tit. aliquando est irritanda c. cum post petitam c. cumana hoc tit. Franc. Marc. quest. 1338. p. 1. Boer. ad Guid. mend. de non prel. elect. c. 22. de forma scrutini in verbo irrita.* Ex predictis quædam sunt, quæ præcedunt formam, ut vocatio*

Summa in Decretales.

absentium, assignatio diei ad electionem, expectatio absentium, vel suorum procuratorum, & talia omissa faciunt electionem irritandam, non irritam, c. quod sicut §. si autem hoc tit. c. ecclesia el. 2. §. denique statutum hoc tit. *Abb. antiq. in d. c. quia propter col. 6. vers. & ad hoc sciendum nota. & c.* quia non sunt de forma substantiali, sed de iustitiâ electionis: contemptus enim aliquorum non inducit nullitatem electionis, sed retractatur electio, non vocatis ante confirmationem, *Anch. in c. continebatur numero quinto, de his quæ sunt à prel. & ibi Ioan. And. in fine vel ex aliorum opinione etiam post confirmationem, & consecrationem, Pan. in c. quod sicut §. super eo numero tertio, & 15. hoc tit. ubi latius distinguit. prosequentibus contemptum, c. quod sicut hoc tit. in fine princ. & ibi gloss. in verbo consentire Pan. in c. bon. memoria el. 2. n. 5. & 6. de post. prel. c. bona mem. 2. & c. ecclesia 2. hoc tit. Successor in canonicatu non agit de contemptu prædecessoris, de quo successor in prælaturâ agit, quia succedit in onere & honore; canonicus vero non habet successorem, nisi forsan in præbenda. gloss. in d. c. quod sicut in verbo consentire in fin. *Pan. n. 10. & Can.* Quædam sunt præter formam, scilicet, quod sunt tres, vel plures, aut pauciores scrutatores, c. cum dilecti hoc tit. gl. in d. c. quia propter in verbo c. sanior vers. quæ tristantum *Franc. Marc. quest. 1199. p. 1.* quod sint de collegio, vel extra collegium, c. obeuntibus 63. dist. c. ne pro defectu in fine hoc tit. *Franc. Marc. quest. 1199. cum duabus seqq. p. 1. Boer. ad Guid. mandag. de elect. nov. prel. c. 22. de forma scrutini in verbo aliqui & Guid. mandag. in c. seqq. 23. qualiter scrutatores & quales sint ad faciendum scrutinium assumendi circa finem & ibi Boer. in verbo factum fuerit & verbo irritari.* quod ab absente super suo impedimento iuramentum sit præstandum, d. c. quia propter*

E

S. illud.

§ illud. quæ & similia omiſſa, nec nullam nec annullandam faciunt electionem, *Abb. antiq. in d. c. quia propter col. 6. vers. item quadam sunt præter formam.* De formâ sive substantiâ electionis sunt, ut scilicet & sigillatim inquisitio fiat, publicatio, in communi colatio, & communis electio, incōtinenti nullo actu contrario intermissio, unum post aliud faciēdo, scriptura votorum cuiuslibet, *c. cum post petiam c. cum ana in fine cap. in genesi hoc tit. gl. in c. ecclesia vestra 1. in verbo processus hoc tit. gloss. 1. in c. 1. 63. dist. ut si quisquam velit mutare, & scriptum obviet. c. quia propter cap. publicato hoc tit. gloss. in cap. ecclesia vestra primo in verbo appellationem hoc tit. c. saluberrimum prima quasi. 7. c. omnes fœmina 27. quasi. 1. c. vidu 20. quasi. 1. & hæc si omiſſa fuerint, faciunt electionem irritam, ipso iure. *c. cum ana c. ecclesia vestra el. 2. hoc tit.* Quædam sunt quæ subsequuntur formam, ut publicatio clero & populo faciēda, alias electio esset clandestina, *d. c. quia propter §. fin. Carc. de benef. p. 6. c. 4. num. 8. & 7. decretum super facta electione, l. cum res C. de probat. Ioan. Andr. in d. c. innotuit nu. 22. de elect. gloss. fin. in fin. in c. Epis 61. dist. item deportatio. c. ecclesia vestra 1. circa fin. hoc tit. & illa si omiſſa fuerint, nec nullam, nec annullandam faciunt electionem. c. ut nostrum & ibi gloss. in verbo occulta ut ecclesiast. benef. sine diminut. conf. & Can. c. ecclesia el. secundo vers. denique statutum hoc tit. *Abb. antiq. in d. c. quia propter col. 6. vers. quadam sunt quæ subsequuntur.* De formâ scrutini, capitulum potest habere recursum ad aliam formam, ante publicationem scrutini, *c. cum inter c. publicato hoc tit. Abb. antiq. in d. c. quia propter col. 6. in fin.* Et licet Pan. in d. c. quia propter, ponat & explicet substantia- lia scrutini decem & octo, & illis plura addat Zab. ibidem in 45. quasi. 10. And. num. 28. Anchar. col. 3. vers. ulterius citâ hoc**

quæritur, Host. ibidem nu. 42. & seqq. quatuordecim requisita, Petrus de Bailio in d. res. elect. cap. 21. & seqq. ponat decem & octo part. 3. & omnes dicant tutius esse omnia observare, & de multis controversi, an sint de substantiâ electionis, tamen in Germaniâ, antiquitatis tenacissima opinio. *Abb. antiqui & glossæ, longo usu & inveterata consuetudine videtur approbata, ac etiam in Gallia: Franc. Marc. questio. 1327. p. 1. ponit tria requisita quæ dicit esse de speciali forma, & in fine addit tria alia ex prag. sanctione idem decis. 50 p. 2. numero quarto dicens, quod triplex datur electio canonica Guil. mandag. de elect. nov. p. 1. c. 22. de forma scrutini ponit sex substantia- lia Bald. in d. c. quia propter num. 29. Butr. num. 35. Innoc. numero primo. Eligentes & scienter indignum ipso iure privantur potestate eligendi, in electione, quæ prima vice, non secunda, aut tertia; occurrit faciēda: *c. cum vintoniensis hoc tit. & ibi gloss. & Can. quæ in cathedrali ad Romanum Pontificem, devolvitur, in regulari ac in aliis inferioribus ecclesiis, ad proximum superiorem: c. quanquam hoc tit. in 6. gloss. fin. in c. cum ana hoc tit. & in electionibus episcoporum, & superiorum, per tene- nium ab ecclesiasticis beneficiis obtentis, in illâ ecclesiâ, ad quam fuit facta electio, non autem ab officiis sunt suspensi: c. cum in cunctis §. fin. hoc tit. c. scriptum est in fine & c. congregato & ibi gloss. fin. hoc tit. & interim ad aliquam dignitatem, sive beneficium in eadem, secus in alia ecclesia, eligi, aut assumi non possunt: c. per inquisitionem hoc tit. & ibi Pan. num. 8. in inferioribus dignitatibus puniuntur pœnâ arbitrariâ, c. si compromissarius vers. huiusmodi hoc tit. in 6. Pan. in d. c. per inquisitionem numero 8. c. quanquam & ibi gl. in verbo secus hoc tit. in 6. Si aliqui scienter eligunt indignum, potestas eligendi recidit ad alios, licet pauciores, qui non deliquerunt: quo-**

rum electio de digno est confirmanda: *c. congregato hoc tit. c. dudum el. i. hoc tit. & ibi Pan. numero 10. & seqq. c. 2. de poss. prel.* Si evidenter appareat primò factam electionem esse ipso jure nullam, ut puta de manifesto ineligiblei, *c. venerabilem c. vintoniensis hoc tit.* aut à suspensis, vel de suspenso, aut ab excommunicatis, vel de excommunicato celebratam, *c. cum dilectus de consuetud. c. constitutus de Appellat.* quia prima non præstat impedimentum secundæ, *c. non præstat. de Regu. lur. in 6.* Si pauciores ipsi postea reperito inter eos tractatu & scrutinio scienter eligunt indignum, fit devolutio perinde, ac si omnes ab initio deliquissent, in cathedralibus ad summum Pontificem, in inferioribus dignitatibus ad proximum superiorem, quia pauciores repræsentant totum collegium: *c. quanquam hoc tit. in 6. & ibi Can. post gl. pen. & sin. vide gl. mag. in c. auditis in verbo irritandam hoc tit. & ibi Pan. numero nono Anchar. sub numero 3. & Can. qui ibidem docent quam electio prævaleat quando plures electiones concurrunt factæ ab eisdem vel diversis in continenti vel successive. Quod si ignorantur eligunt indignum, tunc ad eos redit electio, & à die cassationis, tempus integrum habent: *c. si electio hoc tit. in 6.* Scienter in electionibus, nominantes indignum, propter suffragium in scrutinio præstitum, nequaquam eligendi potestate privantur, nisi adeo in eo persistierint, quod ex eorum votis, communis electio sublequatur. *c. perpetuo hoc tit. in 6.* quod si dubitari contingat de effectu & validitate factæ electionis secunda ex intervallo facta electio, prima non cassata non valet, *c. consideravimus, c. auditis hoc tit.* cæterum si in concursu & quasi contextu fiant duæ electiones non habent locum proximè præallegati Decretales sed fit collatio numerizeli, & meriti ut illa quæ eis collatis*

inventia fuerit à majori, & saniori parte capituli celebrata, alteri præferatur, *c. dudum i. c. in Genesi hoc tit. Franc. Marc. quasi. 924. numero 12. & 13.* Electionibus, princeps, potestas aut laici non possunt intervenire, nec eorum, aut Patriarchæ, vel Archiepiscopi consensus, requirendus est, super futura electione certæ personæ, reprobato contrario abusu, *c. cum terra c. quod sicut hoc tit. c. quisquis hoc tit. 63. dist. in summa & c. 1. 2. & 3.* Etenim non potest laicus de consuetudine, etiam maximi temporis, de cujus initio non extat memoria, acquirere jus eligendi, etiam ut coeligat cum canonicis, sed tantum ex privilegio, seu indulgentia sedis apostolicæ: *c. massana hoc tit. Pan. in d. c. quisquis sub numero 3.* Electiones hujusmodi factæ per abusum sæcularis potestatis, sunt ipso jure nullæ, eligentes ab officiis, & beneficiis per triennium penitus, per sententiam suspenduntur, & eligendi tunc sunt potestate privati: unde si in illo triennio, quo sunt suspensi, iterum vacaret, non possunt eligere: consentientes vero electioni de se factæ, commodo electionis carent, & ipso jure sunt ineligiblees, non ad canonicatus, & inferiora beneficia, vel ad ecclesias curatas, sed ad aliquam dignitatem, *d. c. quisquis & ibi gloss. & Pan. num. 2. & 3. & Can. nisi per metum contulerint, Bald. in d. c. quisquis numero 3.* aut cum eis potestatem fuerit dispensatum: *gloss. in d. c. quisquis in verbo fiat.* item communionem privantur, & si persistierint, à ministerio ecclesiastico & ordine deponuntur, *c. praterea de jurepat. c. constitutiones 16. quasi. 7.* denegatur eis uti episcopis & prælatis audientia, interdicta est eis, ipso jure, gratia S. Patri, *Felin. in c. veniens numero primo de prescript.* Et ingressus ecclesiæ, quousque locum resipiscendo desererint, tam in superioribus,

quam in inferioribus dignitatibus: *c. si quis deinceps 15. quest. 7.* que iura in Germania, per speciale concordatum initum, inter Calixtum Papam secundum, & sedem apostolicam, & Henricum quartum imperatorem, & imperium, sunt recepta anno 1122. ut testantur Nauclerus Card. Baronius, qui dicit, vidisse originale sigillatum sigillo aureo dicti imperatoris, & alii in vita Calixti. Jus canonicum non prohibet, quin Regis, qui pro tempore fuerit, post electionem libere factam, requiratur consensus, ut in futurum, nō possit opponere contra electum, maximè si dubitet, de prodicione patriæ, aut revelatione suorum consiliorum: *c. cum inter el. 2. c. cum terra & ibi Pan. num. secundo c. quod sicut hoc tit. Pan. in c. super his numero 13. & ibi Felix. numero octava de accus. c. cum longe & cc. seqq. 63. dist.*

7 Per \dagger compromissum fit, quando uni, *c. si compromissarius hoc tit. in 6. c. post translationem de renun.* vel pluribus idoneis viris religiosis, etiam aliis, qui non sunt de capitulo, (jus eligendi in collegiata ecclesia, non cadit in laicum, *c. sacrosancta c. massana hoc tit. c. quod sicut & ibi gloss. in verbo impedire hoc tit.*) de communitotius capituli consensu nemine discrepante eligendi potestas, sub certa forma, *c. cum in veteri hoc tit. c. si compromissarius & ibi gloss. in verbo. transtulerunt hoc tit. in 6.* committitur, constituendo eos, nudos ministros capituli, aut donando eis jus eligendi pro illa vice qui vice omnium ecclesiæ iudicata provideant de pastore: unius contradictio, impedit compromissum, quia interest singulorum, ne priventur sua voce: Dictique compromissarii possunt eligere unum ex seipsis, non solum, quando eis hoc expresse conceditur, *c. cum in iure hoc tit. c. fin. de sortil. g.* sed etiam quando simpliciter data eis fuit potestas eligendi, *Pan. d. c. cum in iure*

numero quarto, & non tenentur servare aliquam formam in electione, per eos faciendam, *d. c. quia propter d. vel saltem hoc tit. que dicitur indicat formam, compromissi esse subsidiariam & ibi gloss. Pan. & DD. nisi quod per unum pronuntianda est communis electio, per verba singularis numeri. Si plures sint compromissarii, c. sicut & ibi gloss. in verbo compromissi hoc tit. in 6. & si capitulum, dederit potestatem commissariis, intendens eis tacere gratiam, non potest, etiam re integra revocare, cum sit quedam donatio: *l. si de donat. l. si donationis C. de donat.* si simpliciter intendebat negotium provisionis expedire, re integra, revocare potest, ad instar mandati, secus si res non sit integra, *c. in causis & ibi gloss. in verbo cum res non esset Ioan. Andr. nu. 34. & 38. Pan. numero 11. & 12. hoc tit.* licet in profanis etiam re non integra admittatur, revocatio mandati, soluto interesse: *l. si pecuniam ff. de cond. caus. dat. quia spiritualia non recipiunt veram æstimationem. c. coram & ibi gloss. in verbo absque literis de offic. & potest. deleg.* Compromissario etiam si sit donatus, *Franc. post Ioan. Andr. in c. si compromissarius post num. 3. vers. & dicit hic Ioan. Andr. hoc tit. n. 6.* intra tempus à iure statutum, eligere prætermittente, ad superiore proximum devolvitur potestas providendi, sibi que impudent compromittentes: *c. si compromissarius, in princ. hoc tit. num. 6.* si eligat indignum, sive scienter sive ignoranter, cum suo functus sit officio, etiam si sint plures compromissarii, & major pars scienter eligat indignum, licet minor pars eligat dignum, *Ioan. Andr. in c. si compromissarius numero primo hoc tit. in 6. & Gemin. numero quarto. Butr. numero tertio,* potestas eligendi libere revertitur, ad compromittentes; nisi ipsi scienter electionem talem ratam habuerint: idem obtinet, cum eligit idoneum, qui renuit consentire, *d. c. si compromissarius**

rius

riu. §. 1. hoc tit. in 6. Compromissarius scienter indignum eligens, in electione episcoporum & superiorum ipsorum à beneficiis ecclesiasticis, quæ in illa obtinet ecclesia, quam taliter eligendo, noscitur offendisse, triennio suspenditur ipso jure: c. si compromissarius hoc tit. in 6. & Can. excepto episcopo, si adeligendum fuit compromissarius, sic peccante; cum de jure nullam suspensionis pœnam incurrat, nisi de ipso expressa mentio habeatur: d. c. si compromissarius. §. hujusmodi. in electione ad regulares, & inferiores dignitates punitur, pœna arbitraria. c. quamquam & ibi gloss. pen. & fin. hoc tit. in 6. Can. in d. 8. c. si compromissarius. Per 7 inspirationem fieri dicitur, quando electores nullo precedente tractatu, sine aliquo vitio, quasi divini spiritus impulsu, unanimiter simul omnes (uno enim contrahente, non valeret ista electio) in unum consentiunt, & nominant. d. c. quia propter in princ. vers. pen. hoc tit.

9 Per compromissum 7 mixtum sive determinatum fieri dicitur, quando compromittitur compromissariis, ut inquisitis secreto, & sigillatim omnium voluntatibus illum eligant, in quem major & sanior pars capituli consenserit, c. cum expediat hoc tit. in 6. c. cum dilectus §. verum B hoc tit. secus si diceretur, in quem major pars numero consenserit. c. si cui hoc tit. in 6. & ibi Archid. Ioan. Andr. &

10 Can. ista 7 forma locum habent in electionibus episcoporum, & his superiorum, & regularium, c. ne pro defectu hoc tit. c. cupientes in princ. hoc tit. in 6. etiam priorum, quando prioratus est principalis prælatura, in ecclesia regulari collegiata, Pan. in el. univ. numero 5. de suppl. negl. prat. c. 2. §. fin. de statu monach. & aliorum principalium prælatorum ecclesiarum collegiarum qui habent generalem jurisdictionem in collegiatis ecclesiis, gloss.

in d. c. quia propter in verbo ecclesie iudicatu & ibi Pan. & Can. Franc. Marc. quest. 1366. p. 1. Rot. decis. 5 & 6. hoc tit. in nov. Episcopi sunt proprie spor. si ecclesiarum, c. sicut c. siro de bis 7. quest. 1. Pan. in c. dudum el. 2. num. 33. de elect. Franc. Marc. decis. 1366. Et prælati regularium, aut collegiarum, ecclesiarum, quasi sponsi appellantur. c. sicut in una unaquaquez. quest. 2. Pan. in d. c. dudum. Concilium Tridentinum in electione superiorum regularium, quorumcunque abbatum temporalium (secus ergo si sint perpetui) & aliorum officialium, ac generalium, & abbatissarum, quo omnia sine ulla fraude fiant, præcipit, omnes supra dictos eligi debere, per vota secreta, ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur: nec in posterum liceat, provinciales, aut abbates, priores, aut alios quoscunque titulares ad effectum electionis faciendæ constituere, aut voces & suffragia absentium supplere, alias electio irrita est, & is, qui se in titularem creare permiserit, si habilis existit, ad omnia officia obtinenda: & si contra prædicta facultates in posterum concedantur, tanquam subreptitiæ habeantur. c. in electione sess. 25. de regul. & nominal. Dicta forma non habent locum in electionibus Canonicorum, & in aliis dignitatibus seu personatibus ecclesiarum, etiam cathedralium, aut in iis qui præfunt alicui ordini ut Generali ordinis minorum quia per illorum obitum ecclesie non remanent viduata: & non deficit superior, qui potest difficultatibus occurrentibus providere: c. ubi periculum in princ. hoc tit. in 6. c. licet in fine hoc tit. c. cupientes in princ. & ibi gloss. in verb. regularium Franc. & Can. gloss. in c. si cui in verb. Concilium & ibi Can. hoc tit. in 6. Franc. Marc. quest. 926. lib. 1. in quibus sufficiunt singulares consensus, illorum de capitulo, præstiti in communi id est collegialiter, in

ter, in ipso capitulo; & electus à majori & taniori parte capituli habet jus, gloss in d. c. quia propter in verbo ecclesis viduatus & ibi Pan. post num. 7. vers. circa istam partem, & n. 8. & 9. & Can. communiter gloss. 1. in c. sicut hoc tit. in 6. & ibi Can. Pertinet † jus eligendi ad capitulum viduatæ ecclesiæ, c. 1. c. cum inter el. 3. c. cum causam & c. congregato hoc tit. c. cum olim in fin. de re iud. c. sciant & ibi gloss. hoc tit. in 6. c. cum terra § statuentes hoc tit. nempe canonicos, religiosos, conventuales in sacris ordinibus, non quando vacat ecclesia, sed tempore electionis faciendæ, c. cum inter R. in fine de elect. c. apostolica de except. gloss. in clem. 2. in verb. constitutus de atat. & qual. & c. Can. constitutos; Clem. ut ii de atat. & qualit. jus enim dandæ vocis dependet ab ordine, & beneficio. late Felin. in c. apostolica sub num. 16. vers. dum autem dicitur de except. & ibi Can. & non ad priores, & monachos prioratum à majori monasterio dependentium, nisi talis sit consuetudo: c. 1. § fin. & ibi gloss. in verbo dependere, de privileg. in 6. & Can. clem. 1. §. ceterum vers. sane de stat. monach. & ibi gl. in verbo consuetudine, quia deputati ad prioratus, mutant domicilium, c. 3. §. fin. de temp. ordin. & c. in 6. Archid. in c. statutum sub num. 7. de rescript. in 6. quando prioratus ad quos missi sunt habent electionem sui superioris, vel quando saltem habent bona discreta à bonis majoris monasterii, Ioan. Andr. in c. fin. num. 3. de eleg. domib. Zab. in c. fin. vers. quam si quis fecit de relig. dom. & ibi Butr. num. 4. & Canon. Quod si nullus de capitulo sit in sacris, & eminet electio Prælati faciendæ, superior, qui habet uti jure devoluto, ut pænæ devolutionis locus sit, habebit necesse usque ad terminum iuris capitulum expectare, arg. c. commissa de elect. in 6. c. ne pro defectu de elect. c. 2. de concess. præb. Zab. in clem. 2. post gloss. num. 20. & Can. de atat. & qual. Quod si aliqui Canonici

sint in sacris, aut unus solus sit in sacris, tunc ipsi sunt capitulum, canonicum non constitutum in sacris, in proximis temporibus ordinari volentem, quæ tempora incidunt intra terminum juris ad eligendum, etiam si hoc petat, non tenentur expectare, c. 2. primo resp. ne sede vacante in 6. Zab. in clem. 2. numero 18. post gloss. & Can. de atat. & qualit. Sufficit probare eligentes, tempore electionis fuisse in quasi possessione eligendi, licet non probetur, quod proprietas juris eligendi ad illos pertineret, c. querelam c. in genesi vers. nec præmiss. hoc tit. Innoc. in c. cum venissent de restit. in integr. Abentes, qui fuerint in provincia, sunt convocandi, c. coram & ibi gl. c. in genesi c. cum inter secundo & ibi gloss. in verbo remoti hoc tit. quando sine periculo vocari possunt, c. quod sicut hoc tit. quia in electionibus plus conluevit contemptus unius obesse, quam multorum contradictio in præsentem: c. bon. mem. el. 2. c. quod sunt & c. venerabilem hoc tit. Non possunt per litteras aut scedulam inclusam aperientem in scrutinio, votum suum exprimere, c. si quis iusto §. fin. hoc tit. in 6. & ibi gl. in verbo votum suum & Can. coram volente capitulo: Franc. in d. c. si quis iusto §. fin. sub numero 3. Sed si iusto impedimento detenti, venire non possint, super quo, si opus fuerit, suo juramento fidem faciant, & sint abentes in eo loco, de quo debeant advocari, c. quia propter §. illud hoc tit. possunt ne dum uni, sed etiam pluribus de collegio, non extraneo, capitulo nolente, d. c. si quis iusto §. fin. cum clausula in solidum, & non aliter, & potestate jurandi in animam suam, quod tali impedimento sint detenti, gl. in d. c. si quis iusto in verbo detentus, vices suas committere; & erit pluribus constitutis procuratoribus, melior conditio occupantis; in concursu is præferetur, quem capitulum, vel major pars elegerit, vel primo loco nominatus

minatus in mandato. Qui si simpliciter fuit constitutus & unum suo, & alium Domini sui nomine, in scrutinio duxerit nominandum, nihil agit; quia qua conscientia tenetur eligere meliorem suo nomine, eadem ratione tenetur ad idem, nomine sui Domini: *c. sicut non suo 46. dist. & ibi gl. c. quod alicui de reg. iur. in 6. potest substituere, & compromittere, d. c. si quis iusto §. porro & ibi gl. in verbo decreta Anchar. post numer. 6. vers. quart. nisi de certa persona eligenda, Dominus sibi dederit mandatum, d. c. si quis iusto §. porro & ibi gl. Mag. in verbo decreta & Can. tunc enim in illam, ejus, & aliam suo nomine licet poterit contentire, & compromittere non poterit; quia sola scrutini forma sibi videtur de mandata, Archid. post gl. in d. c. si quis iusto in verbo decreta arg. l. licet §. si servus ff. de peculio. Electio non est nulla ex eo, quod electoribus admixta fuerit persona ecclesiastica extranea, quum imo ea acquirit jus eligendi: *c. cum ecclesia sutrina de caus. poss. §. & propriis. aut non constituto in sacro ordine, Zab. in clem. 2. numero 16 de ar. & qualit.* In ¶ eligendo in episcopum requiruntur infra scriptæ qualitates, ten. pote. electionis faciendæ, *c. dudum el. 1. & el. 2. de elect. gloss. in clem. 2. in verb. constitutus & ibi Can. de ar. & qualit. anni completi triginta. c. cum in cunctis hoc tit. c. ad cathedralium sess. 7. & c. 2. sess. 22. sacer ordo, c. de multo de ar. & qualit. & ex decreto Concilii Tridentini, debet antea esse in sacro ordine, saltem sex mensium spatio, constitutus, d. c. 2. sess. 22. pura voluntas, c. fin. de postul. Pralat. & morum gravitas, d. c. cum in cunctis & dec. 2. sess. 22. c. qui Episcopus dist. 23. c. ad cathedralem sess. 7. sapientia, c. omnes dist. 38. c. pen. & fin. de ar. & qualit. & ord. pres. dist. 39. in summa & c. 1. d. c. 2. sess. 22. §. scientia. sponsa parentis, c. innotuit hoc tit. c. 2. sess. 22. c. 1. sess. 24. concurrentes fama, c. omnipotens de accus. c. laici 33. dist.**

decus hoc dant pontificale: in dignitatibus inferioribus determinata est ætas viginquinque annorum, sufficitque annum ultimum attingere: *c. cum in cunctis §. inferiora h. tit. c. inferiora sess. 7.* Non professus expresse, ad regimen ecclesiæ regularis, eligi non potest, consuetudine in contrarium non obstante, *c. nullus hoc tit. in 6. c. presb. 16. quast. 1. & ibi gl. Mag. c. in nova 16. quast. 7. & ibi gl. fin. præterquam ad dignitatem episcopalem, in regularibus, & sæcularibus ecclesiis, d. c. nullus in fine d. 1. hoc tit. in fine & ibi gl. fin.* Religiosis non potest eligi in abbatem, alterius religionis, habitus, vel coloris, si color est de substantia habitus; si secus ad id fuerit, eo ipso irritum est, & inane: *d. clem. in princ. & ibi gl. in verb. religionis & in verbo habitus & Can. in abbatem alterius monasterii ejusdem ordinis, eligi potest. c. nullus relig. & ibi post gl. Can. de el. in 6.* In abbatisa, & præposita, requiruntur ut sit expresse professa, non minor quadraginta annis, & quæ octo annis, post professionem laudabiliter vixerit: quod si his qualitatibus non reperiatur, in eodem monasterio, ex alio ejusdem ordinis eligi potest: si hoc etiam incommodum superiori, qui electioni præest, videatur, ex iis, quæ in eodem monasterio annum trigessimum exulerint, & quinque saltem annis post professionem recte vixerint, episcopo, vel alio superiore consentiente, eligatur: *c. abbatissa de reg. sess. 25. in quo corrigitur c. indemnitatibus in princ. requirens ætatem triginta annorum, de ele. in 6.* Qui contra certam & nominatam personam, ne ab alio eligatur, ad sedem apostolicam, antequam fiat electio, appellat, debet per omnia observare formam c. ut circa, hoc tit. in 6. alioquin pænæ ejusdem subiacet, *c. qui contra h. tit. in 6.* Non est electio faciendæ de aliena ecclesiâ, quamdiu repetitur idoneus in eadem, & is qui est de gremio ecclesiæ, cui-

cuicumque venit præferendus, *c. abbas* el. 2. 18. *quæst. 2. c. cum inter* el. 3. *hoc tit. & ibi gloss. magn. in verbo etiam & Can. c. primo & ibi gloss. in verbo singulorum* 85. *dist. c. nullius* 61. *dist. & ibi gloss. in verbo unitatis* Myns. *obs. 30. cent. 4. & inter eos qui sunt de gremio, major ordine, c. metropolitano* 63. *dist. & ibi gl. in verbo ex presbyteris c. statuiimus* 61. *dist. & ibi gl. in verbo nov. c. fin. & ibi gloss. fin. 63. dist. de honestate non de necessitate quia electio undecunque facta valet. d. c. cum inter* el. 3. *coram nobis c. in causis c. ne pro defectu & ibi gloss. fin. hoc tit. Electus petens confirmationem probare debet se esse idoneum, alias non obtinebit c. cum nobis & ibi Imol. in sine num. 5. hoc tit. c. si forte & ibi gloss. in verbo scientia hoc tit. in 6. & Can. Ioan. And. in c. infamibus de reg. iur. in 6. Felin. in c. dudum de præscript. ubi ponit reg. & 4. fall.*

33 In † cathedrali & regulari ecclesiis vacantibus, electio debet fieri intra tres mentes utiles, quia non currunt impeditis, *c. ne pro defectu hoc tit. c. bene novit. & ibi gloss. ord. & mag. 61. dist. ipso jure, Zab. post gl. in c. ne pro defectu in 6. quæst. hoc tit. per verba textus iusto impedimento cessante* Ansh. in 2. *quæst. Ioan. And. nu. 8. licet abb. ant. in d. c. ne pro defectu aliter distinguat. nisi possint impedimentum revocare: ideo his, quibus interdicitur, ut absque superioris licentia eligere non præsumant, tempus statutum currit: ex quo in mora fuerint, licentiam huiusmodi postulandi: c. fin. & ibi gloss. fin. hoc tit. cathedralis est episcopalis, regularis, est collegiata quæcunque, ubi sunt clerici, vel conversi viventes sine proprio, & tanquam collegium: idem trimestre statuitur, si ad superiorem abbatem vel quemlibet alium spectet provisio, perpetuæ prælaturæ regularis, cum non occurrat ratio diversitatis: Ioan. And. in c. ne pro defectu numero 60. & Can. hoc tit.*

In quibuscunque aliis ecclesiis, vel digni-

tatibus dantur sex mentes, *c. 2. de concess. præb. & ibi gl. fin. non à die vacationis, sed à die scientiæ, c. licet de suppl. neglig. prælat. c. quia diversitatem in sine de concess. præb. intra quos, si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate carent ea vice, id est prima electione, sive in eadem, sive in alia vacatione facienda, Pan. in c. cum vintonien. num. 3. 9. & 11. hoc tit. iplo facto, ex juris dispositione, nec requiritur sententia: d. c. ne pro defectu & ibi Pan. num. 3. hoc tit. c. quanquam hoc tit. in 6. & hi penes quos residet potestas capitularis, possunt privatis communicare potestatem eligendi, quia non profus inhabilitantur, sed solum privantur; quæ privatio cedit in favorem non delinquentium, & ab eis potest remitti, Pan. in d. c. cum vintonien. num. 3. Ex quo inferitur, quod si major pars capituli est negligens, aut dicit se non velle eligere, vel expresse renuntiat, aut in collegio marium non sint constituti in sacris, vel in monasteriis, non sint professi, aut moniti venire contemnat, vel absentes sint in loco, unde vocari non debent, sicut quando scienter eligunt inhabilem, Imol. post gl. in l. quod circa, num. 13. Vital. num. 27. & seqq. Pan. & Can. hoc tit. Petr. de Baisio in directorio elect. p. 3. c. 4. num. 2. in sine qui omnes equiparant dictos casus. Electio à minore parte capituli, vel ab uno facta tenet; maxime in sine termini: Innoc. in c. ne pro defectu sub numer. 2. paulo ante fin. m. vers. & bene dicitur, quia eligere debuerunt & ibi Host. sub num. 6. per c. congregato hoc tit. Mantag. in direct. elect. c. 16. & ibi Boer. sub lit. C. Bell. in c. cum nobis num. 8. Pan. nu. 10. Ioan. And. sub num. 35. Zab. in 7. quæst. Boich. nu. 2. & 13. & Can. hoc tit. §. fin. & ibi gloss. in verbo communiter de suppl. neglig. prælat. quia potestas capituli, devolvitur ad minorem partem, vel unum, non solum propter delictum, *c. gratum de postul. præb. c. congregato hoc tit. c. perpetuo**

petuo hoc tit. in 6. verum etiam propter negligentiam, voluntatem, & alios casus supra reiatos: c. cum propter & ibi post gl. in verbo qui volunt Pan. numer. 3. 4. & 5. & Can. c. quod sunt hoc tit. c. cum nobis & ibi Butr. num. 7. hoc tit. c. ex eo in princ. & §. in ecclesiis hoc tit. in 6. clem. vt ij qui de at. & qual. & ibi post gloss. Can. Petr. de Baifo in direct. elect. p. 3. cap. 4. numer. 2. & c. 6. num. 7. & 10. Franc. Marc. quast. 1036. par. 1. & electio facta à minore parte dicitur concorditer celebrata, per capitulum; quia negligentes, & alii suprascripti non reputantur de capitulo, quoad illum actum, Pan. in d. c. cum nobis num. 4. & in d. clem. quod circa hoc tit. Pan. in c. gratum num. 5. de postul. pral. gl. pen. in l. quod circa prope fin. vers. & in his etiam & Can. hoc tit. c. eccl. l. 2. & ibi gl. in verbo adytere & Can. eod. tit. & fictione iuris, in minore parte, vel vno, repræsentatur totum capitulum, Pan. in d. c. congregato sub numer. 3. & 4. Pan. in d. c. gratam numer. 5. 8. & 9. post alios à se reiatos de postul. pral. Pan. in c. 1. num. 6. hoc tit. Omnibus vero negligentibus, deuoluitur ad proximum superiorem etiam in cathedralibus & regularibus ecclesiis, qui cum consilio sui capituli, & aliorum, de gremio, vacantis ecclesiæ, vel alterius, si dignus in ea non reperitur, viduatæ ecclesiæ providere tenetur, d. c. ne pro defectu gloss. in c. bon. mem. el. 2. in verbo viduata de postul. pral. c. quanquam & ibi gl. in verbo cathedrali & Can. hoc tit. in 6. Habet iste superior electionem iure deuoluto, & confirmationem iure proprio; unde potest explere vnico actu; nam provisio habet vim electionis & confirmationis; vel si voluerit, poterit prius iure deuoluto eligere, sicut tenebantur electores, & postea iure proprio confirmare. Pan. in d. c. ne pro defectu numero quarto c. si postquam vers. fin. hoc tit. in 6. & ibi Franc. in vlt. not. 10. And. & Can.

Summa in Decretales,

gl. 1. in c. vt circa hoc tit. in 6. gl. in c. cum inter el. 3. in verbo confirmauit hoc tit.

Tenantur ¶ eligentes, in electionibus cathedralium, & regularium ecclesiarum ac principalium dignitatum ecclesiarum Collegiatarum electionem ipsam quam citius commode poterunt electo præsentare & petere ipsius consensum sine pænæ adiectione, c. quam sit hoc tit. in 6. & ibi Ioannes Andreas numero primo, Butr. in princ. & numero quarto, in fine c. constituti el. 2. de appell. & in Cathedralibus & regularibus ecclesijs, quarum confirmationes immediata subiectio, vel appellatio deducit ad sedem apostolicam, postquam commode poterunt, infra octo dies eas electo præsentare, & ipsius consensum petere; quod si in eo culpabiles extiterint, electo non fit præiudicium, Monach. in c. quam sit post n. 4. hoc tit. in 6. c. cupientes §. vel si personas hoc tit. in 6. c. si electio & ibi gloss. in verbo aliam recenset tempora quæ dantur in expeditionibus ecclesiarum vacantium hoc tit. in 6. c. quam sit & ibi gloss. in verbo commode hoc tit. in 6. verum ipsi, quoad se de prosecutione processus electionis totaliter excluduntur, & ab omnibus beneficijs suis, quæ in ipsa obtinent, ecclesia, de cuius electione agitur, per triennium continuum, ex tunc inchoandum sunt suspensi; ad quæ si intra illud tempus, se propria autoritate, vel alio quæsito colore ingesserint; illis, ipso iure, perpetuo sunt priuati: c. cupientes §. ceterum hoc tit. in 6. c. quam sit hoc tit. in 6. in cæteris electionibus dispositio d. §. ceterum seruari potest, pænâ vero eiusdem §. ceterum restringenda videtur, ad cathedrales & regulares ecclesias, Franc. in d. c. quam sit sub numero secundo, & ibi Gemin. numero quarto, Anchar. in d. §. ceterum. Rot. decis. 3. hoc tit. in nou. & ibi additio numero tertio, tenet. d. c. quam sit, tantum habere locum

F

in

in electis ad cathedrales & regulares ecclesias, & dignitates principales ecclesiarum Collegiarum *Pan. in d. c. quiapropter num. 2. in fine & sub n. 7. vers. circa istam & Cuman.* non ad inferiores dignitates; per quorum prælatorum obitum ecclesiæ non censentur viduata: *gl. 1. in c. quiapropter hoc tit. & ibi. Dd. communiter.* & in earum electionibus proceditur sine aliqua forma & de iure communi solus episcopus, potest, & debet, deferre anulum, alij inferiores prælati non debent deferre anulum, nisi hoc haberent ex privilegio. *Pan. in c. licet numero quinto, de transl. episcop. & c.*

15 Electus ¶ consensum electioni adhibere debet, intra mensem à præsentatione decreti electionis sibi facta; quem si præstare detulit, ex tunc iure ex electione, quæsito, eo ipso priuatur. *c. quam sit hoc tit. in 6.* Si ea sit electi conditio, ut sine superioris sui licentia, consentire non possit, & electio facta sit concorditer; idem electus, seu electores ipsius, consentiendi licentiam ab eius superiore, cuius imperio se lubiecit, *Gemin. post Archid. in c. si religiosus nu. septimo, hoc tit. in 6. Zab. in el. fin. num. 6 hoc tit.* cum ea celeritate, quam superioris ipsius præsentia vel absentia permiserit, petere & obtinere debent: *d. c. quam sit.* alioquin, si lapsa tempore pro præsentia & absentia superioris moderando, huiusmodi licentiã non obtinuerint, electus ipso iure priuatur, iure ex electione quæsito: & possunt electores ad aliam electionem libere procedere: *d. c. quã sit extrauag. religiosus hoc tit. inter communes.* obtenta licentia à superiore habet mensem integrum ad deliberandum, an velit consentire. *monach. in d. c. quam sit post n. 8.* Consensus non obtenta licentia à religioso præstitus electioni, de se factæ, extra suum monasterium, vel suam ecclesiam ad prælatio-

nem aliquam non valet, etiamsi postea petijt licentiam, & superior eam dedit, *Gemin. in d. c. si religiosus num. 8.* & in pœnam ipsius, electio eo ipso viribus euacuatur. *d. c. si religiosus hoc tit. in 6.* Solique superiores, suis irrequisitis conuentibus, electis consentiendi & traiectioni liberam dant facultatem, *d. c. si religiosus §. fin.* & si nolint, suum monachum concedere, non possunt ad id compelli per alium, quam summum pontificem, quia solius principis est, priuare aliquem re sua. *d. c. si religiosus in verba obtenta & ibi Anchar. numero 5. Pan. in c. admonet in fine de renunc.* Licentia generalis concessa religioso à suo superiore, ut collationi, vel prouisioni, si quam de ipso contingeret fieri, suum possit dare assensum; quia ambitionis vitio, viam parit, nullius est firmitatis: *Clem. fin. hoc tit.* præstitus ex tali licentia consensus, non valet, ac priuatur iure, sibi ex electione quæsito. *gl. fin. in d. Clem. fin.* Ex electione, seu vocatione, in discordia, nulli religioso mendicantium ordinum, ad aliquam extra administrationem sui ordinis, prælatutam, de se facta, ius acquiritur: religiosis quoque alijs, electiones seu vocationes à minore parte numero, ad prælationes quaslibet, siue sui ordinis, vel alterius, siue secularium ecclesiarum nullum ius tribuunt; nec prædictorum aliquis tali vocationi, quoquo modo valet consentire, etiamsi licentia interuenit suorum superiorum: *c. quorundam hoc tit. in 6.* istaque discordia & numeri minoritas, intelligi debet de ijs quæ in facto, & non in fictione, vel iuris effectu consistunt. *Clem. quod circa hoc tit.* Clericus secularis liberè potest consentire electioni, non tamen transire ad ecclesiam alterius episcopatus, sine expressa licentia proprii episcopi: in eodem episcopatu sufficit tacita. *c. placuit. primo & ibi gl. 7. quest. 1. c. admonet.*

monet & ibi gl. fin. de renuntiat. Zab. in Clem. fin. numero quinto, hoc tit. Per t electionem ius quaritur electo, etiam ante consensum ipsius electi: quanti 63. dist. & ibi gl. d. c. quam sit §. electus & ibi Franc. numero primo. c. si religiosus in fine princ. hoc tit. in 6. Felin in c. cum Bartol. num. 2. de re iud. Rot. decis. 6. in princ. hoc tit. in nou. post consensum præstitum, matrimonium inter electum, & ecclesiam, dicitur initiatum, c. primo, & ibi Pan. n. 39. & c. fin. de translac. episcop. & c. & ibi gl. in verbo licet in tantum c. cum inter 3. §. discret. v. mandamus hoc tit. debetur ei confirmatio, si nihil est, quod electum, vel eligentes impediatur: c. postquam hoc tit. c. dudum et primo, in fine hoc tit. Ex duabus electionibus, de se, in aliqua ecclesia celebratis, non potest petere confirmationem, etiam si protestetur in initio, se contentum velle esse altera, per quam suæ intentionis consequi possit effectum; sed oportet alteram eligere; qua electa non datur ingressus ad aliam, c. vt quis duas hoc tit. in 6. Si t electus consentire recusat, vel post consensum renuntiat, etiam in manibus non sui iudicis, Zab. clement. 1. numero 16. de renuntiat, quod facere potest, sed est tutius, quod talis renunciatio fiat, in manibus eligentium, gloss. in c. cum venissent in verbo renuntiauit. de integr. restit. Rot. decis. 6. hoc tit. in nou. numero primo, aut diem claudit extremum, seu electio propter eius occultum vitium irritetur, electores habent à dissensu, renuntiatione, morte, irritatione, tempus integrum ad aliam electionem faciendam, quia non vna, sed plures sunt vacationes. c. si electio hoc tit. in 6.

18 & ibi post gl. DD. Quando t aliqui electionibus, postulationibus, vel prouisionibus dignitatum, personatum, vel aliorum ecclesiasticorum beneficiorum, se opponunt, non pro suo iure tuendo, seu conseruando; sed ius alterius etiam in genere impugnant,

proponendo, aliqua contra electionis, postulationis, seu prouisionis formam, aut personas eligentium, vel electi, siue illius cui eratur prouisio facienda, vel facta, & propter hoc contigerit appellari ad summum Pontificem, aut etiam inferiores gl. inc. vt circa in verbo appellari hoc tit. in 6. Rot. decis. 36. de appell. in nou. in appellatione, & datione procuratoris, ad appellandum, seruari debet cap. 1. c. vt circa, cap. procurator, hoc tit. in 6. ac in iuramento, quod obiecta credit esse vera, & se posse probare, c. is qui contra hoc tit. in 6. Rot. dec. 17. de procur. in nou. nec non in tertio veniente ad prosecutionem appellationis inchoatæ, vel admissio ad prosecutionem propriam, vel communis inter ille, renuntiatione per appellantem introductæ appellationi, & prosecutione querelæ; seruanda est clem. constitutionem, hoc tit. diuersique canones locum habent, vbi per competitorem, vel oppositorem quemlibet appellantem extraiudicialiter, in formam, aut personas, defectus, vel crimina opponuntur; sed non obtinent, quando quæ opponuntur directè, & non secundario respiciunt ius ipsius ecclesiæ, vel ius opponentis personæ: d. Clem. constitutionem in princip. c. constitutio hoc tit. in 6. hæc appellatio extraiudicialis causat deuolutionem, & habet vim citationis: Franc. in c. primo n. 6. hoc tit. in 6. & Can. per illum textum dicitur infra tit. de appell. appellatio alia est extraiudicialis &c. quando in iudicijs in huiusmodi negotijs appellari contingit, anteriora iura seruari debent; vt si in iudicio appelletur ab interlocutoria, exprimat grauamen, si à definitiua sufficit dicere appello ab iniquâ sententiâ. c. constitutio hoc tit. in 6. & ibi post gl. in verbo anteriora Ioan. And. & Can. Electus t in concordia, cuius confirmatio immediatè spectat ad summum Pontificem, valdè remotus, potest

test administrare, interdicta alienatione, in temporalibus, & spiritualibus; *c. nihil est in fine hoc tit. & ibi Pan. num. 9.* alias electus administratione immiscens, sub quocunq̄ue colore, vel nomine, ante confirmationem, ipso iure est priuatus iure, ex electione quæsiro; redditurque ineligibilis, & inhabilis, ad consequendum amplius ex post, ius ad idem, vel aliud beneficium; quia electio fuit cassata, vitio suæ personæ, *c. super eo hoc tit. Pan. in c. qualiter n. 8. Archid. in c. auaritia & ibidem Can.* Quæ pœna locum habet in quocunq̄ue electo, ad cathedralem ecclesiam, & ad aliud, quodcunq̄ue beneficium electiuum, *Franc. in d. c. auaritia numero secundo, Crescent. decis. 6. n. 11. & 12. de iurepat.* non debet recipi ab ecclesiâ, & recipientes sunt priuati ipso iure, potestate eligendi, ea vice, *gloss. in c. bona memoria mag. hoc tit. in verbo licentiam c. quanto & ibi gl. in verbo suspendimus de transl. episcop. & c.* & suspensâ a perceptione suorum beneficiorum, donec sedis apostolicæ meruerint gratiam obtinere. *extrauag. prima hoc tit. inter communes.* Dicitur se immiscere, recipiendo tam a clericis, quam a laicis iuramenta, centus, aut debita, excommunicando, absoluendo, *d. c. qualiter & ibi gl. in verbo administratione hoc tit. d. c. auaritia hoc tit. in 6. Crescent. decis. 6. de iurepat. c. bon. mem. el primo, in princ. de elect. & c.* non sufficit probare, quod electus possessionem acceperit antè confirmationem, vel quod fecerit se œconomum, vel procuratorem constitui; quia in casu c. auaritiæ, ex possessione, vel procuratore, non præsumitur fructuum perceptio, vt quis in pœnam illius incidat, sed probanda est administratio in temporalibus, & spiritualibus, videlicet quod moniales, abbatissæ electæ obedientiam præstiterint, siuè iuramento, siuè simplici promissione; quia constitutio pœnalis

puniens facientem, non ligat parantem se ad faciendum: *gloss. in d. cap. auaritie in verbo eo ipso & ibi Franc. numero quinto, & Archid. Pan. in d. c. qualiter in princ. Put. decis. 45. lib. 3.* cessant dictæ pœnæ, si administrauerit de licentiâ legitimi superioris, *gl. ind. c. auaritia in verbo procurat. & ibi Archid. vel electo comperierit ex priuilegio, vel consuetudine administratio ecclesiæ vacantis. Ioannes Andreas in d. c. auaritia & ibi Franc. sub n. 2. circa finem, vers. in eadem gloss. vbi ponit. 6. casus in quibus electo concessa est administratio.* Confirmatio selecti gradatim procedit, vt appellatio. *c. dilecti el. 3. de appell. Rot. decis. 196. numero septimo p. 2.* & petenda est a proximo superiore. Episcopus habet confirmationem iudiciorum, nisi probent exemptionem, *c. cum monasterium hoc tit. Innoc. in c. in singulis numero tertio, de stat. monach. Put. decis. 39. de preb. Archiepiscopus episcoporum, c. cum dilectus hoc tit. c. fin. 64. dist. Archiepiscoporum primas siuè Patriarcha, c. mos antiquus 65. dist. Patriarcharum Papa, c. scriptum hoc tit. item Papa Imperatorem confirmat, c. venerabilem hoc tit.* Regulariter ad eum pertinet confirmatio, & personæ examinatio, ad quem pertinet manus impositio, *d. c. venerabilem §. primo, c. cum nobis olim §. his agitur & c. qualiter hoc tit.* Hodie cathedrales ecclesiæ sunt reseruatæ summo Pontifici, & sedi Apostolicæ, per regulas Cancellariæ; & in Alliamanniâ, per concordata Germaniæ, confirmatio electionum celebratarum in metropolitans, & cathedralibus ecclesijs; si confirmatio est nulla ex defectu iuris confirmantis, administrans post confirmationem incidit in pœnam d. c. auaritiæ; quia decretum iudicis inualidum nunquam excusat a delicto. *l. meminerunt C. vnde vi Barr. in l. iuste possidet quasi. ff. de acquir. possess. Fel. in c. illud post num. 5. ff. de pra-*

prescript. Roman. conf. 330. num. 22. Rot. diuers. decif. 11. part. 3. libr. 3. Rot. decif. 6. hoc tit. in nou.

21 Confirmatio ¶ fit vocatis vocandis, & cum requirat causam cognitionem, extra dioccesim fieri non potest; Pan. in c. nouit numer. 5. de offic. leg. & ibi Can. collectus vel oppositor nominatim est citandus, alias sufficit generalis, & publica, c. 1. & ibi gl. in verbo publicè de postul. pralat. citatio in Ecclesia, in qua fuit facta electio, cum assignatione peremptorij termini, & adhibita plenam causam cognitionem, per confirmatorem iuxta bullam Gregorij XIV. datam 1591. Idibus Maij & c. 1. sess. 24. in contradictorio iudicio inter partes, vel ex mero suo officio, c. cum nobis hoc tit. etiam si nihil electo obijciatur, c. cum nobis olim c. venerabilem vers. est enim generaliter hoc tit. c. quid est cito 78. dist. c. cum ex immuncto de heret. gl. in d. c. nihil in verb. examinet. super processu electionis, in loco, ubi celebrata fuit electio; c. scriptum vers. de studijs hoc tit. & qualitatibus personarum electarum; c. nihil hoc tit. c. si hoc tit. in d. c. quicumque el. 1. sess. 22. c. 1. sess. 24. bulla Gregorij Papa XIV. de for. fact. proc. & inquis. ex prescripto Concilij Triad. Innoc. in c. cum olim nu. 1. & 2. de caus. possiff. & propriet. in loco ubi nata fuit, & diutius conuoluta; d. c. scriptum & c. per apostolica & ibi Pan. n. 2. c. 3. hoc tit. l. nemi & ibi Bald. in 3. not. C. de adu. diuers. iudic. nec non qualitatibus contradicentium, in eadem plebe cui ordinandus est; c. illud 23. dist. habetque vim definitiue sententiæ gl. in d. c. fin. in verbo inanes & ibi Franc. nu. 7. & Anchar. in 5. quast. quando fit inordinato iudicio cum contradicatore, & ab ea appellatur ut à definitiua; c. constitutio hoc tit. in 6. quando fit ex mero officio, nullo contradicatore comparente, habet vim decreti extraiudicialis, vel interlocutoriarum; Ioan. Andr. inc. auaritia in glo. super verbo pœnam vers. soluen-

do utiliter & ibi Gemin. sub num. 7. vers. secundus casus & vers. seq. de elect. in 6. Franc. in c. constitutio el. 3. nu. 9. de appell. & ibi Pan. pulchre nu. 14. Franc. Marc. quast. 1182. nu. 18. p. 1. Franc. Marc. quast. 392. nu. 2. p. 1. potestque fieri extra propriam dioccesim, Franc. in c. fin. nu. 9. hoc tit. in 6. las. in l. fin. n. 4. ff. de iuris. omn. iud. Gonzal. super reg. de Cancell. de mens. & alternat. glos. 62. n. 8. Garc. de benef. p. 5. c. 8. num. 141. & seq. quia tunc est voluntariæ iurisdictionis; Quod si appelletur per electum à denegatione confirmationis, vel cassatione electionis, ad curiam Romanam; auditor qui pronunciat bene appellatum esse, vel reuocat cassationem electionis, vel pronunciat electionem canonicam, potest electionem seu electum confirmare, absque alia commissione; Rot. decif. 2. hoc tit. in nou. per clement. auditor de rescript. confirmationes aliter factas d. c. fin. viribus omnino carere, irritasque & inanes decernit; salua ergo manet electio, c. si confirmationem hoc tit. in 6. & de nouo peti poterit confirmatio, non quidem ab eo, qui confirmationem inutiliter fecit, aut denegauit, qui eam reuocare non potest, gl. in d. c. si. in verbo inanes & ibi Can. sed ab eius superiore, clement. auditor & ibi gloss. in verbo debitum de rescript. Zab. num. 12. & Can. Bell. decif. 620. Crescent. decif. 12. nu. 3. de iurepat. Confirmatus ¶ neglecta ista solemnitate & ad-
ministrans siquidem errauerit in iure, incidit in pœnam d. c. auaritia; quia est error, iuris regularis, & notorij; si errauerit in facto, credens citationem & uocationem factam, excusatus, quia ista citatio est officium superioris, & non partis. gl. in d. c. fin. in verbo inanes & ibi Anchar. quast. vlt. Gemin. in gl. super in verbo inanes Rot. decif. 6. nu. 5. hoc tit. in nou. Confirmatione facta de indigno, siquidem incaute, confirmatus denegatur, confirmans ipso iure est priuatus, potestate

confirmandi primum successorem, *c. nihil est* & *ibi gl. in verbo careat c. ne pro defectu c. cum in cunctis in fine hoc tit.* & à proprii beneficij perceptione à suo superiore, sine præuia admonitione per sententiam suspenditur, *d. c. nihil* & *ibi gl. in verbo suspendatur & ibi Can.* quouſque eius indulgentiam valeat promereri: si verò per malitiam conuictus fuerit, in hoc excessisse, grauiori subiacet ultioni arbitrio superioris, *d. c. nihil c. si qui sine & ibi gl. 1. c. quicumque di. dist.* & imponetur pœna depositionis, *c. tantis di. dist.* Quintò ¶ electus petere debet confirmatione per se aut procuratorem suum, *c. cum dilecta de rescript. c. quam sit §. fin. hoc tit. in 6. glos. mag. in c. si electio in verbo aliam hoc tit. in 6.* intrà tres menses, post consensum electioni præstitum, alias electio eo ipso vitibus euacuatur; quæ reuertitur ad eligentes, *c. si electio & ibi Ioan. Monach. hoc tit. in 6.* à quâ pœnâ ipsum excusat, iustum impedimentum, etiam si procuratorem non constituerit, quia ex quo causa est ardua, non tenetur constituere procuratorem; *c. querelam de procur. & ibi gl. in verbo detentus Franc. in d. c. quam sit §. ceterum nu. 3. hoc tit. in 6. gl. in c. si electio in verbo aliam hoc tit. in 6. Myns. obs. 58. cenr. 4.* aut si electores petant, electo tunc nihil perente, *c. cum inter canonicos c. cum dilectus & c. dudum cl. 2. hoc tit.* vel amicuseius nomine sine mandato electo postea ratum habente, intrà lapsum dictorum trium mensium, *gl. in d. §. ceterum. in verbo electio & ibi anch. & Franc. post nu. 3. & Can.* Si superior renuit electionem confirmare, nulla legitima causa in contrarium existente, confirmandus debet recurrere, ad superiorem confirmatoti, vt ipsi præfigat certum terminum ad confirmandum, et si intrà terminum non confirmauerit, potestas deuoluitur ad eum, nam ad confirmandum vel instituendum non reperitur tempus

præfixum à iure, *Pan in c. 3. n. 8. hoc tit.* In confirmationibus cathedralium, vel regularium ecclesiarum, quæ ex immediata subiectione vel appellatione, habent peti à Papa, vel etiam legato à latere, non alijs legatis, nisi id eis à sede apostolicâ specialiter sit commissum, *c. si abbatem §. fin. hoc tit. in 6.* Seruanda ¶ est decretalis Nicolai quinti *cupientes de elect. in 6.* approbata per concordata Germaniæ; ac in electionibus celebratis in Metropolitanis ac cathedralibus ecclesijs immediatè non subiectis, & monasterijs, etiam, quæ per priores teguntur abbati non subditos, *Ioan. Monach. in d. c. cupientes nu. 16.* pro quibus ad Romanam curiam mittere, seu venire consuetum est, licet sedi apostolicæ non sint immediatè subiecta: quæ statuit vt electi intrà vnum mentem, post consensum, vel post obtentam de ipsorum electione notitiam, ad sedem ipsam, etiam cum vacat, *Clem. ne Romani §. fin. de elect.* iter arripiant, & ex tunc siue intrà præscriptum tempus iter arriperint, siue non, quam citò poterunt commode, cum omnibus actis & monumentis, sub denegatione dilationis pro illis, alibi quam apud sedem apostolicam exhibendis, *§. in super v. electos in d. c. cupientes §. item placet vobis quod in metropolitana nu. & §. seq. in concordatu germaniæ,* coram summo Pontifice personaliter, aut subistente iusta causa impedimenti, per procuratorem sufficienter instructum, vel coram legato generali in illâ prouinciâ, *Ioan. Monach. in c. cupientes nu. 17. & seq. Anch. sub num. 1. circa finem vers. sed circa hoc dubitetur,* quia appellatione sedis apostolicæ venit, præterquam in materiâ soli Papæ referuata, *gl. in c. si abbatem in verbo transeundi hoc tit. in 6. & ibi Franc. num. 4. Gemin. num. 5. imol. in clem. quia contingit sub numer. 9. vers. iuxta præfata querit, Zab. in 8. quæst. de reliq. domib. gl. in c. si postquam*

in verbo ad sedem apostolicam hoc tit. in 6. Ioan. Andr. in c. quod translationem & in c. nisi specia-
 lu & ibi Can. de off. legat. comparere tenean-
 tur, alias sunt priuati omni iure, ex electio-
 ne quæsito, & pertinet prouisio ad Papam,
 d. §. in super & ibi Archid. dicens quod sic seruat
 curia, sed glos. ibidem in verbo priuatos dicit de iu-
 re electionem reuerti ad capitulum & canonicos
 per c. si electio hoc tit. in 6. & ibi lo. Monach. pro-
 utlatius in d. c. cupientes, in quo primum
 tractatur de electis in concordia 2. de electis
 in discordia, 3. de postulatis, 4. de recupe-
 randis expensis: d. c. cupientes non habet lo-
 cum in electionibus ad principales dignita-
 tes collegiarum ecclesiarum, ut inquit
 glos. 1. in d. c. cupientes, quia per concordia
 Germaniæ §. de cæteris, sunt reseruatæ
 sedi apostolicæ, nisi eis à summo Pontifice
 concessa sit electio ex priuilegio, cuius te-
 nor tunc est seruandus. At ꝑ excipiendum
 de defectu formæ, contra electionem soli
 canonici de ecclesia, vel alij habentes vo-
 cem ad talem electionem, vel confirmatio-
 nem, Felin. in c. super his num. 1. §. Innoc. nu. 3. cir-
 co finem hoc n. 46. & 48. attestans de stylo Curia
 de accus. c. vt circa & ibi Franc. num. 5. & Can. hoc
 tit. in 6. & illi, ex quorum gremio, assumen-
 dus est prælatus, c. abbate de verb. significat. &
 non alij admittuntur, & ante confirmatio-
 nem nihil debent probare, c. cum nobis olim c.
 nihil est hoc tit. c. fin. hoc tit. in 6. & Can. eâ rati-
 one, quia negantis factum videlicet electio-
 nem non canonicam, nulla est probatio sed
 electus debet probare electionem canonicam,
 6. quest. si c. accusator c. bon. memor. mag.
 §. porro hoc tit. Pan. in c. 3. nu. 7. de elect. nisi per
 confessionem aduersarij, aut alios constet
 de facta electione, quo casu, aduersario in-
 cumbit onus probandi, eandem non esse
 canonicam, l. ab ea parte, §. fin. & ibi gl. si. &

DD. ff. de prob. l. si scriptum C. de prob. cap. 1. §. ad-
 jicientes hoc tit. in 6. quia de facto constat,
 & hæc est negatiua iuris, seu formæ, & qua-
 litatis: c. bon. mem. el. 1. & ibi gloss. in verbo per
 rerum naturam & Can. hoc tit. gl. 1. in c. accusa-
 tor 6. quest. 5. & ibi Gemin. & DD. Si verò post
 confirmationem obijciatur, defectus for-
 mæ tunc obijciens probare debet, nemò e-
 nim cogitur dicere titulum suæ possessio-
 nis, Host. in c. cum olim de dol. & cont. nu. 7.
 Boeck. in c. innotuit nam. 7. de eo qui furt. ordi-
 nen. sust. Archid. in c. presbyter n. 3. 78. distinct.
 Ad ꝑ opponendum, seu excipiendum con-
 tra personam electi, admittuntur illi, quo-
 rum interest, de quo opponi debet ante li-
 tem contestatam, Felin. in c. super his num. 18.
 vers. 5. conclusio de accus. pata parochianus,
 patronus, & similes, & non alij laici; clerici
 verò indistinctè admittuntur. Felin. in c. su-
 per his num. 15. Innoc. nu. 7. Socin. nu. 46. & 48.
 attestans de vsu Curie de accus. c. vt circa & ibi
 Franc. num. 5. & Can. hoc tit. in 6. Obiectorum
 autem defectuum, & criminum specifica-
 tio, & examinatio fit iuxta cap. primum, c.
 vt circa & c. si forte c. is qui contra hoc tit.
 in 6. & clem. constitutionem eod. tit. & ibi
 not per gloss. & DD. nam pænas c. 1. §. ad-
 jicientes & seq. hoc tit. in 6. incurrit, non
 simpliciter appellans, sed is, qui opponit, &
 probandi onus assumpsit. gl. in d. §. adij-
 cientes. in verbo defecerit primo Franc. numero 6. &
 Can. Is qui plenè non probauerit, quod
 in formam opponit, nam semiplena pro-
 batio hoc casu non excusat à calumniâ, ad
 expensas, quas propter hoc altera pars le-
 fecisse docuerit, condemnatur: d. c. 1. §. adij-
 cientes Franc. numero tertio. Qui verò in pro-
 batione defecerit, ius quod obijcit in per-
 sonam electi, triennio à beneficijs ecclesia-
 sticis, quæ in illâ ecclesiâ obtinet, de cuius
 prouisione, & ordinatione agitur, nouerit

se suspensum: d. c. 1. §. qui vero c. si compromissarius in fine hoc tituli. in 6. ad quæ si intra illud tēpus, propriā auctoritate, se ingesserit, eis, ipso iure, perpetuo est priuatus, d. c. 1. §. qui vero & ibi Can. quod si opponens in illā ecclesiā, non habet beneficium, tunc punitur pœnā extraordinaria: gloss. penult. in d. c. si compromissarius & ibi Can. communiter, & si opponatur electo defectus ætatis, scientiæ, natalium, ipsius defectus oppositio, vel qualitas, nequeunt postea reuocari, c. ab eo hoc tit. in 6. Ad istas oppositiones requiritur speciale mandatum, c. procurator §. habeatq. & ibi gloss. in verbo mandatum hoc tit. in 6. Clem. non potest de procur. & utrobique Can. imò procurator ad agendum, vel defendendum, iurandum que de calumniā & veritate dicenda, & generaliter ad omnia alia quæ speciale mandatum exigunt, constitutus siuè causa electi vel beneficiati, pendeat eorā metropolitanō, siuè alio ordinatio, siuè in Romanā curiā per appellationem, siuè aliter quam per appellationem, potest opponere in formam, vel personas eligentium, aut prouidentium; sed non potest opponere defectus, & crimina contra electū, vel eligendum, aut beneficiatum: Clem. non potest & ibi gloss. in verbo in personam & verbo elect. de procur. & Can. Lap. alleg. 69. quæ est notabilis limitatio, ad c. qui ad agendum de procurat. in 6. ratio diuersitatis est, quod is, qui non plenè probat obiecta in formam, aut personas eligentium seu prouidentium, condemnatur tantū in expensas, quæ non est pœna respectu recipientis, sed soluentis: c. fin. in fine de rescript. & ibidem Ioan. And. & Can. sed status obijcientis crimina & defectus, contra electum vel beneficiatum, ut dictum est, periclitatur & diminui potest, ex eo, quod si in probatione, defecerit, à beneficijs ecclesiasticis, quæ in illā ecclesiā

obtinet, c. si compromissarius de elect. in 6. triennio est suspensus, ad quæ si intra illud tempus propriā auctoritate se ingesserit, eis ipso iure perpetuo, est priuatus, absque vllā spe seu fiducia misericordiæ, c. 1. §. fin. de elect. in 6. & ibid. Can. gloss. in d. clem. non potest in verbo electi & ibidem Can. Lap. d. alleg. 69. & clausula generalis non includit causas, expressis maiores. l. obligatione §. de pign. & hypoth. c. m. all. g. ibidem per gloss. c. fides de rescript. & ibi gloss. & Can. Contra personas vero iudicis, testium, procuratoris, aduocati & similibus potest procurator crimina & defectus excipiendo apponere, sine mandato speciali; quia huiusmodi exceptio solum opponitur, ut non præstetur inde vllum suffragium aduersario; non autem ut in aliquo puniantur vel grauentur; Vitall. in d. clem. non potest, post gloss. in verbo in personam, n. 28. & Can. c. per inquisitionem & ibi gloss. fin. hoc tit. Deficiens in probatione vnus obiectorum in personam, excluditur à prosecutione, omnium aliarum exceptionum, Franc. in c. si forte num. 3. post lo. And. & alios hoc tit. in 6. d. c. ab eo §. cum enim, & de alijs obiectis superior inquirat ex officio: gl. in d. c. si forte in verbo initium & ibi Can. si verò ex pluribus obiectis, contra electum, vel beneficiandum probauerit solum vnum, quod ad cassationem electionis, seu prouisionis, sufficiat, non incurrit pœnam suspensionis impositam, per d. c. 1. §. qui vero; quia illa prodita est in odium illorum, qui ordinationem ecclesiarum impediunt; sed is qui vnum probauerit, non est in fraude: gl. in d. c. 1. §. qui vero in verbo defecerit 2. & Can. Si obijciat crimen ante confirmationem, non tenetur se inscribere, quia crimen hoc modo probatum, impedit promovendum. non deijcit promotum: c. super his de accus. Si verò obijciat crimen, post confirmationem, & confirmatus nul-

lum

lum aliud ius expectet, non admittitur, in modum exceptionis ad impediendum electionis & confirmationis effectum: Sed postquam ipsius dignitatis pacificam possessionem fuerit assecutus, potest accusari vel denunciari: *c. constitutus l. 2. in fine de appell.* Si verò aliud ius expectet, admittitur exceptio, sed ad extraordinariam pœnam, secundum arbitrium iudicis discreti, citrà vinculum inscriptionis, excipiens est astringendus, si defecerit in probatione, pro eo, quod crimine sic probato perdit, quod per electionem & confirmationem ei fuerat acquisitum, sed ob hoc prius habita non amittit. *c. super his § post confirmationem de accus.* & *c. d. c. cum in cunctis § cum vero & ibi gl. in verbo ad quem spectat & Can.* Obiectio contra personas eligentium propriè dicitur in formam, *Franc. in c. 1. num. 5. hoc tit. in 6.* Ut quia sunt excommunicati maiori sententia, vel ab homine suspensi, *d. c. inter hoc tit. c. cum dilectus de consuetud.* Vel quia priuati à canone, ut quia scienter elegerunt indignum, *d. c. in cunctis hoc tit.* Vel sunt infames, quibus sunt actus huiusmodi legitimi interdicti, & eligere est actus legitimus: *c. solet de sent. excomm. in 6. ad fin. nec obstat, quod in c. ut circa hoc tit. in 6. ponuntur ut diuersa, obijcere in formam, & contra ipsos eligentes: quia hoc fit propter similitudinem, quã habent, obiectus cõtra eligentes, & electos, scilicet criminum & defectuum, 10. And. in d. c. ut circa num. 11.* Et quo ad modum eos specificandi, non quo ad pœnam non probantis. *Franc. in c. 1. hoc tit. in 6. n. 5. & ibi Gemin. sub. nu. 10. in glos. super verbo persona.*

27 Confirmatio tribuit ius in re, *glos. in c. cum venissent, in verbo renunciauit, de in integ. restit. iuncto c. 2. § sicut etiam de translat. episcop. & c. & ibi gl. in verbo confirmatus & utrobique DD. Rot. decis. 6. hoc tit. in nou. quando proce-*
Summa in Decretales.

dit electio canonica: *c. cum super de caus. posses. & propriet. & ibi gl. ff. 1. administrationem temporalium & eorum, quæ sunt iurisdictionis, c. nosli c. transmissum hoc tit. & ibi gl. fin. c. 1. de translat. c. auaritia & ibi glos. in verbo confirmetur hoc tit. in 6. & dignitatis episcopalis, ut est cognitio causarum matrimonialium, concessio indulgentiarum, & alia notata in c. accedentibus de excessib. præl. Pan. in c. accedentibus numero quarto de excess. Prælat. Etiam archiepiscopo, *gl. pen. mag. in c. 1. de translat. episcop. & c. & ibi Pan. numero 9.* (non quæ sunt ordinis) *glos. fin. in d. c. transmissam. post expeditas litteras apostolicas, extrauag. 1. de elect. inter communes late Garc. de benef. p. 5. c. 4. § 3. nu. 242. & seqq. etiam antè investituram, siuè installationem siuè inductionem in possessionem, late Pan. in c. transmissam post nu. 3. hoc tit. Felin. in c. ne Dei timorem numero 2. & seqq. de Simon. Rot. diuers. decis. 182. numero 3. 5. & 6. p. 2. Zab. in clement. si plures in fine de præb. & ibi Can. nisi alius sit in possessione, quo casu requiritur ut inducatur in possessionem, per iudicem, etiam si aduersarius iniuste possideat. Pan. in c. d. transmissam sub numero tertio hoc tit. Franc. Marc. quæst. 49. p. 1. In regno Germaniæ summi Pontifices à se confirmatis episcopis concedunt bullas hortatrices Imperatorum de investiturâ regalium & feudorum, quæ per sceptrum recipiunt iuxta concordata inter l. m. Calixtum Papam secundum & Henricum quartum Imperatorem inita. *Nausler. generat. 28.* Idem obtinet, in Abbatibus & Præpositis S. R. Imp. Principibus aut statibus. In Hispanijs consuetudo est de obtinenda cedula regis pro capienda possessione episcopatus, *Rot. Farin. decis. 34. sub numero primo, parte secunda.* Et in signum superioritatis regis manus deosculantur. *Franc. Marc. decis. delph. 454. numero 13. parte 1.* In Francia**

G Episco-

Episcopi post consecrationem Arnul. Ruz. aus de iure reg. priuil. 59. Phil. p. Prob. de iure reg. quest. 2. numero 6. & seqq. dicens præstari ante consecrationem, præstari iuramentum fidelitatis regi præsentialiter. Arnul. Ruz. de iure reg. priuil. 43. n. 3. per doct. Bald. in l. 1. num. 45. de rer. diuis. etiam si ratione temporalium non fiat vassalli propter multitudinem populi regi subiecti, quem in spiritualibus regendum suscipiunt, Aegid. Magister de regal. c. 6. per c. in synodo 63. dist. Stola ad collum posita. & manu ad pectus. 10. Ferald. de iurib. & priuil. regni. Francia priuil. 9. & 10. In literis confirmationis siue etiam provisionis cathedralium, & superiorum ecclesiarum, de stylo non exprimitur nomen sancti; glos. in c. quamuis plenissima in verbo non extendit de præb. in 6. c. dudum 1. & 2. c. cum ana. c. sacrosancta hoc tit. Gemin. in c. presentium 2. 3. de rest. in 6. idem obtinet in ecclesia in loco insigni, & pro matrice habitata, et si verè cathedralis non sit: c. in causa carpen. de verb. signif. c. cum ideo de rescript. c. 1. de mut. pit. c. sicut tuus de simon. in cæteris ecclesijs, expressio nominis sancti est necessaria. d. c. quamuis & ibi gl. in verbo non extendit 10. And. num. 3. Lap. alleg. 16. num. 4. Præterea per confirmationem scædus matrimonij cum ecclesia fit ratum, c. 2. & c. fin. de translat. episcop. & c. vacatio ecclesiæ durat, vsque ad confirmationem: glos. in clem. 1. in verbo collato vt lit. pend. & c. Felin. in c. cum Bertol. post num. 3. de re iud. Rot. decis. 6. hoc tit. in nou. post confirmationem non potest renunciare, nisi in eius manibus, ad quem spectat confirmatio: quia ad quem spectat institutio, ad eum spectat destitutio Zab. late in clem. 1. num. 16. de renunc. requisito consensu eligentium: Anch. in clem. prima in 3. not. de renunc. Zab. numero 18. & Can. vel admissa resignatione, per eum, ad quem spectat confirmatio, electores, quia noua est vocatio, habent tempus

integrum ad aliam electionem faciendam. c. si electio hoc tit. in 6. & ibi glos. & DD. El. & moriente in curiâ ante confirmationem dignitas non censetur vacare in curiâ, si post confirmationem à qua non fuit appellatum, moriatur in curiâ, vacat in curiâ Zab. in clem. prima, numero 16. vt lit. pend. & c. Rot. decis. 6. hoc tit. in nou. numero secundo, Item abbatibus tribuit confirmatio administrationem temporalium, & exercitium iurisdictionis, c. sicut tuus & ibi gl. in verbo anathe-matis de Simon. c. cum in ecclesijs de maior. & obed. & electus ꝛ ac confirmatus, etiam ante benedictionem, acquirit nomen abbatis, c. meminimus de accus. o. 1. de suppl. negl. pralat. c. inter monasterium in fin. de re iud. Felin. in d. c. meminimus num. 2. & beneficia eius vacant, Felin. in c. inter monasterium, numero primo, & secundo, de re iud. Gig. de pens. quest. 56. n. 5. fr. de pauis de off. & potest. ca. sed vac. pralud. 7. num. 16. quia benedictio abbatis non confert nouum ordinem, licet conferat aliquid plus de nouo: late Franc. aretin. in d. c. meminimus numero septimo, & pluribus seqq. Felin. in d. c. inter monasterium numero secundo, idem iuris est in electa & confirmata in abbatissam. Franc. in d. c. indemnitate num. 5. not. & S. verum n. 3. hoc tit. in 6. Priora beneficia electi ad dignitatem episcopatu inferioriorem in Romanâ curiâ confirmati, vacant vbi que, post pacificam possessionis apprehensionem, siue per eum steterit, quo minus possessionem adipiscatur, & non antea, gl. in d. c. clem. 1. in verbo collato & ibi Zab. n. 18. & Can. vt lit. pend. & c. Rot. decis. 35. de præb. in antiq. Archid. in c. commissa numero primo, & ibi Ioannes Andreas numero primo, de elect. in 6. Electus in episcopum, repulsus à confirmatione, vel consecratione ex primo titulo retinet priora beneficia, c. super hu. de accus. Ioannes And. in c. si tibi concessio numer. 3. de præb. in 6. quod si electus

28

electus ante confirmationem, aut electus & confirmatus ante consecrationem, ex ægritudine aut alias sit inhabilis, remouetur, *c. primo de at. & qual. & c.* & ab ecclesia vitæ necessaria recipit, *c. quamuis 7. quest. prima glos. in summa 7. quest. 1. & ibi Gemin. in fine & Can.* Confirmatus t̄ tenetur ad consecrationem, intra tres menses, recipendam *c. primo in fine & secundo 2. dist. c. cum in cunctis, §. cum vero & ibi gl. in verbo tempore hoc tit. c. si electio & ibi gl. in verbo alium hoc tit. in 6.* per quam matrimonium cum ecclesia consummatum dicitur: *c. 2. & c. fin. & ibi Pan. num. 4. & 10. de translat. episcop. & c. fit tantum hora tertiarum, c. primo, in princ. 75. dist. & die dominico, c. quod die & ibi gl. 1. 75. dist. c. fin. 51. dist. præmissa causæ cognitione, c. 1. in princ. 75. dist. c. qui episcopus 23. dist.* quia tempore consecrationis, poterit contra ipsum excipi de crimine; sed obijciens, citra vinculum inscriptionis, ad p̄nam extraordinariam, secundum arbitrium iudicis, est astringendus, si deficiat in probando, vt dictum est supra, §. excipiendum. Archiepiscopus ab omnibus suffraganeis, in metropolitana ecclesia, *c. fin. 51. dist. c. metropolitano 63. dist.* consecratur; id est in consecratione facienda, omnium suffraganeorum requiritur assensus, sed ab substantiam eius sufficiunt tres, *c. si Archiepiscopus & c. seq. & ibi Pan. de temp. ordin. c. 1. & 2. 66. dist.* Comprovinciales episcopi, cæteris consentientibus, vel eorum maiori numero, ab Archiepiscopo, cum duobus aut tribus comprovincialibus, vel eo iubente, *c. quod sedem de off. ord. à tribus comprovincialibus episcopis, consecrantur, c. 1. 2. & 3. 65. dist. c. 1. & 2. & seqq. 64. dist. c. quod sedem de offic. ordin.* ibi, vbi Archiepiscopus elegerit; *c. fin. 51. dist.* ex decretis Concilij Tridentini, in ecclesia, ad quam promoti fuerunt, si extra Romanam cu-

riam fiat consecratio; aut in prouincia, si commode fieri poterit: *c. 2. sess. 23. si prouinciam primatem habere constiterit, non licet metropolitano absque conscientia eius, episcopum consecrare, c. episcopus in fine & c. seqq. 65. dist.* Consecratio t̄ tribuit potestatem eorum, quæ pertinent ad ordinem episcopalem, *d. c. transmissam & ibi gl. fin. & Can. c. quamuis 68. dist.* qualia sunt, ordinare, chrisma conficere, chrismare, consecrare ecclesias, & cætera enumerata, in *c. quamuis 68. dist. & in c. aqua, de consec. eccl. vel altar.* imò antè consecrationem, non potest dici episcopus, sed debet appellari electus, quantumcunq̄ue etiam sit confirmatus, vel prouisus per Papam: *c. tua de his qua sunt à prel. & c. nosti hoc tit. Pan. in d. c. cum in cunctis §. cum vero sub numer. 6.* Archiepiscopus confirmatus & consecratus, ante acceptum pallium, ea, quæ sunt ordinis episcopalis, exercere non potest, sed confirmatus alij episcopo, potest demandare, *c. quod sunt §. 1. vers. præterea & c. suffraganeis hoc tit. gl. penult. mag. in c. 1. de translat. episcop. & c. & ibi Pan. numer. 9. & 10.* Beneficia t̄ electi in episcopum vacant per confirmationem, ad eptionem possessionis, & consecrationem, *c. cum in cunctis §. cum vero hoc tit.* etiam si consecratio factum fuerit, antè lapsum trium mensium, *c. si quis cum translatus 21. quest. 2. c. ne pro cuiuslibet 16. quest. 1. glo. in d. c. cum in cunctis §. cum vero in verbo ad quem spectat.* in partibus, siue in loco, in quo sita sunt, Archid. in *c. commissa nu. 10. de elect. in 6. 10a. And. num. 1. & Can. gloss. in clem. 1. in verb. collato & ibi Can. vt lit. pend. & c.* vel ex aliorum opinione superius relata, vacant vbiq̄ue, id est & in curiâ, ac etiam in partibus. Zab. in *d. clem. 1. numer. 18. & seqq. vt lit. pend. & c. Rot. decis. 35. de præb. in antiq.* Negligentes t̄ suscipere munus consecrationis intrâ tres menses iure decreto-

rum ecclesiasticæ condemnationi subiacent, reditus verò integri referuantur apud œconomum eiusdem ecclesiæ: *c. quoniam* 75. *dist. excommunicantur* quouſque aut loco cedant, aut cōſecrandos ſe offerant, *c. 1. 100. dist. item iudicio metropolitani cedunt: d. c. 1. in fine 100. dist. cap. 2. §. sed neque de translat. episcop. &c. ex decretis Concilij Tridentini, tenentur ad fructuum perceptorum restitutionem, & si intrā totidem menses, poſtea munus consecrationis ſuſcipere neglexerint, eccleſijs ipſo iure ſunt priuati, c. 2. ſeſſ. 20. beneficiaque obſenta vacant, poſt tempus præfixum ad petendam consecrationem, *d. c. cum in cunctis §. cum vero*, niſi confirmati, ſiue prouiſi, obtinuerint, à ſede apoſtolicâ diſpenſationem, ſiue prorogationes, vt non teneantur facere ſe consecrari, intra annum, ſiue motu proprio, ſiue ad eorum inſtantiam; *Pan. in d. §. cum vero numer. 7. & ſeqq. Butr. num. 14. Garc. de benef. p. xj. cap. 6. nu. 14.* ratio eſt, quia beneficia vacant ex consecratione, aut lapſu temporis, de consecrandis propter negligentiam: ex quo eſt diſpenſatum nulla concluditur negligentia: iuxta Concil. Tridentinum, prorogationes vtrā ſex mentes conſeſſæ, nulli ſuffragantur, *c. ad maiores ſeſſ. 7.* Solus Papa poteſt diſpenſare, vt episcopuſ habeat aliam dignitatem, vel beneficium cū episcopatu, *Pan. in c. cum noſtris num. 4 & 7. & Can. de conceſſ. præb. Pan. in c. eccleſia noſtra el. 2. ſub nu. 3. in ſi. de elect. Garc. de benef. part. xj. c. 6. nu. 44. vſque ad finem.* Abbatibus † non eſt præfixum actum tempus ad petendam benedictionem, ſed debent requirere tertio cum humilitate & deuotione diœceſanum episcopum, pro benedictione impartienda; qui ſi recuſet ex certâ cauſâ, vterque ſuam iuſtitiā proſequatur: ſi verò malitioſe renuit, quod præſumitur, eo quod tertio requiſitus*

nullam cauſam prætendit, tunc abbates monachos proprios poterunt benedicere. Si † abbas ſit preſbyter, *c. cum contingat de at. & qualit.* Et alia quæ ad huiusmodi officium pertinent exercere, aucto, *c. primi de ſuppl. neglig. prælat. Pan. Butr. & Can. communiter in d. c. 1. de ſuppl. neglig. prælat.* Et poſt adeptam poſſeſſionem abbatæ, vel ſi per eum ſteterit, quo minus ad ipſeſcat eam, etiam ſi non fuerit benedictus, vacant priora eius beneficia. *Hored. de incompat. benef. p. 1. cap. 6. num. 1. Paris. de reſignat. benef. lib. 3. quaſt. 1. num. 95. Garc. de benef. p. 11. cap. 7. per tot. Felin. in c. meminimus ſub num. 19. de accuſ. & ibi Can. Benedictio impartienda eſt abbatibus, præmiſſâ cauſæ cognitione, c. meminimus & ibi poſt gl. DD. de accuſat. præpoſ. in c. quoniam numero 2. in fine 69. dist. & ibid. Archid. eis ſolummodo diebus, quibus minores ordines conferri poſſunt. Clem. attendentes & ibi gloſſ. in verbo benedicti de ſtat. monach. Hoſt. in c. cum contingat de at. & qualit. n. 9. Pan. in c. cum his in fine de conſ. eccleſ. vel alt. requirit manus impoſitionem episcopalem, confertur tantum preſbytero, plus habet de ordinatoria quā de ſimplici non poteſt reiterari, *Vital. in cl. attendentes, §. ſi quis vero num. 16. & ſeq. Imol. nu. 12. & ſeq. & Can. de ſtat. monach. Hoſt. in c. tuam num. 3. & ſeqq. de at. & qualit. & ord. præb. nec eſt de ſubſtantiâ, Felin. in c. meminimus numer. 20. de accuſat. Zab. in clem. attendentes §. ſtatimus verſ. ſexto quaro de ſtat. monach. tribuit poteſtatem ſpiritualem benedicendi monachos, d. c. 1. & ibi Pan. in 3. not. Butr. in 3. not. & Can. communiter de ſuppl. neglig. prælat. & c. conferendi ordines minores, psalmiſtarum, oſtariatum, lectoratum, non autem exorciftatum, aut acolytatum, niſi habeat priuilegium: *c. cum contingat de at. & qualit. 69. dist. in ſumm. & c. 1. & ibi gl. in verbo lectores & c. 2. lo. And. in c. tuam numero 6. de at. & qualit. & ord.***

ord &c. Curam monasterij, subrogatur loco confirmationis, ita quod abbas benedictus solum, & non confirmatus, possit administrare. *But. in d. c. 1. numero 14. & ibi Pan. & Can. communiter de suppl. neglig. pralat.* Hodierno iure, ut dictum est, per regulam Cancellariæ secundam, omnes ecclesiæ episcopales, nec non omnia monasteria virorum, valorem annum ducentorum florenorum auri excedentia, sunt reseruata sedi apostolicæ, & per concordata germaniæ, confirmationes electionum in metropolitanis, ac cathedralibus ecclesijs, & in monasterijs sedi apostolicæ immediatè subiectis, spectant ad sedem apostolicam.

- 35 Episcopi, ꝛ quibus est facta collatio episcopatus, aut quorum electio est confirmata per sedem apostolicam, non possunt, per inferiorem aliquem consecrari, & similiter abbates, non possunt benedici per alium, quibus est facta collatio abbatix per sedem apostolicam, *c. si eo tempore & ibi gl. fin. hoc tit. in 6. cum in distribuendis & ibi gl. de temp. ord. l. 1. vers. consules ff. de offic. Cons. & ibi Bart. l. 1. C. de spont. & ibi Bald. Franc. aretm. in c. meminimus num. 11. & seq. de accusat. nisi aliud foret cautum, in concordatis germaniæ, quæ habent clausulam prouiso, quod confirmati prædicti, & per nos prouisi, metropolitanis suis, & alijs, præstent debita iuramenta, & alia, ad quæ de iure tenentur, *c. nihil est in fine hoc tit. c. in nos 63. dist.* Attamen in Germaniâ & extrâ Germaniam, consecratio, & benedictio solent autoritate apostolicâ episcopis delegari per speciale rescriptum, *c. meminimus de accus. Gemin. in c. cum nullus, numero 5. de temp. ord. in 6. Franc. sub numero 4. & Can. communiter.* In ꝛ electionibus, quæ fiunt in monasterijs monialium, siuè ad electionem, per formam seruunij, procedatur, & votis in diuersa diuisis, ele-*

ctiones per plures, in discordiâ celebrari, contingat, siuè per formam, compromissi fuerit processum, multa specialia constituta sunt, in c. indemnitatibus in princ. & §. r. & 2 hoc tit. in 6. *Franc. in d. c. indemnitatibus §. ceterum numero quarto, enumerat 11. specialia & ibi Can. communiter.* fusiùs me explico, quod si ad electionem, per scrutinium processum fuerit, & votis in diuersa diuisis, electionem per plures in discordiâ celebrari contingat, electa in abbatissam, à duabus partibus conuentus, etiam per accessum post publicatum scrutinium, facta numeri solum ad numerum collatione, confirmatur & benedicitur, reseruata contradicentibus denunciandi & accusandi facultate: si electa sit, à maiori parte monialium, quæ non faciant duas partes capituli, confirmationis, quæ differtur quæstione pendente, liberè in spiritualibus, & temporalibus administrat, sic tamen, quod de rebus monasterij nihil alienet, nec aliquam in monialem recipiat quoquo modo: si à minori parte conuentus sit electa, ius aliquod ipsi quomodolibet non quæritur, nec ad eam ab alijs, per consensum, accessus haberi potest, *c. indemnitatibus §. sane hoc tit. in 6.* Cæterùm si per formam compromissi, fuerit in electione processum, & electa aliqua pars, se opponat, si minor, confirmatur electio, & ei benedictio impenditur, denunciandi & accusandi eam postmodum sibi via minime præclusa, si maior, confirmatio vel infirmatio differtur, sed interim liberè administrat, nisi pars opponentium extiterit duplo maior, tunc enim non potest administrare, sed cogitur litis euentum expectare, *c. indemnitatibus §. ceterum hoc tit. in 6.* Concilium Tridentinum statuit, ne is, qui electioni præest, episcopus, siuè alius superior, claustra monasterij ingrediatur, sed

antè cancellorum fenestellas, vota singulorum audiat, vel accipiat: in reliquis seruentur singulorum ordinum vel monasteriorum constitutiones: *c. abbatissa* *sess. 25. de regul. & c.* Concordat stylus curiæ, iuxta quem electiones monialium in abbatissas confirmantur, absque suppletionem defectuum vnde cancellari solet clausula suppletis, &c. quia in talibus electionibus, non interueniunt solemnia. *d. c. indemnitatibus*. In ¶
 37 monasterijs, in quibus solitæ sunt benedicti abbatissæ, *cl. attendentes §. statuimus* & ibi *Zab. ver. secundo quæro* *Imol. n. 10. & seqq. vital. n. 13. & seqq. de stat. monach.* priorissæ nunquam benedicuntur, *d. c. indemnitatibus §. 1. & ibi gl. in verbo abbatissa*. abbatissa intra annum à suæ confirmationis tempore, computandum, benedictionem suscipere debet, alioquin à iure suo se nouerit profus cecidisse: *cl. attendentes §. statuimus de stat. monach. d. c. indemnitatibus §. primo* & ibi gloss. in verbo *abbatissa Franc. Aretin.* in *d. c. meminimus numero septimo*, quæ impartiri eis potest quolibet die, *d. c. statuimus* & ibi gloss. in verbo *benedicti* etiam antequam habet possessionem monasterij *d. c. indemnitatibus §. verum* & ibi *Franc. in principio*. est simplex non requirit manus impositionem episcopalem, *Hosten. in c. tuam numero 9. de at. qual. & ord. pres. vital. in cl. attendentes §. si qui vero num. 18. Imol. numero 12. & Can. de stat. monach.* & non potest reiterari: *Pan. in cl. attendentes numero 18. de stat. monach. Imol. numero 13. & Can. sed Felin. in c. meminimus numero 3. de accus. tenet quod possit reiterari.* benedicta potest, in matutinis euangelium legere, *c. diaconissam* & ibi *gl. 1. & fin. 27. quæst. 1.* non potest moniales benedicere, confessiones audire, publice prædicare, excommunicare, absolueri, interdiceri, aut ordines conferre, quia mulieres non recipiunt characterem, impe-

diente sexu; *c. noua de poenit. & remis. & ibi gloss. fin. gl. in d. c. diaconissam c. statuimus 20. quæst. 2. c. de monialibus* & ibi *gl. fin. de sent. excomm. Pan. in c. meminimus numero 1. de accus. c. mulierem 33. quæst. 5.* Sed confirmata potest monachas & clericos suæ iurisdictionis suscipere à beneficio, potest conferre ecclesiis, beneficia, instituere clericos, in ecclesijs sui monasterij. *c. dilecta* & ibi *gl. 1. de maior. & obed. Pan. & Can. communiter c. cum dilecta de confirm. vit. vel inuit. & ibi gl. in verbo procuratricem* & *Can. c. 2. de his quæ fiunt à Præl. sine consensu cap. Gonzal. super reg. de mens. & alternat. gl. 22. nu. 12. & seqq.* In electione ¶ summi Pontificis, quædam specialiter sunt constituta, vt videre est in *c. licet hoc tit. & in c. vbi periculum, hoc tit. in 6. & clem. ne Romani, hoc tit. ac in nouissima constitutione Gregorij XV.* Electus antè inuentionem, obtinet auctoritatem regendi Romanam ecclesiam, & disponendi omnes facultates eius. *c. in nomine domini in 23. dist. extrauag. vlt. de sent. excomm. inter commanes.* Item ¶ in electione, 40 confirmatione, & consecratione Imperatoris seruatur *c. venerabilem, hoc tit. c. ad apostolica, de sent. & re iud. 176. & ibi gloss. in verb. illi sunt,* & ibidem *gl. fin. dicit principibus non esse statutum certum tempus, ideo summum pontificem non posse eligere, nisi prius illos admoneat.*

De translatione episcopi vel electi.

Titulus VII.

S V M M A R I A.

- 1 Translatione de finitio.
- 2 Papa transfert episcopos & exemptos prelatos, inferiorum clericorum translatio fit auctoritate cuiuslibet proprij Episcopi.

3. Tran-

- 3 Transseuntis propria auctoritate de vna ecclesia ad aliam poena.
 4 Translatio effectus.
 5 Episcopus cui data est indulgentia transseundi de vna ecclesia ad aliam, debet postulari, non eligi.
 6 Postulatus concorditer in ecclesia vltimontani exempta non potest administrare.

ALLIGATI alijs ecclesijs postulandi sunt, c. bon. mem. el. 2. & c. fin. de postul. prel. Et oportet talis transferri ad ecclesias, ad quas postulantur, idèd post titulos præcedentes ponit de translatione episcopi, (episcopus propriè dicitur qui est consecratus) vel electi, quia antè consecrationè, non appellatur episcopus, sed electus talis ecclesiæ, Pan. in c. primo numero quarto, hoc tit. gloss. prima in c. primo de relig. domib. vt dictum est titulo de electione. Translatio ¶ est de vnâ ecclesiâ ad aliam regularis mutatio, cum euidenti causa vtilitatis, vel necessitatis, c. mutationes & c. suas & c. sicut vir. 7. quasi. prima, episcoporum, pertinet ad solum Romanum Pontificem, d. c. mutationes Pan. in c. primo numero tertio, hoc tit. c. primo & 2. §. sed neque vers. nec quod tit. c. quod translationem de off. leg. & ibi gloss. mag. siue sint consecrati, §. fin. hoc tit. siue tantum canonicè electi, & confirmati c. secundo §. primo vers. vnde cum hoc tit. ante confirmationem, in manibus eligentium, iuri suo cedere possunt, sine licentiâ superioris: c. cum venissent & ibi gloss. in verbo renuntiavit de integ. reslit. & ibi Pan. numero xi. Host. numero septimo, in fine & Can. Pan. in c. secundo numero 3. hoc tit. item exemptorum prælatorum, c. cum venerabilis de consuetud. cap. fin. de renuntiat. etiam absentium, & prior cathedralis ecclesia vacat, postquam episcopis se translaturum sciuit, & consentit, quia licet possit, tamen non solet Papa ali-

quem transferre contrâ suam voluntatem; c. archidiaconum 87. dist. in fine & ibi gl. fin. c. episcopus de loco 7. quasi. 1. & ibi gl. & DD. Et postquam expeditæ sunt literæ super secunda prælatura, & ostensæ capitulo: nam solum scientia, aut sola expeditio litterarum non sufficit, absque præsentatione in capitulo facta, Pan. in c. in nostra num. 11. de rescript. Felin. in c. 1. nu. 2. vers. & Soc. reputat 10. And. de prescript. Gonzal. super regul. de mens. & alternat. gl. 15. nu. 49. quodque translatus ipse, possessionem Ecclesiæ, ad quam translatus extitit, acquisierit, aut per eum steterit, quo minus assecutus sit, Felin. in c. eam se nu. 9. vers. & dicitur translatus de rescript. Hored. de benef. incomp. p. 1. c. 3. num. 12. Roman. conf. 345. numero 17. Garc. de benef. p. 11. c. 6. n. 39. & 49. & seq.

Inductum ¶ summi Pontificis, quo translationi annuit, strictè est interpretandum, & si ad maiorem, priore, dignitatem, transitum concessit, non auxiliatur migrare cupienti, ad parè dignitatem, c. fin. hoc tit. & ibi gl. pen. & fin. Inferiorum clericorum translatio sit, auctoritate cuiuslibet proprii episcopi. c. Abbas el. 2. 18. quasi. 2. c. si quis & c. seq. 71. dist. c. episcopus de loco vers. fin. 7. q. 1. & ibi gloss. fin. c. cum & plantare §. in ecclesijs de priuil. Transiens propriâ auctoritate de vnâ ecclesiâ ad aliam, priuatur, & ambita, & habita vt nec illis præsideat, quos per superbiam spreuit, nec illis, quos per auaritiam, vel ambitum concupiuit; tam in episcopatibus, c. quanto in fine hoc tit. c. si quis episcopus & c. seq. 7. quasi. 1. c. 1. de cler. non resid. quam in alijs beneficijs, & ecclesijs, c. cum olim & c. seq. de rerum permut. c. non oportet c. eos sacerdotes 7. q. 1. c. fin. de renuntiat. in 6. in fine. siue transeat ad maiorem, quo casu

caſu præſumitur ambitio, non leuitas, *c. 1. de cleric. non reſid. gl. in d. c. ſi quis episcopus 7. quaſt. 1.* ſiue parem, quia facilius diſpenſatur in maiori, quam in pari, *c. ſin. hoc tit.* ſiue etiam ad minorem eccleſiam, in quâ difficilius diſpenſatur. *c. 1. hoc tit.* Episcopatus ſunt paris dignitatis, licet aliqui habeant minores redditus, *c. legimus 93. diſt. Pan. in c. ſin. num. 56. hoc tit.* reſtituitur eccleſiæ, quam deſeruit, ſi eccleſia eum repetit, *c. non oportet 7. q. 1.* & cogitur redire: *c. ſi quis vero 7. q. 1.* Eccleſia inuita non cogitur eum recipere; *Archid. in d. c. ſi quis vero arg. c. de benedicto 32. q. 1.* Si alias ei ſubſtitutus fuerit, licet ꝑ propriâ authoritate, tranſiens ad aliam, prioris eccleſiæ episcopus, aut rector eſſe non deſerit, ſubſtitutus tamen episcopatum, aut eccleſiam habebit, *c. paſtorali in ſine & c. ſeq. 7. q. 1.* nam tranſiens ad ſecundum Episcopatum, abſque licentiâ, non eſt ipſo iure priuatus primo; ſed eſt priuandus per ſententiam; *Pan. poſt Io. And. in c. quanto num. 13. & ſeq. hoc tit. Gemin. in ſumma 7. q. 1. in ſine præpoſ. num. 2.* in curatis dignitatibus, perſonatibus, officiis, cæteriſque beneficiis perſonalem reſidentiam requiruntibus, hodierno iure ſeruari debent, *c. de multa, de præb. extrauag. execrabilis de præb. & c. quicumque ſeſſ. 7.* Legatus à latere patriarcha, archiepiſcopus, uſurpantes ſibi episcoporum translationes, ab episcoporum conſecratione, & confirmatione ſuſpendeduntur per ſententiam, *c. 1. in ſine & c. 2. §. ſin. hoc tit.*

4 *c. niſi ſpecialis de offic. leg.* Eſſectus ꝑ translationis eſt, quod translatus ex cauſâ utilitatis vel neceſſitatis, ab vnâ ciuitate, ad aliam, deſinit eſſe Episcopus illius ciuitatis, à quâ tranſfertur, & à vinculo prioris Eccleſiæ abſoluitur, *c. 2. in ſine hoc tit.* atque ided qui huic ſuccedit, non uiuenti, ſed deſuncto quodammodo Episcopo, probatur ſubſtitui: *c. in apibus §. translatus c. ſunt alterius §. pen. 7. q.*

1. *c. ſi quis iam translatus 7. q. 2.* translatus poſt litem conteſtatam, ſuper ſolutione debitorum contractorum, per prædeceſſorum, pro neceſſitatibus Eccleſiæ, tenetur ſe iudicio liſtere, & iudicium ſoluere, quia fructus percepit, & de fructibus ſoluenda ſunt onera; *Put. deciſ. 40. lib. 3. Gemin. conſ. 3.* amittit ius prioris beneficii, & poſſeſſionem ciuilem & naturalem; fructus tamen ſibi debitos antè translationem, & maxime extantes tempore translationis petere poteſt; *c. præſenti & ibi Ioan. And. de offic. ordin. in c. 6. lo. Monach. in c. 2. de reb. eccleſ. non alien. in c. 6. Ro. deciſ. 1. hoc tit. in antiq. ac etiam detentationem, niſi probetur, quod translatus per ſe vel alium retinuerit, incumbendo poſſeſſioni, & fructus percipiendo, & ſpoliatus eâ detentatione agit de ſpolio: *Mohed. deciſ. 1. de reſtit. ſpol. Cald. conſ. 5. de cauſ. poſſeſ. & propriet. Caſſad. deciſ. 4. de reſtit. ſpoliat. l. peſſideri §. in amittenda ff. de acquir. poſſeſ.* Qui uerò metu hoſtilitatis ad aliam tranſiit, ſi priorē contingit aliquandò, ab hoſtibus liberam fieri, ad eandem illum redire oportet, *d. c. in quibus in ſine & c. ſeq. 7. q. 1.* Episcopus, ꝑ cui fuit data indulgentia tranſeundi de vnâ Eccleſiâ ad aliam, debet poſtulari non eligi, *c. ſin. hoc tit.* tùm quod poſt indulgentiam iſtam, remanet Episcopus, tùm quia impedimentum quod ſurgit ex vinculo ſpiritualis matrimonii eſt fauorabile, & indulgentia tendens ad illum tollendum odioſa: ſecus ubi tolleretur impedimentum illegitimitatis, aut alterius irregularitatis, quia diſpenſatio tendens ad tollendum impedimentum odioſum, potentius illud tollit, *d. c. ſin. & ibi Io. And. num. 4. Pan. num. 18. & ſeq. Zab. in 1. & 2. quaſt. & ſic inducit etiam facultatem eligendi, c. cum Vintonien. de elect. vel potiùs inſpicienda ſunt uerba indulgentiæ, ac diſpenſationis, & ſecundùm illa eſt iudicandum,**

dum, c. porro de priuileg. 10. And. post Host. in d. c. fin. hoc tit. num. c. 4. Postulatus ꝑ concorditer in Ecclesiâ, vltra montana exempta, non potest administrare, Pan. in c. quanto num. 10. hoc tit. quia c. nihil est de elect. loquitur de electo, non postulato.

De auctoritate & vsu pallij.

Titulus VIII.

S V M M A R I A.

- 1 Pallij definitio.
- 2 Pallij receptio, quam potestatem conferat.
- 3 Pallium conceditur à summo Pont. & quatuor patriarchis principalibus.
- 4 Pallium instanter peti debet intra tres menses à die consecrationis, & pœna negligentium id petere.
- 5 Romanus Pontifex semper, & vbiq; vtitur pallio inter missarum solemnias.
- 6 Archiepiscopus tantùm vtitur pallio in quâlibet ecclesia etiam exempta sua prouincia, & extra prouinciam eo vti non potest, nisi tribus concurrentibus.
- 7 Pallij vsus strictior est quam pontificalium.
- 8 Archiepiscopus qui renunciauit loco Archiepiscopali perdit vsu pallij.
- 9 Translatus ad alium Archiepiscopatum desert secum pallium, quo non potest vti in secunda ecclesia, sed habebit aliud de nouo.

POSTULATO, electo, translato licitum est vti pallio, si ecclesiâ, ad quam assumptus est, dignitas pallij debeatur, ided restat videre, de auctoritate & vsu illius.

- 1 Pallium ꝑ est insigne Patriarchæ, Primatis, Archiepiscopi, vel Episcopi ornamentum, de B. Petri corpore sumptum, c. significasti de elect. in fine c. antiqua de priuileg. In ꝑ quo pontificalis officij plenitudo, cum archiepiscopalis nominis appellatione confertur, c. nisi specialis hoc tit. ante cuius receptionem ecclesie Summe in Decretales.

clesia dicitur viduata quoad quædam, puta concilij conuocationem, chrismatis consecrationem, basilicarum dedicationem, clericorum ordinationem, episcoporum consecrationem &c. c. quod sicut §. 1. vers. praterea de elect. 100. dist. in summa. Talia enim & similia, quæ sunt episcopalis ordinis, non debet exercere, in suâ prouinciâ, sinè pallio. c. quod sicut §. super eo vers. praterea de elect. 10. And. inc. extuarum numero 6. hoc tit. Decian. consil. 26. lib. 3. Conceditur ꝑ vniuersaliter à summo Pontifice tantùm, d. c. nisi hoc tit. c. significasti vers. fin. & ibi Pan. post. n. 9. de elect. & à quatuor patriarchis principalibus, postquam à Romano Pontifice receperint pallium, præstito sibi iuramento fidelitatis & obedientiæ, d. c. antiqua c. sacrosancta & seq. 22. dist. archiepiscopis, c. quoniam 100. dist. ac ex priuilegio quibusdam episcopis, Hostiensis Babienis, Bambergensis Quinquelesiensis, & c. cum in iuuentute de præsumpt. c. fin. 10. dist. instanter petentibus, c. prisca 10. dist. per nuntium ad hoc specialiter deputatum, c. optatum in fine 10. dist. intra ꝑ tres menses, à die consecrationis, præstito iuramento obedientiæ Romano pontifici, d. c. antiqua c. quoniam in princ. & c. optatum 100. dist. d. c. significasti. Alias commilla sibi careant dignitate: eritq; metropolitani alijs licentia, post secundam & tertiam commotionem, iudicatis ecclesijs cum consilio summi pontificis, ordinando episcopum subuenire. d. c. quoniam 100. dist. Patriarchæ principales pro te recipiunt professionem canonicam, & pro Romana Ecclesia sponsonem obedientiæ, à suis suffraganeis, quibus pallium largiuntur. d. c. antiqua.

Romanus ꝑ pontifex semper & vbiq; vtitur pallio, inter missarum solemnias, c. ad honorem hoc tit. archiepiscopus ꝑ extra suam prouinciam vti non potest, sed tantùm in quâ.

H

quâ.

qualibet ecclesiã, etiam exempta, *clement. 2. de priuil. Pan. in cap. primo numero septimo, hoc tit. suã prouinciã inter mistatum tolemnia, c. contra morem 100. dist. c. cum sis hoc tit. permissis diebus, & in maioribus festiuitatibus in concessione pallij expressis: c. ex tuarum & c. seq. & c. fin. hoc tit. & si contingat cum processionaliter egredi templum, non potest uti pallio, etiam si factis sit indutus vestibus, c. primo in fine hoc tit. aut si celebret sub tentorio, aut in aliqua priuata domo, intra suam prouinciã. Pan. in c. cum sis hoc tit. quia vocatus est in partem sollicitudinis, non in plenitudine potestatis, d. c. ad honorem. tũ quia pallium datur personã contemplatione loci, & is, cui datur, cũ eo sepelitur, c. secundo hoc tit. alteri quẽ archiepiscopo commodare non potest, d. c. secundo, eo quẽ non utitur extrã limites suã prouinciã: c. cum super c. ex tuarum hoc tit. nisi tibi concurrentibus, necessitate consecrationis, vel ordinationis consensu diœcesani, non requisita metropolitani licentia, & priuilegio summi Pontificis, c. ex tuarum & ibi Ioannes Andreas in verb. permittat Pan. numero tertio, & DD. hoc tit. quia strictior est vsus pallij, quam pontificaliũ; quia ex quo Archiepiscopus pallium recipit, potest sine ipso, in alterius episcopatu de licentia diœcesani inuitatus ordines celebrare, quia eos confert non tanquam archiepiscopus sed tanquam simplex episcopus. Hostien. in d. c. quod sicut numero 18. & ibi Ioannes Andreas num. 19. & Can. de elect. per text. in d. c. quod sicut §. super eo vers. praterea in fine Archiepiscopus qui renuntiat loco ¶ archiepiscopali, perdit vsũ pallij, c. ad supplicationem de renuntiat. 8. translatus ¶ ad alium archiepiscopatum, differt secum pallium, non tamen eo uti potest, in secundã ecclesiã, sed habebit aliud de*

nouo, c. bonamemoria et secundo in fine de poss. pralat. cum utroque sepelitur, Pan. in d. c. bonamem. et. 2. post. num. 27. Pan. in c. 2. numero 7. hoc tit. speciale est in vestibus sacerdotalibus & spiritualibus, ut clerici in illis sepeliantur, gl. fin. in c. secundo hoc tit. laici cum localibus ornamentis, annulis non debent sepeliri l. fin. §. fin. ff. de aur. & arg. leg. l. at si quis §. fueris causa ff. de relig. & sumpt. pur.

De Renunciacione.

Titulus IX.

S V M M A R I A.

- 1 Renunciacionũ definitio.
- 2 Renunciare beneficio qui non possunt.
- 3 Resignationum alia est pura & simplex alia conditionalis.
- 4 Resignationum alia est expressa, alia tacita.
- 5 Cessio, an differat à resignatione.
- 6 Retrocessio definitio.
- 7 Retrocessio duplex est vera & presumpta.
- 8 Omnia beneficia resignari possunt per quosuis clericos, aliquibus exceptis.
- 9 Episcopatum & superiorum dignitatum resignationes ac beneficiorum exemptorum, item resignationes, conditionales sunt coram summo Pontifice.
- 10 Resignatio in fauorem, an & quando comprehendatur sub generali dispositione loquente de vacatione seu resignatione.
- 11 Resignatio beneficiorum inferiorum fieri debet regulariter in manibus Episcopi de consensu eorum quorum interest.
- 12 Ordinarij litteris narratis partes presentes & coram ipso factam resignationem creditur, non tamen contra apostolicos impetrantes.
- 13 Resignantium in manibus inferiorum ab Episcopo pœna.
- 14 Per resignationem an titulus & possessio amittatur, distinguendum est inter resignationem simplicem & conditionalem.

15 In Resignationibus an & quando sit licita penitencia.

16 Resignatio est publicanda ex constitutionibus apostolicis.

17 Resignationis pars est publicatio.

18 Resignata beneficia & non publica sunt referuata Sedi apostolica.

QUAE postulatione, electione, translatione quaruntur, renuntiatione perduntur, l. si quis in conscribendo c. de pact. gloss. in d. c. si diligenti in verbo pacto de for. com. l. quaritur § si venditor ff de edil. edict. de qua tunc est dicendum. Est ¶ spontanea & libera, c. super hoc c. in praesentia hoc tit. beneficii obrepti vel iuris in id vel ad id competentis, c. fin. in princ. de concess. prab. in 6. Rot. decis. 14. hoc tit. in antiq. c. fin. de concess. prab. in 6. licetis expeditis, c. institutionis 25. quast. 2. c. conueniens & ibi gl. in verbo renunciaffe & c. sane hoc tit. Boer. decis. 24. n. 8. & seq. Felin. in c. ad audientiam el. secundo numero 10. vers. nota etiam de rescript. & ibi Pan. numero tertio, ac non expeditis habita, & non habita possessione, c. quodam & ibi Gemin. num. 8. de prab. in 6. Imol. in clem. 1. num. 9. de rerum permut. dimissio, seu refutatio, facta cum causa coram superiore, c. admonet c. in praesentia hoc tit. Anch. in c. ad abolendam n. xi. de heret. qui potest inuitum destituere, d. c. admonet gloss. in el. 1. in verbo manibus & Innoc. inc. quod in dubijs in fine hoc tit. Rot. decis. 2. de rerum permut. in nou. Dimissio nomen generalius est, & fit sola & nuda voluntate, c. si beneficia & ibi gloss. in verbo dimissa & Can. de prab. in 6. extrauag. Ioan. xxii. execrabilis §. qui vero deinceps & ibi gl. in verbo dimittere de prab. & non solum in expressa renuntiatione, requiritur licentia superioris, sed etiam in tacita, quae fit per acceptationem secundi. Imol. in c. ex ore numero 20. de hijs quae sunt a maiori parte cap. contra gloss. ibid. Capra conel. 90. numero, 45.

& seq. Boick. in d. c. de multa numero 14. & seq. de prab. fundans se in resignatione, debet probare resignationem, & quod sit spontanea, 17. quast. 2. in summa & ibi gl. in verbo refutauit. & admittitur replicatio aduersarij, quod non sponte renuntiauit. c. super hoc tit. Renunciare ¶ non possunt is, cui ab-
2
senti collatum fuit beneficium, ante acceptationem illius, quia nondum in eius ius habet, vacat, non est liberum, imo afatum, si reculet acceptare vacat vt prius, Franc. in c. si tibi absenti in 5. not. & ibi Gemin. sub numero 4. Arch. in 3. not. de prab. in 6. Prouisus de beneficio sub conditione, l. u. quae haeres & ibi las. post Bald. & alios numero quarto Alex. numero quinto, ff. de acquir. hered. qui habet ius in beneficio licet reuocabile, in certu euentum potest illud resignare, & resignatarius capit beneficium irrevocabiliter, arg. l. 1. ff. de commiss. & l. 2. ff. de in dum. addit. quia post collationem est ius purum, quæsitum, licet resoluatur in certum euentum, Crescent. decis. 6. numero secundo, & 4. hoc tit. Cassad. dec. 27. super reg. Cancell. Mohed. decis. 33. de prab. c. pen. & ibi gl. fin. de prab. in 6. c. fin. §. praesenti & ibi gl. in verbo distinctio de concess. prab. in 6. pone exempla in eo cui collata est parochialis ecclesia, non promotus, & circa finem anni renunciante, c. commissi de elect. in 6. & ibi Franc. numero secundo, & Can. communiter Oldrad. conf. 203. in resignatario, non publicante resignationem intra tempus praefixum, Crescent. d. decis. 6. Mohed. decis. 33. Achil. decis. 9. numero quarto, de privileg. Cassad. decis. 24. numero 5. & seq. super reg. Cancell. per c. commissi cum similibus de elect. in 6. quod hodierno iure ex constitutione Gregorij xiiii. de publicandis, arctat etiam secundum & vltiorem resignatariu, & alijs similibus. Resignatarius non debet plene probare de titulo resignantis, sed

eius reputationem, & pacificam possessionem, impugnant titulum resignantis incumbit probatio: *Host. in c. illud post n. 7. vers. à simili de præsump. & ibi Imol. post n. 13. Host. in c. innotuit numero secundo, de eo qui sur. ord. suscep. numero secundo; Cassad. decis. 2. numero quarto de caus. possess. & propriet. Lap. alleg. 89. post. n. 8. vers. venio ad secundum.* Ad renunciandum beneficio, etiam si sit pontificalis dignitas, potest constitui vnus procurator, vel plures, item clericus vel laicus, et si plures constituantur, non est ius an in solidum vel coniunctim. *gloss. in clem. 1. in verbo procuratorem hoc tit. & ibi Can. c. primo, de procur. in 6.*

3 Resignatio ¶ alia est pura & simplex, alia conditionalis, Pura est quoties beneficium resignatur in manibus superioris sine aliquapactione, conditione, vel modo. *c. pactiones de pactis & c. ex parte el. primo & ibi gl. in verbo omnino & in verbo dimittere & ibi Pan. numero quarto, de offic. deleg. Dec. numero 11. Butr. rurs. 10. Pan. in c. cum inter R. nu. 13. de elect. c. dilecto & ibi gl. 1. de prab. Conditionalis est, quæ ex voluntate summi Pontificis, cuiusque permissione aliquam conditionem, pactionem, modum aut fit in fauorem certæ personæ. *c. apostolica & ibi gl. 1. in fine 8. quest. 1. ordinationes & ibi gloss. in verbo pretio prima quest. prima c. quam pio prima quest. secunda c. cum pridem de pact. cassad. decis. 2. numero tertio, & seq. de simon. & decis. 4. numero quinto, de locat. Pan. in c. ex parte primo sub numero 4. de offic. deleg. & non alias, quæ coram ordinario fieri nequit absque labe simoniæ, c. cum pridem c. fin. de pact. c. ex parte & ibi post gloss. Can. de offic. deleg. c. tua nos de simon. Cassad. decis. 2. de simon. late Garc. de benef. p. xi. cap. 3. §. 2. n. 152. & pluribus seqq. vbi plures casus examinat. quando in eadem supplicatione vnus resignat, & alter supplicat; dicitur, resignatio facta in fauorem certæ personæ, *Put. decis. 511 per not. à Fe-***

*lin. in c. pastoralis de rescript. li. 2. Beneficia resignata per procuratorem, ibi vacant vbi facta est renunciatio, non vbi facta est procuratoris constitutio, Archid. in c. secundo sub numero secundo, de prab. in 6. Roman. conf. 342. sub numero secundo, ideoque resignata per procuratorem in curia, censetur in ea vacare, non in partibus, vbi est constituens procuratorem. Zab in el. vnica quest. 18 hoc tit. & ibi Vital. nume. quarto, gloss. in clem. prima. in verbo collato vers. non placet. hoc dictum & ibi Can. vt lit. pend. & c. Put. decis. tertia lib. secundo Archid. in c. secundo sub numero primo, ibi apud sedem Franc. uumero septimo, & Can. de prab. in 6. censenturque reseruata, reseruacione iuris sedi Apostolicæ ex alioquorum opinione. *Ferret. conf. 93. numero 3. & vol. primo, Röm. conf. 342. numero secundo, Paris. conf. 47. numero 29. & seq. vol. quarto, contra quos facit. Put. decis. 38. libro secundo dicens vacare in curia Sarnem, in reg. de trien. quest. 31. numero quinto, Paris. de resig. lib. 9. quest. 14. numero 60. Con. pract. quest. c. 36. sub numero quarto, vers. ceterum ad hanc. Item ¶ alia est expressa, alia est tacita, vt tradens litteras suas apostolicas suo ordinario, beneficio renuntiare videtur, *c. veniens & ibi gloss. in verbo commississe, c. sane & ibi gloss. in verbo reddens plures quotas cumulat hoc tit. c. cum pridem de pact. & ibi gloss. in verbo resignauit. & exhibens reuerentiam aduersario, quæ debetur prælato, c. ex ore & ibi gloss. mag. in verbo renuntiasse, plures quotas cumulat. de his qua sunt à maior. part. cap. secus si se submittat gratiæ aduersarij, c. veniens hoc tit. aut ab obedientiâ subditos absoluat: *c. pen. hoc tit. litigans super electione, vel præsentatione de se facta, aut habens ius ad rem, si recipit aliud beneficium, per hoc intelligitur cessasse liti, si illa simul teneri non possunt, alias secus, late Ioannes Andreas in c. in nostra numero tertio, & seq. de rescript. Pan. in c. fin. numero 6. de Cleric.****

Cleric. non resid. numero 6. & ibi Can. ac per a-
 secutionem beneficii incompatibilis re-
 nuntiat gratiæ ad aliud simile obtinendum,
 Clem. gratia de rescript. Garc. de benef. p. 11. cap. 5.
 num. 69. & seq. in vtraque requiritur quoad
 præiudicium ordinarij, quod fiat eius au-
 ctoritate & approbatione: Imol. in c. ex ore
 numero 20. reprobata ibi gl. in verbo renuntiasse,
 de his que sunt à mai. part. cap. & ibi Pan. numero
 10. & Can. Pan. in c. de multa nu. 15. de præb. Put.
 decis. 89. numero primo, liber primo parisi. de re-
 sign. libro septimo quæst. septima, attestans de com-
 muni licet Garc. de benef. p. XI. cap. tertio, §. tertio
 numero 278. & seqq. aliter distinguat. vtraque
 facta sine auctoritate ordinarij tenet in
 præiudicium renuntiantis: Imol. in d. c. ex ore
 sub numero 20. Rot. decis. 3. de præb. in nou. Zab. in
 clem. gratia in prima oppos. de rescript. & ibi Can-
 dicetur latius inferius. Cessio ¶ à resignatione
 in iure scripto non videtur differre, c. suscep-
 tum de rescript. in 6. de stylo resignatio est,
 quando quis possidet beneficium, cessio iur-
 is, quod habet in eodem. gl. ord. in reg. Can-
 cell. 43. Retrocessio ¶ est iuris, seu beneficij,
 ab aliquo cessi vel resignati, à cessionario
 vel resignatario; in eiusdem cedentis vel re-
 signantis fauorem refutatio; plerumque fit
 literis non expeditis, & non habita posses-
 sione: l. ab emptione ff. de pact. §. fin. Insti. quib.
 mod. tollitur oblig. in huiusmodi resignationi-
 bus ad certum effectum, mens Papæ eadem
 est, cum mente partium quia Papa adhæret
 illi voluntati, Rot. diuers. decis. 677. n. 5. p. 2. c.
 relatum c. significatum c. nisi essent de præb. c. acce-
 dens de concess. præb. nec alijs, quam nominatis
 consuevit conferre, Mohed. decis. 27. in fine hoc
 tit. & decis. 8. ante n. 1. de iurepat. arg. c. ex parte
 & ibi not. de cens. Bald. in l. quicumque n. 20. C.
 de seru. fugit.

7 Retrocessio ¶ duplex est, vera, supra de-
 finita; quam tenetur pensionarius accepta-

re, si pensionem soluens, qui succubuit in
 lite, super beneficio, propter bonum ius al-
 terius, retrocedere velit; quia pensio nulla
 fuit, ab initio; Put. decis. fin. de pens. arg. l. bouem
 §. aliquando ff. de edil. edict. l. 2. C. de rescind. ven-
 dit. altera præsumpta ex triennali possessio-
 ne, seu detentatione resignantis, Cresc. decis.
 21. de prob. lapus alleg. 89. num. 16. arg. c. sedes c. ex
 tenore de rescript. l. in fundo vers. neque ff. de rei
 vendic. post resignationem perfectam, Cres-
 cent. decis. 7. hoc tit. Paris. de resignat. lib. xj. q. 6.
 numer. 96. & seq. plures cumulans Caputaq. decis.
 25. & decis. seq. p. 1. irreuocabiliter; ne tanto tē-
 pore, dicatur sine titulo posse disse; secus si re-
 signatio erat reuocabilis, vt porrecta fuit
 supplicatio; & consensus fuit præstitus post
 triennium; quia interim durante triennio
 possedit iure proprio, quod ab eo per solam
 porrectionem supplicationis non fuerat ab-
 dicatum, Put. decis. 105. libr. 3. Paris. de resign. lib.
 xj. q. 6. num. 111. vers. bodie & num. seqq. quæ
 retrocessio præsumitur fauore successoris in
 beneficio, etiam si ex aduerso probetur,
 infectus titulus & illius vigore capta pos-
 sessio, dummodo non producat ab eo-
 dem, volente titulum iustificare; Mohed. de-
 cis. 15. num. 20. de caus. poss. §. & propriet. Crescent.
 d. decis. 21. Felin. in c. sunt num. 31. de re iud. l. 1. f.
 in l. 1. sub numer. 15. vers. 3. limita C. qui admitti
 & c. Crau. cons. 139. num. 44. Bell. decis. 387. Rot.
 diu. decis. 731. numer. 10. & facta sit ex aduerso
 diligentia, de repertienda prouisione præ-
 decessoris quæ non fuit inuenta; Put. decis.
 174. numer. 2. lib. 3. Cassad. decis. 4. nu. 5. de caus.
 poss. §. & propriet. & ex not. per Pan. in c. solliciti
 num. 13. de restit. spoliar. quia non tenetur
 iustificare titulum sui prædecessoris, qui
 stetit diu in possessione gratia publica vtili-
 tatis, alias in infinitum probandus esset titu-
 lus: Achil. decis. 14. & 19. num. 4. & seqq. & de-
 cis. 2. de probat. Cassad. decis. 23. & 4. de caus.
 posses-

possessorij & propriet. arg. l. cogi & c. de petit. ha-
red. & not. per Pan. in c. cum super in fine de caus.
possessorij & propriet. sed non præsumitur in
favorem resignantis, ex triennali possessio-
ne, contra resignatarium; Sarnen. in reg. de
triennali quæst. 24. quod ad effectum regulæ
de triennali, requiratur titulus præcedens,
& cum eo possessio triennalis continuata, a-
lias idem triennium induceret duo specia-
lia productio nem tituli, & exceptionem re-
gulæ contra l. 1. c. de dot. promiss. Sarnen. d. quæst.
24. Mandos. in addit. ad d. alleg. Lapi. 89. q. 21.
8 Omnia ¶ beneficia resignari possunt per
quosvis clericos ea obtinentes, vel ad ea ius
habentes, c. in præsentia c. ex transmissa hoc tit.
præter id ad cuius titulum, clericus sæcula-
ris est promotus, ad sacros ordines, nisi fa-
cta mentione, quod ad illius beneficij titu-
lum sit promotus, & constituto antè resigna-
tionis admissionem, quod aliundè vivere
possit; alias resignatio voluntaria nulla est;
c. 2. sess. 21. notatur in c. episcopus & c. tuis de præb.
Greg. xv. decis. 441. & vbi annot. quia non de-
cet eos, qui diuino ministerio adscripti
sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut
sordidum aliquem exercere quæstum, d. c. 2.
sess. 21. sed potest eo priuati ex dispositione
iuris, c. cum qui de præb. in 6. Rot. decis. 560. part.
2. in collect. per Farin. numer. 6. Carc. de benef. p.
2. cap. 5. §. 1. num. 219. & seqq. Beneficium pri-
mum dimittendum, iuxta decretum, in col-
latione alterius secundi beneficii apposi-
tum, dimitti debet libere, & sine vllâ pa-
ctioe vel conditione; & idè non satisfi-
decreto, dimittendi beneficium, per resigna-
tionem in fauorem, vel per permutatio-
nem; c. ex parte & ibi glo. in verbo omnino &
verbo libere de offic. deleg. Rot. decis. 8. de rerum per-
mut. in nou. & decis. 13. & 14. eod. tit. Gonzal. su-
per reg. Cancell. de mens. & c. glof. 15. numer. 128.
Monachus claustro non potest renunciare,

etiam medio iuramento, quia professio-
nem suam frangit, & propositum stabilita-
tis suæ euacuat, c. sicut ex luteris de iureiur. &
ibi Pan. notat. & Can. communiter. Beneficium
aut membra separata à beneficio, quæ ca-
dant sub consuetudine oprandi, possunt
resignari in fauorem, in manibus summi
Pontificis, & admissa resignatione cessat
optio. Paris. conf. 10. vol. 4. Caput. q. dec. 282. p.
2. Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 2. quæst. 20.
Resignationes factæ à clericis, captis & car-
ceratis per clericos, siue laicos, obtinentes
temporale dominium, donec sua resignent
beneficia, licet à resignantium ipsorum præ-
latis receptæ & rata habitæ fuerint, nullius
sunt firmitatis. Clemens. 2. de pæn. Franc. Marc.
decis. 1188. part. 1. Minor quatuordecim an-
notum, maior infante, potest beneficio suo
renunciare coram superiore causa cogni-
ta, & si per procuratorè velit resignare, de-
bet eadem solemnitate constituere procu-
ratorè, ad resignandum, coram superiore
causa cognita; c. fin. & ibi Can. de iudic. in 6.
Put. decis. 157. lib. 2. Electus seu promotus in
Episcopum, non potest resignare simplici-
ter, & multo minus in fauorem beneficii
antea obtenta, quia hæc per assecutionem
Episcopatus & consecrationem ipso iure
vacant, c. cum in cunctis §. cum vero & ibi
post gl. in verbo ad quem Can. de elect. Hored.
de benef. incompat. p. 1. c. 4. num. xj. & seq. Garc.
de benef. p. xj. c. 6. num. 34. & seqq. Obti-
nens dignitatem inferiorem, cui imminet
cura animarum, si eligatur ad consimilem,
non potest resignare primam, quia ipso
iure, habita confirmatione, & possessione
ne secundæ, vacat, c. dudum el. 2. de elect. c. de
multa de præb. Hoc idè in pluribus Eccle-
sijs parochialibus, ac personalibus non cu-
ratis, successiuè habitis obtinet, d. c. de multa
§. hoc idè & ibi Can. Pan. inc. extirpanda §.
quis

qui vero num. 27. 30. & 46. de *prab.* Imò quæcunque prouisiones & dispositiones de quibusuis beneficijs, quæ per promouendos, inter illorum vacationis & prouisionis tempora simpliciter vel ex causâ per mutationis resignari, vel alias dimitti contigerit, sunt cassæ & irritæ per regul. Cancell. de benef. vacant. per promotionem, quam fuisse explicat Paris. de resignat. benef. lib. 3. quæst. 6. mand. in d. reg. Cancell. de benef. vacant. per promotionem per sex quæstiones. Eadem ratione obtinens beneficium personale requirens residentiam, si tibi prouideatur de secundo curato, vel alio simpliciter, personale requirente residentiam, non potest primo obtentum resignare, quia hoc vacat ipso iure, post adeptam pacificam possessionem secundi; c. *litteras de concess. prab. c. quicumque siff. 7. Paris. de resignat. lib. 3. quæst. 1. numer. 50. & seq. Hored. de benef. incompat. p. 1. c. 17. & cap. 18.* præfati omnes possunt beneficia prius obtenta dimittere verbaliter, & realiter, *Extrauag. Iou. XXI. & ibi gl. in verbo verbaliter & glos. s. q. & verbo dimittere de prab. ad quod obligantur in foro conscientie, Pa. is. de resignat. benef. lib. 3. quæst. 1. numero 58. Hored. de benef. incompat. cap. 4. num. 10. & c. 13. num. 61. Pan. in c. extirpanda § quia veronumer. 24. de prab. & ibi Can.* Coram t̄ summo Pontifice debent fieri resignationes Episcopatum & superiorum dignitatum, ipso petitionem scripto dante ut liceat ei resignante, c. *sicut vir. in fin. versic. ceterum c. qualiter & c. quamuis sit triste 7. quæst. 1. ex iuris causis, c. 1. & c. ad supplicationem c. nisi hoc tit. c. inter corporalia de translat. gl. magist. in c. quod translatione de off. leg. contentis hoc versu, debilis, ignarus, male conscius, irregularis, quæ mala plebs odit, datus scandala, eede, re possit. d. c. nisi & ibi Can. hoc tit.* Quæ inter se differunt, si propter crimen, renunciatio

fuerit admissa, & renunciatio causa pœnitentiæ ad vitam regularem migrauerit, non potest reassumi in episcopatum, secus si renunciatio propter persecutionem, infirmitatem, defectum scientiæ, & per exercitium lectionis, scientiæ, repererit margaritam, simoniam, ipso ignotante, commissam, aut alias consimiles causas, c. *post translationem hoc tit. & ibi Can.* Item resignationes beneficiorum exemptorum, c. *fin. hoc tit. c. cum venerabili de consuet. c. quod in dubijs & ibi gl. 1. hoc tit.* quia ad quem spectat confirmatio, ad eum spectat resignationis admissio: c. *Abbas 18. quæst. 2. gl. in elem. 1. in verbo manibus hoc tit. & ibi Can.* Ac conditionales, siue in fauorem, c. *cum pridem de pact. late Boick. in c. veniens nu. 7. & 8. de tit. presbyt. de beneficijs obtentis, ut supra dictum est.* Resignatio t̄ coram Papa in fauorem siue consensu patroni laici, absque legitimâ derogatione iurisdictionis, patrono reclamante, intra tempus datum ad præsentandum est irrita; quia in hac resignatione in fauorem non potest patronus præsentare, quem vult, *Put. decis. 402. in 2. dub. lib. 1. Moh. d. decis. fin. vers. & ita alias sunt An. tum de renunc. Moh. d. de is. 8. de iure patron. Gare. de benef. part. xj. cap. 3. num. 16. & seq. & si resignans fuerit in dolo, aut culpa, patrono contradicente, non potest redire ad beneficium, sed potius patronus potest, ad illud præsentare tanquam vacans, per resignatione, *Gare. de benef. p. xj. cap. 3. num. 55. & seqq. ponens quotidiana exen. pla. Sarnens. de infir. resig. q. 17. num. 2. Paris. de resignat. lib. 1. q. 3. num. 17. & 18.* Quo ad beneficium simpliciter renunciari potest, sed non in fauorem, secundum Paris. de resignat. lib. 2. q. 23. per totam, cui repugnare videtur, *cap. ad audientiam, & ibi glos. in verbo renunciates, de rescript.* Ratio est, quia ius ad rem, non est tantæ potentie, ut possit, in alium trans-*

transferti. *c. quanto & ibi gl. 1.63. dist. & ibi Can. Sarnens. in reg. de triennali quæst. 35. & in reg. de iure quæsto non toll. q. 1. num. 29. vers. primus igitur.* Resignatio in fauorem, non comprehenditur sub dispositione generali loquente de vacatione, *Put. decis. 347. lib. 1. & decis. 511. lib. 2. Paris. de resignat. benef. lib. 10. q. 7. num. 14. & seq. aut resignatione, Gonzal. super reg. de mens. & alternat. gloss. 14. num. 6. & seq. Gregor. xv. decis. 159. num. 5. & ibi annot.* quando vniones aut alia gratiæ apostolicæ, siue gratiosæ concessiones factæ sunt, de beneficijs incertis, siuè de primo beneficio vacaturo: *Gab. cons. 199. num. 6. lib. 2. Franc. in c. 1. num. 6. post princip. de rer. permut. in 6. & ibi Can.* Sed quando factæ sunt, de certo beneficio, aut certis beneficijs & specificatis, tunc includunt etiam vacantia per resignationem in fauorem, ac permutationem; *Franc. in c. 1. num. 4. de rerum permut. & ibi Anch. in 4. not. Anch. in c. exhibita sub num. 21. vers. deinde quæro de rerum permut. Gab. cons. 199. num. 6. lib. 2. Garc. de benef. p. 11. cap. 4. num. 41. & seq.* Ratio diuersitatis est quia primo casu, ius ex gratiis competens non aufertur, sed differtur: secundo vero casu in totum annihilatur, *Staph. de lit. grat. tit. de varijs mod. vacat. §. in hac parte num. 15. & seq. & nu. 20. Franc. in c. 1. sub num. 6. de rerum permut. in 6. Cassad. decis. vnica num. 2. de rerum permut. Rot. decis. 3. de rer. permut. in antiq. Solet tamen summus Pontifex, quando præcedunt vniones, aut alia gratiæ Apostolicæ, super certo, aut certis beneficijs, admittere resignationem in fauorem, ac gratias pro ea vice suspendere, siue derogatione regulæ de iure quæsto, non tollendo, quia non fit præiudicium considerabile gratiis præcedentibus, potest enim fieri, quod resignatarius præmoriatur resignanti, *Put. decis. 347. lib. 1. Paris. de resign. benef. lib. 2. quæst. 9. num.**

8 & seq. Gregor. xv. dec. 159. numer. 6. & ibi annot. nulla vero facta mentione & suspensione homini, resignatio in fauorem, ac permutatio sunt nullæ, ac subreptitiæ, & non abdicant ius à resignante in fauorem, vel permuante, sed beneficia per eorum obitum vacant, ac tunc vniones, aliaque gratiæ sortiuntur effectum, *Rot. decis. 3. de rerum permut. in antiq. 10. And. in addit. ad specul. tit. de prab. in princip. vers. proponitur quæstio facti, Garc. de benef. p. 11. cap. 4. numer. 23. & 41. & seqq.* Reliquorum ¶ beneficiorum resignationes, quoad temporalia, & spiritualia, quia ista sunt coniuncta, vt vnum sine altero, dimitti non possit, *Innoc. in c. fin. in fine hoc tit. Zab. in clem. vnic. hoc tit. num. 17. & ibi Can.* debent fieri illi, à quo hæc recipiuntur, regulariter in manibus Episcopi, *c. admonet 6. lecta hoc tit. c. clericos 71. dist. Paris. de resign. lib. 7. q. 1. vbi ampl. & limit. Garc. de benef. p. 11. cap. 3. §. 3. num. 251. & seqq.* & non in manibus Vicarij, nisi ad hoc speciale habeat mandatum, *Staph. de lit. grat. tit. de var. mod. vacat. §. modo pro declaratione num. 19. & seqq. Cal. cons. 1. hoc tit. in quolibet mense, Gonzal. super reg. Cancell. de mens. & alternat. gloss. 14. num. 31.* ab istis clericis qui nullo mediante subsunt Episcopo, *c. cum & plantare §. in ecclesijs de priuileg. glo. in c. episcopus de loco 7. quæst. 1. c. admonet ibi ordinationem hoc tit. c. visis 16. quæst. 2.* de consensu eorum, quorum interest, *c. ad hac §. fin. de offic. Archid.* Resignatio beneficij iuris patronatus, sine consensu patroni, tenet; quia vnusquisque potest liberè resignare beneficium, quod obtinet, sine differentia, an sit iuris patronatus, vel non, *d. c. admonet. d. c. quod in dubijs Mohed. dec. 6. de iure pat. Calden. cons. 6. hoc tit. Garc. de benef. p. 11. c. 3. num. 12. & seqq. licet aliter sentiat Paris. de resign. benef. lib. 8. q. 10. in princip.* prouisio vero sine consensu patroni est inualida, seclufa resignatione,

natione, c. decernimus 16. *quest. septima Mohed. decis. 16. Cou. pract. quest. cap. 36. num. 9. vers. 9.* In renunciacione beneficij electi, requiritur consensus eligentium, alias annullatur, quando agunt de contemptu, *clm. vnic. & ibi gl. in verbo manibus hoc tit. Anch. in 3. not. Zab. numer. 18. & Can. communiter c. cum in ecclesia de prob. in 6. arg. c. quod sicut de elect. vel admisa resignatione, per eum, ad quem spectat confirmatio; electores, quia noua est vacatio, habent tempus integrum ad aliam electionem faciendam, c. si elect. in 6. & ibi gl. & DD. Boer. decis. 2. num. 17. in terminis resignationis in fauorem. Clerici quoque ecclesiarum, quæ pleno iure ad inferiores prælatos puta abbates & consimiles pertinent, illas sine illorum consensu, non debent dimittere. d. c. cum & plantare §. in ecclesiis, & ibi gl. in verbo pleno iure, & Can. & c. quoniam de priuileg.*

12 Litteris † ordinarij, narrantibus partes præsentis & resignationem coram ipso factam, creditur sine tabellione & testibus, quia ista pertinent ad officium narrantis; c. post cessionem & ibi gl. mag. & Can. de prob. c. Cura & ibi gl. i. xj. *quest. 3. Achil. decis. 9. de prob. Caput aq. decis. 87. p. 3. Garc. de benef. p. 2. cap. 4. num. 34. & seq. & num. 44. & 47. distinguit Rot. decis. 16. de probat. in antiq. non tamen in præiudicium, impetrantis apostolici de stylo Curia, propter præsumptam fraudem, siue calumniam, quæ timeretur, quia frequenter Episcoporum Cancellarij contra Apostolicos impetrantes anticipant datas, Rot. decis. 1. num. 2. & decis. 6. de prob. in nouis Crescent. decis. 13. de prob. Garc. de benef. part. 8. c. 4. n. 43.*

13 Ex † quibus constat, quod renunciatio Episcopi in manibus capituli, canonici in manibus confratrum, vel sui præpositi, aut in manibus notarij, laici siue clerici, non tenet, quoad ecclesiam & superiorem, quoad ipsum renunciantem tenet, ipse non potest

Summa in Decretales,

repetere Ecclesiam, c. eos. 7. *quest. 1. gloss. in c. quod in dubiis in verbo in manum laicam, hoc tit. & Innoc. ibidem & Can. quia talis renunciatio, habet in se, tacitum pactum, ne repetat, sicut inutilis acceptilatio; l. si vnus §. pen. ff. de pact. l. si acceptilatus ff. de accep. Ecclesia potest eum repetere, c. nõ oportet 7. *quest. 1. gl. fin in c. admonet h. t. & compellitur redire, per excommunicationem; c. si quis vero & c. seq. q. 1. non amittit ius in beneficio, imò remanet in eo intitutus, donec superioris admissio subsequatur; 17. *quest. 2. in summa & ibi gl. Innoc. in d. c. quod in dubiis, sub. num. 10. Rot. decis. 8. & decis. 14. num. 3. hoc tit. in antiq. Garc. de benef. p. xi. cap. 3. numer. 219. & 223. & seqq. & per rot. & si impetret aliud beneficium, antè admissionem superioris tenetur de beneficio taliter à se renunciato facere mentionem: Felin. in c. in nostra in 3. coroll. de rescript. Rot. decis. 14. hoc tit. in antiq. & decis. 4. hoc tit. in antiquior. Possessionem amittit, quia nihil habet spiritualitatis, & vinculi indissolubilis; gloss. in c. super hoc in verbo resignationis vers. ad hoc Innoc. in d. c. quod in dubiis sub num. 1. Zab. in clem. vnic. hoc tit. in 9. *quest. Garc. de benef. p. 11. c. 3. §. 3. num. 235. remanet in detentatione, & gesta ab eo, etiam si sint sacramentales absolutiones, tenent, Nau. cons. 1. de off. ordm. & spoliatus agit remedio recuperandæ, contra quemlibet spoliantem, præterquam contra ordinarium superiorem: Butr. in d. c. quod in dubiis Cassad. decis. 2. num. 2. in fine & num. 4. hoc tit. Rot. Bifign. decis. 3. & 4. hoc tit. Si superior infra sex menses, à die resignationis, in manibus non habentis potestatem admittendi, nulliter factæ, non conferat, vel resignantem ad beneficium redire compellat, deuoluitur potestas conferendi ad superiorem, Innoc. in d. c. admonet num. 2. Cassad. d. decis. 2. num. 6. in fine & 7. hoc tit. Rot. decis. 8. in ant. hoc tit. Rot. decis. 1. de elect. in antiquior. Quod si ad alium per-****

I

tinet

tinet electio, vel præsentatio in ecclesiâ, & ad alium institutio, & confirmatio, elector vel præsentator, non debet statim eligere; sed requirere debet prælatum, si ratam habeat renunciationem, tunc securè eligat; alioquin differat, quia elector, & præsentator, nunquam dicitur esse in morâ, quamdiu prælatus, ad quem pertinet institutio, vel confirmatio, non habeat ecclesiam provacante, Innoc. in d. c. admonet nu. 2. Rot. de i. f. 7. num. 5. de p. ab. in antiquior. Dare licentiam prælato ut dimittat ecclesiam, vel recipere renunciationem beneficij, est iurisdictionis, Oldrad. conf. 324. num. 5. cap. admonet hoc tit. contentiosa, unde extra diocesim, vel provinciam, & legationem, per Episcopum, vel legatum fieri non potest, c. si Abbatem & ibi Franc. num. 3. de elect. in 6. post gl. in verbo provincia & Can. Papa conferendo, vel novam provisionem dando resignatio, cum clausulis generalibus solitis, admittit huiusmodi resignationes: postquam liti C. de pact. & ibidem DD. Put. decis. 420. lib. 3. Auditor Rota coram quo lis pendet, admittit liti & causæ cessionem, non iuris renunciationem: Rot. decis. 3. in 6. hoc tit. in nov. Cassad. decis. 2. num. 7. de appell. Pan. in c. dudum el. 2. num. 17. de elect. Pan. in c. quod in dubijs sub num. 4. hoc tit. Is qui ius habet conferendi beneficia vacantia, per obitum, aut resignationem etiam in curiâ, non potest resignationem admittere, c. vnic. de cap. monach. in 6. clem. quia regulares de suppl. neglig. prælati in c. cum in illis de præb. in 6. quod ponit differentiam inter præsentationem collationem institutionem & electionem Rot. decis. 6. hoc tit. in nov. neque conferre resignata in curiâ in favorem certæ personæ, Put. decis. 177. lib. 3. Cassad. decis. 3. hoc tit. c. cum pridem de pact. c. ex parte 1. & ibi Pan. num. 4. & 34 Can. de offic. de leg. liti † querendo potest purè, & simpliciter renunciari, in mani-

bus inferiorum, etiam notarij laici, absque aliâ admisione superioris, sed nullum fit superiori præiudicium: c. si electio & ibi gl. in verbo renunciat de elect. in 6. & ibi Can. Crescent. decis. 1. & in 6. in præsentia hoc tit. Rot. decis. 16. hoc tit. in ant. Garc. de benef. p. xj. cap. 5. §. 3. num. 247. & seqq. Sub aliqua conditione vel modo, puta refusionis expensarum in manibus summi Pont. c. 4. de pact. & ibi gl. in verbo ill. c. taparronis, iuri in beneficio quaesito renunciari debet in manibus ordinarij. Innoc. in c. quod in dubijs hoc tit. Rot. decis. 14. hoc tit. in antiq. c. fin. de concess. præb. in 6. in princ. Per resignationem simplicem, siue puram, in manibus ordinarij, licet non contineatur, in eodem instrum. o, quod fuerit admissa, c. inter cetera & ibi gl. in fine & Can. de præb. c. quam periculosum 7. quest. 1. & ibi gl. Rot. in terminis decis. 4. de renunc. in nov. aut summi Pontificis, siue eadem expediatur in formâ gratuita, c. quod in dubijs hoc tit. cunct. not. per rit. in cle. fin. num. 10. & xj. de rescript. siue in forma dignum, Paris. de resign. lib. 10. quest. 3. num. 67. & seqq. Rot. decis. 33. de concess. præb. in ant. Garc. de benef. p. 2. c. 1. n. 130. & seqq. quia privatio fit ipso iure, d. c. quod in dubijs hoc tit. Butr. in c. sollicitudine num. 13. de restit. spoliat. Paris. lib. 1. de resign. benef. p. 5. num. 2. & seqq. c. ex transmissa hoc tit. amittitur titulus, & possessio civilis & naturalis, c. ex transmissa c. super hoc c. in præsentia hoc tit. l. 3. §. in amittenda & l. si quis in §. differentia ff. de acquir. possess. & ibi Alex. numer. 5. & Dd. communiter Rot. decis. 4. in novis & Butr. in c. veniens num. 26. & 27. hoc tit. Cassad. decis. 4. num. 3. & 10. de restit. spoliat. post consensum præstitum à resignante, Crescent. decis. 6. de iud. c. susceptum §. si duo & ibi gl. post gl. pen. Can. de rescript. in 6. super supplicatione, Stylo veteri, à sua sanctitate signata, registrata, Paris. de resignat. lib. 3. q. 6. numer. 84. Rot. divers. decis. 791. num. 15. & decis. 794. n. 2. p. 1. & relaxa-

relaxata, Gomez super reg. de iur. quasit. non toll. q. 20. in fine. & resignatarij ratificationem line acceptationem: Mohed. decis. 2. hoc tit. c. cum inter & c. seniore ibi recepta de elect. Pan. in c. cum pridem de pact. & ibi Can. supplicatio registrata continet admissionem resignationis, quam consensus resignantis, Rot. divers. decis. 446. num. 2. part. 1. & decis. 282. sub nu. 2. p. 2. l. si partem §. fin. ff. quemadmod. seruitus amittit. l. potior in pignore ff. qui potior in pign. habeatur arg. l. si indubitum §. fin. & ibi Bart. post gl. & melius Bart. in l. bonorum sub num. 1. ff. rem rasantem haberi. Perficiebat stylo veteri præstitus super supplicatione signata, Gomez. de infirm. resig. q. 18. per nos. per Archid. & Io. And. in proom. lib. 6. in verbo per apostolica scripta Rot. decis. 84. de rescript. in antiq. & non consensus præstitus super supplicatione datata parua data. Veruntamen tam de iure, quam de stylo, consensus formalis, de quo loquimur, inscribi potest tergo supplicationis originalis, porrigendæ in dataria, vt nunc mandauit sanctissimus Dominus noster Urbanus VIII. prout inscribitur dorso bullarum apostolicarum: quia consensus tam rei gerendæ, quam gestæ adhibetur. gloss. in c. edoceri circa finem & ibi Can. de rescript. Bart. in l. si autem plures ff. de acquir. vel amit. hered. las. in l. si qui mihi bona, §. iussim. num. 42. & seqq. vbi ponit duas limitationes ff. Cod. tit. c. fin. iuncta gloss. in verbo consensus 6. q. 1. Paris. de resig. lib. 8. quest. 8. citans decisiones Rota. Detentatio per simplicem resignationem non amittitur, nisi resignans sit absens à loco beneficij; l. 3. §. in amittenda ff. de acquir. poss. §. & ibi DD. post gl. l. peregre §. quibus ff. eod. Mohed. decis. 1. hoc tit. imò resignans post resignationem detinens, per se, vel per alium, vel de facto possidens beneficium, spoliatus agit spolio contra tertium; ac etiam contra ipsum resignatarium datur restitutio, & manu-

tentio, si dubitari contingit de validitate resignationis, antequam fuerit per resignatarium capta possessio: Rot. decis. 1. hoc tit. in nou. Rot. Farin. decis. 423. num. 2. plures decisiones referens part. 1. Si verò resignatarius reperitur in possessione, pendente lite super validitate resignationis, tunc non datur resignanti manutentio, aut restitutio, contra resignatarium; Innoc. in c. super hoc, hoc tit. Rot. decis. 1. hoc tit. in nou. & ibi addit. Mohed. decis. 1. Crescent. decis. 4. in fine Cassad. decis. 4. de restit. spoliat. In dubio post resignationem præsumitur vacua possessio, ciuilibus, naturalis, & detentatio, nisi ex aduerso probetur, quod resignans incumberet detentioni, iuribus supra allegatis & in terminis Mohed. dec. 20. circa finem de restit. spoliat. aut resignans alieno corpore possident, quo casu possessio non perditur, etiam in cessione libera, d. l. peregre §. quibus las. d. §. in amittenda nam 12. Mohed. decis. 4. sub n. 3. vers. & hoc procedit de except. Fructus naturales, & industriales à solo separati, vsque ad diem admittæ resignationis, debentur resignanti, gloss. in c. si propter in verbo primi anni de rescript. in 6. Franc. in c. presenti de offic. ordin. in 6. & ibi Can. Corset. sing. 49. in verbo clericus Couarr. vari. resol. lib. 1. cap. 15. n. 12. in fine Ferrer. conf. 206. etiam si bona essent locata, & dies solationis nondum venisset; quia satis est quod fructus, quorum causa solutio est facienda tempore prædicto essent collecti: Salic. in l. fructus numer. 3. vers. & probatur, ratione, cod. de act. & empt. Ferrer. conf. 15. num. 5. Fructus verò ciuiles, qui proueniunt ea re, nõ producente naturaliter fructus, Bart. in l. ex diuerso. n. 1. ff. de rei vend. l. si nauis ff. eod. tit. quorum dies solutionis tempore resignationis, nondum venit, pertinent ad resignatarium, prout pertinent fructus naturales & industriales, pendentes; Bart. in l. fin. §. fin. ff. de iure fisci Cal. conf. 2. de pecul. cleric. Couar. vari.

resol. lib. 1. cap. 10. num. 3. & seqq. *Tiraq. de re tract. conuent. §. 5. gloss. 4. Put. decis. 14. lib. 3. Rot. decis. 278. part. 2. in collect. per Farin.* quia ante diem nec cessit, nec venit, & resignans actionem orituram, quoad se, extinxit, abdicando à se, ius, & possessionem, per resignationem voluntariè factam, *Gabriel. conf. 192. in princ. libr. 1. & l. duortio ff. solut. matrim. & l. defuncta, ff. de usufruct.* Loquuntur in casu necessario mortis. Per resignationem conditionalem, resignans non amittit titulum, aut possessionem, nisi acquirantur resignatario perpetuo, & verificatis, seu purificatis conditionibus, *Pan. inc. cum pridem numero 11. de pact. post. glos. fin. & ibi Can. Caputaq. decis. 215. numero 3. p. 1. Put. decis. 242. lib. 2. & decis. 58. lib. 3. Paris. de resignat. benef. libro 1. quest. 3. per tot.* quia ius, quod alteri non queritur, à resignante non abdicatur, *l. nec vitalem ff. ex quibus caus. maiores & c. l. quia absentis ff. de acquir. possess. etiam si resignatarius acceperit possessionem de voluntate resignantis, cum sit possessio sine titulo, c. beneficium de reg. iur. in 6. Mohed. decis. 36. hoc tit.* Et resignans remanens in possessione, spoliatus agit remedio recuperandæ, *Achil. decis. 10. de rest. spoliat. arg. l. nec vitalem ff. ex quibus caus. maior. Innoc. in c. super hoc numero quarto hoc tit.* Etiam contra ipsum resignatarium; *Pan. in c. cum pridem sub numero 21. de pact. Innoc. in c. cum olim. de rest. spoliat. sub numero 1. & ibi Zab. Put. decis. 15. de rest. spoliat. Rot. decis. 542. numero quimo p. 2. in recollect. per Farinac.* Imò resignans potest traditam resignatario possessionem, ac purificatas conditiones, nullitate pensionis reseruata, & per plures annos perceptæ, detecta, agit spolio contra resignatarium; quia resignatio fuit conditionalis, & mutatio animi non præsumitur; *Put. decis. 140. lib. 1. Garc. de benef. p. xi. c. 3. numero 41. & seqq.* Neque enim intelligitur amissum beneficium, quod quæ-

litum alteri non est: & remedium recuperandæ ex officio iudicis, competit contra eum, qui debitum non soluit; *Innoc. in c. cum olim numero 1. vers. item hic Archid. de restit. spoliat. Rot. diuers. decis. 558. p. 3. lib. 3. Put. dec. 5. de rest. spoliat. facit fructus suos, l. necessario §. quod si pendente ff. de peric. & commod. rei vend. l. 2. & ibi gl. in verbo imperfecta & ibi DD. C. eolem. irrevocabiliter, si conditio deficiat; l. necessario §. quod si sub conditione ff. de peric. & commod. rei vend. Rom. sign. 544. beneficium vacat per eius obitum, Rot. diuers. decis. 419. part. 1. Paris. de resign. quest. 3. numero 47. & pluribus seqq. lib. xi. §. ex conditionalis instit. de verb. oblig. cum vulg. nisi resignans in fauorem, scilicet, nulliter renuncianit, aut eius dolo vel culpa pensio sit nulla, vel conditiones deficiant; Paris. de resignat. lib. 1. quest. 3. numero 71. & 118. Garc. de benef. p. xi. cap. 3. num. 35. & seqq. & numero 43. l. in iure civili & ibi gl. & DD. ff. de reg. iur. Si conditiones existant, & purificentur, tunc retrahuntur ad tempus præstiti consensus, & admittæ resignationis, & resignans fructus postea perceptos, restituit resignatario. *Gab. conf. 192. lib. 1. numero 3. & 4. Paris. de resignat. benef. p. 6. per tot. & numero 38.* Si quis renunciat duobus beneficium diuerso tempore, potior est, qui primo obtinet à superiore: quia ante admissionem resignationis à superiore, renunciatus non amittitur in beneficio renunciato, *Innoc. in c. quod in dubio sub numero 1. hoc tit. dictum est supra hoc tit.* Et is cui confertur, ius consequitur ex collatione superioris, & non extenuantibus cessione. *Franc. Marc. quest. 39. p. 2. susceptum de rescript. in 6. & ibi Can. Paris. de resignat. lib. 1. quest. 16. num. 40.**

In resignationibus non est licita pœnitentia: *Franc. late in c. secundo numero 6. hoc tit. in 6. c. quidam hoc tit.* In ijs, quæ fiunt in curia de beneficiis inferioribus, non consisto-

ria-

rialibus, *Paris. de resignat. libro tertio, quæst. 15. numero 67. & seq.* licita est pœnitentia, etiam post adeptam possessionem, & solutam compositionem datario, *Rot. diuers. decis. 458 in princ. & numero 6. part. 3. libro tertio, attestans de vsu curiæ Paris. de resignat. lib. primo, quæst. 12. per tot.* donec consensus sit extensus in libris cameræ, vel cancellariæ; quæ extensus tollit pœnitendi facultatem & operatur ut cum eo literæ apostolicæ possint expediri, *Rot. decis. 471. numero XI. p. 1. Put. decis. 34. libro primo, Paris. de resign. lib. 8. quæst. 7. numero 87. & seq.* trahiturque retro ad tempus datæ. *Mohed. decis. 15. Cassad. decis. 2. num. 8. & Crescent. decis. septima numero primo, hoc tit. Paris. de resign. libro secundo, quæst. tertia numero 42. & melius lib. 4. quæst. 8. num. 111. & seq. Bald. in el. prima & ibi Taul. de castro C. vt lit. pend. & c.* Reuocatio mandati si id sit generale, ad cedendum in manibus summi Pontificis, aut eius, qui possit recipere in curia, debet intimari in vtroque loco, cameræ & cancellariæ, & non alibi, *Achil. decis. 12. de procur. Cassad. d. decis. 2. numero 6. hoc tit. Paris. de resign. lib. 9. quæst. 26. per tot.* alias consensus procuratoris in loco in quo non est intimata reuocatio *Clem. I. de renunc. Casar. decis. secunda & latius decis. tertia numero primo, & seqq. de sent. excomm. valet si persona sit expressa in mandato, in cuius fauorem fieri debet cessio, sufficit, quod procuratoris reuocatio ipsi intimetur; gl. in d. Clem. I. in verbo faciendæ hoc tit. & ibi DD. Put. decis. 419. libro primo, Si quis per iustum metum constituit procuratorem ad cedendum, potest illum etiam ignorantem reuocare, tenebitque reuocatio, licet reuocationis notitia non peruenierit, ante reuocationem, ad ipsam procuratorem vel superiorem, *Clem. I. in verbo sponte & ibi gl. Pan. & Can. hoc tit.* Procurator potest consensus præstare, resignationi beneficij post*

mortem resignantis, quando fecit, resignante viuo, aliquem actum, videlicet porrexit supplicationem, acceptauit mandatum, alioquin tanquam expiratum re integra cessaret; *Instit. mand. S. item Cassad. decis. prima numero quarto Achil. decis. prima hoc tit. Paris. de resign. lib. 9. quæst. 24. per tot. vbi ampliat & limitat. de iure communi etiam post quatuor annos, nisi ultra lapsum temporis appareat de mutata voluntate: l. cum qui ff. de prob. l. sancinus C. de testam. Mohed. decis. 31. hoc tit. cont. Castr. cons. 12. vol. primo, de stylo curiæ, intra annum, iuxta bullam Alexandri VI. Paris. de resignat. benefic. lib. 9. quæst. 14. n. 39. & seq.* De eodem stylo curiæ consensus Cardinalis, in resignatione obtentorum beneficiorum, per subscriptionem Cardinalis, supplicationi porrextæ non est considerabilis, sed potest, Cardinalis quandoque pœnitere, donec præstiterit consensus formaliter per eedulam, coram notario cameræ vel cancellariæ: *Caputaq. decis. 217. p. prima Rot. diuers. decis. 215. numero 14. p. prima l. scripturas C. qui potior in pign. hab. Felin. in c. secundo sub numero 11. in fine & numero 12. de fid. instrumen. quia verbum consensus importat consensus verum, & expressum, Ias. plures quotas allegans in el. 2. S. voluntatem numero 6. & ibi DD. ff. solut. matrimo.* In iure ¶ cano- 16 nico non reperitur statutum, quod resignatio simplicium, aut maiorum beneficiorum sit publicanda, *c. tibi de rescript. in 6. in fine Collect. in c. vnico in fine vt ecclesiastica beneficia & c. Innocentius Papa VIII. consit. 13. Pius v. consit. 182. & alij summi pontifices sancierunt, resignationes beneficiorum fore publicandas, nouissime Gregorius XIII. consit. sua 87 præscripsit modum & formam publicandi beneficiorum resignationes, & iurium cessiones, quæ est in viridi obseruantia, adeo ¶ vt eius publicatio sit pars resigna- 17*

nationis, quando agitur ad canonizationem gratiæ resignationis, Innoc. in c. ex insinuatione numero 3. de procur. & ibi Can. Paris. de resignat. lib. xi. quæst. 14. numero 39. & seq. Garc. de benefic. p. II. c. tertio, §. 4. n. 305. & seqq. fundans le in resignationem debet probare resignationem, & probationem, non ex triennij possessione, a. Lapi 89. præsumptionibus, sed aliunde, & legitime, Rot. diuers. decis. 190. p. secunda Innoc. in c. ex insinuatione, sub num. 3. de procur. Paris. de resignat. benef. lib. xi. quæst. 6. numero 89. & 92. & seq. & quæst. 14. numero 39. & seqq. Habet locum etiam in renunciatione ex causa permutationis, Paris. de resignat. lib. II. quæst. 5. nu. 16. & 25. & seqq. monasteriorum consistorialium & electiuorum, Rot. diuers. decis. 189. numero secundo, p. secunda late Paris. de resignat. benef. lib. II. quæst. 3. ac aliorum beneficiorum regularium, Rot. diuers. decis. 739. numero 4. & 5. & decis. 772. numero 9. p. I. gloss. in Clem. 1. in verbo reuocari vers. & scias & ibi Zab in §. præmissa numero quarto, Vital. numero 9. Imol. 4.4. post med. vers. redeo ad gloss. Pan. numero 17. de suppl. neglig. prelat. Gonz. super reg. de mens. & alternat. gloss. §. 6. n. 32. & 33. ac in resignationibus beneficiorum de quibus fit collatio in forma, Rot. diuers. decis. 286. numero primo, p. secunda propter generalitatem & prægnantiam verborum constitutionis, & hospitalium: Gonz. super reg. de mens. & alternat. gloss. §. 4. numero 5. 19. & 28. circa reliqua inspiciendus est tenor, dictæ constitutionis, quam fuisse explicat Paris. de resignat. lib. II. per 14. quæstiones & Garc. de benefic. p. I. cap. 5. §. 4. de public. resignat. Restitutio aduersus lapsum temporis ad publicandum dabatur resignatario, viuo resignante, solentque signaturo absolute retribuere, atræto quod resignans vjuat, quia resignante viuo nullum iuserat alicui quæsitum, ex lapsu termini ad publicandum, cum ius remaneat

penes resignantem ex constitutione Pij V. de publicandis, ita quod nec ipsi pontifici, neque ordinario ius conferendi competeat: Rot. diuers. decis. 674. sub numero quarto, vers. mouit etiam dominos p. prima, & decis. 149. p. secunda Caput aq. decis. 86. p. tertia. hodie ex constitutione Gregorij XII. ob non factam a resignatario publicationem, abdicatur ius a resignante, annullatur resignatio, beneficiū ¶ est reseruatam sedi Apostolicæ, vacat, nunquam sub clausulis generalibus, aut vacationem modis conditionalibus comprehenditur, sed specialiter, & expresse ob non seruatum dictæ constitutionis formam, debet impetrari dispositiue, cum declaratione nominum, & cognominum, resignantis, & gratiam habentis, Constit. Gregorij XII. §. quod si quidquam & §. illorum vero impetrationes late Flam. Paris. de resignat. benef. lib. II. per tot. & præcipue quæst. 7. & duodecima Gonz. super reg. de mens. & alternat. nu. 85. & ibi 86. & negatiua non facta publicationis incumbit impetranti; Greg. xv. decis. 210. Garc. de benefic. p. II. cap. 3. §. 4. numero 330. & seqq. Greg. xv. decis. 288. & ibi annot.

De supplenda negligentia prælatorum.

Titulus X.

S V M M A R I A.

- 1 Negligentia definitio.
- 2 Negligentia deprehenditur in prelato lapsu temporis, trina monitione, ipso facto.
- 3 Præbenda, seu alia qualibet beneficia, dignitates & personatus qua in numeratis ecclesiis vacare contingit conferri debet intra sex menses.
- 4 Dicitur sex mensibus elapsis quomodo fiat deuolutio in Cathedrali ecclesia.
- 5 Regulari ecclesia.
- 6 Collegiata ecclesia.

7 In ecclesia & beneficio in quo competit, non collatio, sed electio, seu presentatio.

8 In eul. fia exempla.

9 Papa, deputato ab eo executori, legato à latere, ac nuncio nullum est praefixum tempus ad conferendum.

10 Deuolutio tantum habet locum in beneficiis vacantibus de iure & de facto.

11 In receptiuis ecclesiis vacatio Canoniatuum non est possibilis.

12 Vacationis scientia vel ignorantia in ordinario an sit praesumenda.

IN praelaturis saepius res negligenter aguntur, c. ante omnia 40. dist. & neglecta supplenda ac omissa instauranda sunt, ideo subnectit, de supplenda negligentia, &c.

1 quae est eius, quod fieri potuit & debuit commissio: c. negligere secunda quaest. septima & ibi gloss. c. primo, & secundo 84. dist. c. cum simus 9. quaest. 3. Nota ex hac rubrica, quod Praelati nedum tenentur de dolo, de lata culpa, & leui, sed etiam negligentia, id est culpa leuissima, clem. 1. in fine de vit. & honest. cleric. clem. prima, de offic. ordin. c. licet belli in princ. de simon. c. irrefragabili de offic. ordin. c. si quis per capillum §. si quis autem 22. quaest. 1. c. placuit. 11. quaest. tertia, quid autem sit dolus, culpa lata, leuis & leuissima, tradit Bart. in repetit. l. quod Nerua ff. de depos. & Bened. Capra conclus. 78.

2 Negligentia est deprehenditur in praelato lapsu temporis, c. licet hoc tit. trinâ monitione, c. primo, hoc tit. ipso facto, c. secundo, hoc tit.

3 Praebendae seu alia quaelibet beneficia, etiam dignitates & personatus, quae in ecclesijs numeratis, c. ex parte de concess. praeb. & ibi gl. in verbo distincta & Canon. vacante contingit, conferri debent infra sex menses, c. nulla §. pen. & fin. de concess. praeb. c. licet hoc tit. stem. prima hoc tit. c. dilectus de concess. praeb. Garc. de benef. p. 10. c. secundo numero primo,

& per tot. viles, c. quia diuersitatem vers. tempus circ. fin. de Concess. praebend. non à die vacationis, sed à die scientiae vacationis, d. c. licet c. quia diuersitatem de concess. praeb. gl. in c. nulla in verbo intra sex menses eod. not. in d. c. de multa de praeb. Garc. de benef. p. 10. cap. secundo numero 15. & 20 & 27. vel à tempore, quo scire potuit ac debuit; Rot. decis. 7. de praeb. in antiquior. propter verbum negligere positum in d. c. licet. & l. fin. in princ. ff. quis ord. in honor. possess. seruet. Rot. diuers. decis. 481 part. 1. nec non à die scientiae commissi criminis, quod inducit priuationem ipso iure; Lap. alleg. 78. n. 12. ad quartam quaestionem & ibi ad d. Lambert. de iurepat. 2. part. secundo lib. quaest. prima, art. 20. computandos: qui non errant suspensio, aut legitime impedito, c. quia diuersitatem de concess. praeb. gloss. 2. in c. secundo, eodem & ibi Can. siue fuerit impedimentum iuris, siue facti, Pan. in d. c. quia diuersitatem numero tertio, & ibi Innoc. & Can. Garc. de benef. part. 10. c. secundo numero 16. & seqq. vel excommunicato, Guffr. in summ. tit. de praeb. sub numero 5. excepto, quod abbate, vel priore proprium abbatem non habente, in casu Clem. 1. §. si quis autem de statu monach. suspensio à collatione beneficiorum, eadem deuoluitur, ad priorem claustralem cum concilio & assensu conuentus, vel maioris partis ipsius; Clem. prima §. si quis autem de stat. monach. & quando ad episcopum, & capitulum communiter, pertinet collatio, episcopo à collatione suspensio, capitulum vacantes confert praebendas; idem potest episcopus, si capitulum, ab ipsa collatione, suspendi contingat, vel singulariter omnes de capitulo, maioris excommunicationis vinculo innodati, c. vnico ne sede vacante in 6. Dictis §. sex mensibus elapsis in Cathedrali ecclesia si episcopus, vbi ad eum iure proprio (nā in deuolutis, in capitulum non supplet negligentiam episcopi sed immediatus

super

superior, Innoc. in c. cum in cunctis super verbo per capitulum de elect. Archid. in c. primo ne sede vacant. & c. super verbo intrromittere in 6. Ioan. And. in c. quanquam de elect. in 6. Felin. in c. irrefragabili sub numero 3. de offic. ordin. Abb. antiq. in c. ne pro defectu in princ.) prouisio spectat, conferre distulerit, aut contulerit indignis, seu inhabilibus & incapacibus, c. cum in cunctis §. fin. & ibi Can. de elect. c. si compromissarius eod. tit. in 6. Garc. de benef. part. 10. cap. tertio numero secundo & seqq. ad capitulum illa deuoluitur; quod succedit in potestate conferendi episcopo priuato, propter negligentiam, c. quia diuersitatem & ibi Bur. numero 8. & 17. Pan. & Can. communiter de concess. prab. quod si ad capitulum pertinuerint, & intra præscriptum terminum, hoc non fecerit, ad episcopum, cum consilio virorum religiosorum; & si omnes neglexerint, ad metropolitanum, absque illorum contradictione, pro ea vice, ipso iure potestas conferendi deuoluitur. c. nulla in fine de concess. prab. c. cum in cunctis §. fin. in fine de elect. c. de multa §. 15. quæque de prab. c. secundo, hoc tit. Dantur Archiepiscopo tantum sex menses, etiam si sit legatus natus. c. licet hoc tit. Rot. decis. prima hoc tit. in nou. Quando simul & communiter ad episcopum, ut prælatum, & capitulum spectat, beneficiorum collatio, & intra tempus præscriptum circa hoc negligentes extiterint; lapsu temporis, quia deuolutiones fiunt gradatim, & Episcopi ac capituli vnus est gradus, non transibit de vno ad alium, sed ad proximum superiorem: c. fin. hoc tit. c. postulasti de concess. prabend. c. à collatione de appell. in 6. cum in ecclesia de prab. in 6. c. 1. ne sede vacante & c. in 6. glo. mag. in c. irrefragabili in verbo capitulum de offic. ordin. nisi forte Episcopus, non ut prælatus (quod in dubio præsumitur, gl. inc. à collatione, in verbo prælatus de appell. in 6. Anchar. in d. c. postulasti num. 3. & ibi

10. And. num. 2. vel recurrendum est ad coniecturas, Pan. in d. c. postulasti n. 8.) sed ut canonicus cum capitulo habeat ius conferendi, & hoc casu cum dolose impederit, dolus Episcopo suffragari non debet, d. c. postulasti in fine d. c. à collatione. sed tempus sex mensium, aut non currit, vel si currat, restituendum est capitulo, quando propter dolum Episcopi, non potuerunt eligere: ut quia eos excommunicauit, suspendit, procurauit singulorum absentiam, c. quia diuersitatem de concess. prab. gl. fin. in d. c. postulasti, si potuerunt eligere, sed non elegerunt dolo Episcopi, semestre currit, potestas conferendi non restituitur capitulo, neque deuoluitur ad episcopum, sed ad superiorem proximum, c. cum dilectus de his qua vi mut. caus. & c. Pan. in d. c. postulasti nu. 15. & ibi Anchar. num. 6. cum fraus & dolus Episcopo patrocinati non debeant, c. sedes C. ex tenore de rescript. c. ex litteris de dol. & contum. c. dictum est, 30. q. 1. & in dubio dolosus à beneficio iuris vel hominis, semper intelligatur exclusus, l. 4. §. fin. ff. de cond. ob turp. caus. l. lucius §. lucius titius Damam ff. de leg. 2. Quod si Episcopus & capitulum, ius conferendi sibi competens, diuiserint per turnos, & capitulum in tuo turno non confert infra tempus à iure statutum, aut confert indigno, non fit deuolutio ad Episcopum, quia par est collator cum capitulo, sed ad superiorem; quia ista diuisio non mutat ius deuolutionis: Garc. de benef. p. 10. cap. 3. num. 35. Idem obtinet, quando canonicus, cui in turno capituli, ex ordine ipsius, prouisio competit, non prouidet infra tempus, Garc. de benef. part. 10. cap. 3. num. 36. Sed si iste canonicus prouideret indigno, prouisio infra semestre reuerteretur ad ipsum capitulum, c. si compromissarius de elect. in 6. neque isto casu capitulum haberet nouum semestre, quia committentes, & com-

miss-

missarius non debent habere nisi vnum termini terminum, *Garc. de benef. part. 10. c. 3. num. 37. & 39. vbi refert decisionem rotalem.*

5 Abbatibus vel praelatis alicuius ecclesie regularis negligenter conferre beneficia, vbi ad eos spectat dispositio, & non sunt de mensa praelatorum, sed speciales rectorum habent consueuerunt, etiam manuales, *Clem. vni. §. pramissa & ibi gloss. in verbo reuocari Zab. numero 4. Vital. nu. 8. hoc tit. Gonzal. super reg. Cancell. de mens. & alt. glo. 1. §. 6. numero 55. non deuoluitur collatio ad conuentum, sed ad superiorem diocesenum; qui in non exemptis, siue in exemptis immediatè subiectis, secus si mediatè, Zab. in clem. 1. num. 6. hoc tit. auctoritate apostolica negligentiam supplet eorundem; prioratus, administrationes, & beneficia huiusmodi, illa, quæ consueuerunt, per seculares clericos gubernari, clericis secularibus, illa verò, quæ religiosi duntaxat committi sunt solita, vel conferri, religiosus monasteriorum, quorum praelati negligentes fuerint, conferendo, *Clem. 1. hoc tit. Rot. decis. vni. hoc tit. in antiq. & decis. 1. in antiquior. c. cum singula §. perhibemus in fine & ibi Can. notant de prab. in 6. quia deuolutio fit cum onere, & qualitatibus requisitis in primâ prouisione Felin. in c. cum accessissent num. 18. de constit. Roch. de iurepat. in verbo honorifici q. 3. Lambert. 3. part. 2. lib. quast. 7. Rebuff. in praxi prima part. tit. de deuol. num. 40. Sed et si abbas officia claustrum negligat ordinare, tunc infra sex menses, Episcopus quoque ordinabit, *cap. 1. 18. q. 2. Abb. antiq. in c. ne pro defectu circa fin. de elect. Idè ¶ obtinet in praelatis ecclesiarum collegiatarum secularium negligentibus conferre beneficia, quæ non sunt de mensa, spectantia ad eorum dispositionem, vt non fiat deuolutio, ad capitulum siue collegium, sed ad superiorem diocesenum: Rot. d. decis. vni. c. d.***

Summa in Decretales.

*decis. 1. eod. tit. in antiquior. Zab. in clem. si beneficio num. 7. quast. 9. de prab. Sed in ijs non habet locum d. Clem. 1. in quantum præiudicat exemptionibus: gloss. 1. in clem. 1. hoc tit. communiter approbata. Si verò ad collegium vel conuentum sine praelato spectaret collatio, aut dispositio, c. fin. de regul. in 6. primo ad praelatum, & demum ad diocesenum, deuolueretur potestas; gloss. in clem. 1. hoc tit. in verbo praelati & ibi Pan. & Imol. Zab. sub numero 5. vers. secundo quæro Vitalin. num. 8. hoc tit. quia negligentia inferioris deuoluit ius ad immediatum superiorem, sed nunquam ad parem vel inferiorem, nisi in casibus in iure expressis. Quod ¶ si beneficia non spectant ad dispositionem, id est collationem, vel provisionem, sed tantum ad præsentationem, vel electionem ipsorum, tunc eis negligentibus ad instituentem vel confirmantem deuolueretur potestas, siue sit diocesanus, siue alius sit, *gl. in d. c. 1. in verbo dispositionem & ibi Pan. numero 3. Vital. nu. 24. Zab. in 1. oppos. & num. 9. vers. sexto quæro las. in c. cum in cunctis §. fin. sub numer. 6. vers. quod autem prædixi de elect. Vltimo negligentibus omnibus, deuoluitur dispositio, in non exemptis, ad summum Pontificem, c. litteras de concess. prab. c. licet hoc tit. clem. si beneficio & ibi gl. fin. de prab. & Can. in quibus non est necessaria mentio de iure patronatus laicorum, & clausula eis derogatoria ponitur ad cautelam, *Cassad. decis. 3. vt lit. pend. & c. arg. l. testamentum C. de testam. & ibi gl. fin. aut expressio mensis, iuxta reg. Cancell. Gonzal. super Cancell. de mens. & alternat. gloss. 32. num. 62. Beneficia deuoluta censentur vacare in partibus, vbi prius vacabant, & in curiâ, *Rot. decis. 32. de concess. prab. in antiq. Si exemptus ¶ immediatè Papæ subiectus, sit negligens, in conferendo, non fit deuolutio ad ordinarium, sed ad Papam, c. graue & ibi Pan. num.****

K

num.

num. 3. de offic. ordin. Si exemptus habet superiorem citrà Papam, de iure communi supplicio pertinet ad illum, & sic fiet deuolutio per gradus ad Papam, Zab. in clem. 1. num. 6. hoc tit. quic. litteras, hoc tit. & ibi Pan. num. 3. Deuolutio ad Papam non probatur, nisi constet de lapsu temporis præfixi, gradatim superiori Episcopo, Archiepiscopo, de quo non potest constare, nisi probetur eorum scientia, & contra impetransem à Papa per deuolutionem, iuxta Lateranensis Concilij statuta, potest Archiepiscopus allegare suam ignorantiam, Pan. in c. ex parte num. 13. de concess. præb. & ibi Can. late Garc. de benef. part. 10. c. 3. n. 10. & seqq. vsque ad finem. attento etiam Stylo datariæ, quæ supplicationi apponit clauisulam, & detur deuolutio dispositiuè, in litteris; Caputaq. decis. 253. p. 1. Crescent. decis. 15. & Cassad. decis. 5. de præb. Garc. de benef. part. 10. cap. 3. num. 16. & seqq. nam summus Pontifex potest conferre deuoluta duobus modis, vel postquam ad eum deuoluta sunt, omnibus inferioribus in statutis temporibus, ad conferendum, negligentibus iuxta iam dicta, vel alio modo Papa beneficia deuoluta ad inferiores confert, ratione concursus, ex tunc sufficit probare negligentiam inferioris, Gonzal. super regul. de mens. & alternat. §. 3. proem. numer. 3. & seqq. & §. 4. proem. numer. 88. Mand. in regul. de annuali quæst. 19. num. 6. & seqq. Pan. in c. quia diuersitatem num. 5. & Can. de concess. præb. Collatio facta à secundo collatore, verbi gratia Archiepiscopo, ante factam deuolutionem, non valet, cum antea is non habeat facultatem conferendi, nec reualescit, etiam si primus non conferat infra tempus dicti concilij Lateranensis, Felin. in c. cum ex officij nu. 37. de præscript. Rebuff. in praxi part. 1. tit. de deuolut. num. 432. add. ad decis. Rot. 10. de iurepat. in antiqu. per vndecim rationes, Collatio

de beneficio, post lapsum sex mensium, facta ab inferiore ad quem spectabat, non valet; d. c. licet & ibi Pan. num. 2. d. c. litteras hoc tit. & c. fin. hoc tit. quia mora non purgatur, vbi facta est executio à iure c. licet canon & ibi gl. in verbo priuatus in princ. de elect. in 6. & per lapsum dici mora impurgabilis, committitur, l. magnam C. de contrah. & commis. stipul. Nullum est præfixum tempus ad conferendum summo Pontifici beneficia reseruata, nisi prout est in iure expressum, c. statutum & ibi Franc. num. 6. & c. si apostolica de præb. in 6. neque etiam executori à Papa deputato, d. clem. si de beneficio & ibi glos. in verbo Episcopi qua excipit duos casus, aut legato à latere, Zab. in clem. si de beneficio in 5. quæst. de præb. Put. decis. 258. lib. 2. Mohed. decis. 3. de off. de eleg. Gundu. Villad. in tract. de legato q. 9. vers. sed illud semestre Garc. de benef. p. 5. c. 3. numer. 22. & seqq. seu nuncio apostolico, cui est specialiter data facultas conferendi; Garc. de benef. p. 5. cap. 3. §. 1. in fine. Legatus de latere concurret cum ordinario in conferendo beneficia vacantia, & ad eius collationem spectantia iure proprio: c. 1. c. 3. & 4. de offic. leg. in 6. nulloquam in iure cautum est, quod legatus à latere concurret, vel succedat, in beneficijs ad Episcopum spectantibus, iure deuoluto; Rot. decis. 1. hoc tit. in nou. sub numero 1. & in addit. num. 7. & seqq. Archid. in c. 1. numer. 2. in fine & 1. 3. ne sed. vacant. in 6. 10. And. in c. quanquam de elect. in 6. sed deuolutione facta, ad Papam, legatus concurret cum Papa, glo. fin. in c. 1. de off. leg. in 6. & ibi Can. c. pen. de præb. & ibi DD.

Deuolutio est iuxta concilium Lateranense locum habet tantum in beneficijs vacantibus de iure & de facto, Ioannes Andreas in c. cum nostris. n. 5. & 7. & ibi Host. numero tertio, de concess. præb. In receptiuis est ecclesijs, siue non numeratis, vacatio præbenda-

rum

rum aut canonicatum possibilis non est, & idè in eis non fit deuolutio, c. ex parte de concess. prab. sed immediatus superior, quando suppetunt ecclesiæ facultates, non potest mandare, ei ad quem pertinet receptio, vt certas personas recipiat; quia collatio & receptio debent esse libera, c. relatum c. inter cetera de prab. Lap. alleg. 31. nume. secundo, sed statuit ei terminum intra quem ecclesiæ prouideat, quo elapso ipse prouidebit. Pan. in d. c. ex parte numero 15. Bell. in c. luminoso 18. quæst. 2. Capitulum non succedit in potestate conferendi quandò episcopus ea priuatur propter delictum, aut culpam, sed spectat collatio ad Summum Pontificem, c. quia diuersitatem §. sic tamen versic. non tamen & ibi post gloss. in verbo præter eius Butr. num. 8. Pan. numero quarto, & Cano. de concess. praben. c. primo hoc tit. in 6. & ibi gloss. pen. Franc. numero tertio, & 12. Canon. In præsumenda scientia, vel ignorantia vacationis beneficij, in ordinario, qui habet conferre, consideranda sunt qualitas beneficiorum, distantia locorum, fama loci, Clem. vnic. §. fin. de concess. prab. quæ debet esse certa, quia vt dictum est iura ponderant negligentiam, Achil. decis. vnica hoc tit. c. licet in verbo neglexerunt hoc tit. Garc. de benef. part. 10. c. 2. num. 30 & seqq. lapsus temporis longi à die vacationis beneficij, de iure & de facto, & nemo erat in possessione illius saltem colorate: c. vnico §. porro vt eccles. benef. sine & c. Ioannes Andr. in c. ex parte num. 2. de concess. prab. & ibi Pan. numer. 13. & Can. communiter Pan. in c. quia diuersitatem numer. 7. de concess. prab. & ibi Can. Roman. cons. 481. numer. 4. Ex his Rota decidit, quod patrono laico, nõ præsentante intrà quadrimestre, Episcopo statim tempus currat, ab vltimâ die quadrimestris, & non à die notitiæ: Rot. dec. 6. de iurepat. in nou. 1. mol. in clem. vnica num. 23. de suppl. neglig. prelat. & si aliquis reliquaerit

beneficium in manibus priuati, currat Episcopo tempus à die huiusmodi renunciationis, etiam antè eius ratificationem: Rot. decis. 1. de elect. in antiquior. 1. mol. in d. clem. vnica n. 23. rationem allegat in d. decis. 6. de iurepat. in nou. quia quilibet Episcopus tenetur semel in anno, iure decretalium, c. regenda c. decreuimus c. episcopum & c. seqq. 10. quæst. 1. c. cum venerabilis c. cum secundum de cens. c. si episcopus de offic. ordin. in 6. Et ex decretis Conc. Trid. c. patriarcha & c. qua alias sess. 24. cap. quarto sess. 6. c. 8. sess. 7. cap. 8. sess. xxj. Per se vel alium suam dioccesim visitare, & indagare, quomodo beneficia regantur, an sint plena & canonicè teneantur: Idem dicunt Domini de Rota d. decis. 6. in archiepiscopo, qui singulis annis iure decretalium debet celebrare, concilium prouinciale, cum suis suffraganeis, & statuere personas idoneas ad inuestigandum sollicitè, quæ sunt correctione, & reformatione digna, & referenda in proximo concilio: c. sopite de cens. c. sicut de accus. c. graue de prab. Pan. in c. ex parte athenensis nu. 13. de concess. prab. quod non puto nunc posse obtinere, quia ex decretis Concilij Trid. prouincialia concilia celebrantur quolibet saltem triennio, c. prouincialia sess. 24. & metropolitano non liceat visitare cathedrales ecclesias, aut dioceses suorum comprouincialium, nisi causa cognita & probata in concilio prouinciali. d. c. patriarcha sess. 24. Statur autem iuramento episcopi dicentis se ignorasse vacationem beneficij, quod dicitur deuolutum per suam negligentiam: Hostien. in c. pastoralis in fine de except. Rot. decis. 10. de prob. in antiq. Pan. in cap. quia diuersitatem numero septimo & in c. ex parte num. 1. de concess. prab.

De temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.

Titulus XI.

S V M M A R I A.

- 1 Ordinis sacri definitio.
- 2 Ordinum alij sunt minores, alij maiores.
- 3 Ordini episcopali reservata enumerantur.
- 4 Sanctorum ordinum functiones à Diaconatu ad Ostiariatum, non nisi per constitutos in dictis ordinibus, pralati exerceri curent.
- 5 Sacros ordines quinam conferant, & in quo loco.
- 6 Minores ordines quinam conferant.
- 7 Inferioribus prohibetur ordinari à Papa promotio ad superiores ordines sine eius licentia, & Religiosi contra voluntatem Pralati.
- 8 Ordines quibus diebus sint conferendi.
- 9 Interstitia in collatione ordinum qua sint servanda.
- 10 Ordinari ad sacrum ordinem, & conferendis eundem extra statuta tempora pœna.
- 11 Titulus non est assignandus in promotione ad minores, sed ad maiores ordines, ac pœna ordinari, & ordinantis sine titulo.
- 12 Ætas requisita in susceptione ordinum.
- 13 Ordinari ante legitimam aetatem, & ordinantis pœna.
- 14 Crimina qua repellunt à susceptione ordinum.
- 15 Episcopus super omnibus irregularitatibus & suspensionibus, ex delicto occulto provenientibus dispensat, excepta ea qua oritur ex homicidio voluntario, & alijs deductis ad forum contentiosum.
- 16 Clerico, cui ascensus ad sacros ordines à suo pralato est interdictus, aut suspensus à suis gradibus & dignitatibus nulla suffragatur licentia, aut restitutio contra pralati voluntatem.
- 17 Ordinum collatio debet esse gratuita.

PRALATI conferunt ordines clericis, dictaque ordinatio fieri debet certis tem-

poribus, & cum scrutinio, ideo subiungitur titulus de temporibus ordinationum, &c. Ordo est Sacramentum ecclesiæ, cuius character, per manus impositionem pralati, secundum formam ecclesiæ, cooperante Spiritu Sancto, imprimitur ordinato, ut in certis officiis valeat administrare: c. *fin. de sacram. non reiter.* & ibi Pan. num. 2. & 3. c. *presbyter & c. seqq. 23. dist. in quibus traditur forma conferendi singulos ordines maiores & minores gl. 1. in summa 32. dist. & c. sed nunquid.* Manus impositio est duplex, consecratoria, & ordinatoria. c. *quia & ibi gloss. 1. 5. quest. 6. c. subdiaconus & ibi gl. pen. & fin. 23. dist.* Ordinum 2 alij sunt minores, psalmistatus, siue prima tonsura, c. *cum contingat de at. qualis. & ord. praf. & ibi Hostien. numer. 3. Pan. sub num. 1. Rot. decis. 731. num. 5. p. 1. late Lopus alleg. 138. num. xj. & seqq. Gabriel conf. 181. num. 3. & seqq. vol. 2. hostiatus, lectoratus, exorcistatus, acolytatus; maiores siue sacri sunt, subdiaconatus, diaconatus, presbyteratus, & secundum canonistas episcopatus, c. *quoties de purgat. Can. cap. 1. & ibi gl. pen. 32. dist. qua plures quotas allegat late Imol. in clem. in plerisque num. 18. de elect. & ibi Can. Pan. in c. transmissam numero tertio de elect. dicit episcopatum esse ordinem Zab. in clem. vs. hi qui in 7. quest. de at. & qualis. praf. Zab. in clem. in plerisque quest. 11. de elect. qui habent annexum tacitum votum continentie; gl. in c. cum olim in verbo votum in fine de cleric. conjug. c. aliter dist. 31. & dist. 32. in summa & ibi gl. & c. 1. & seqq. Et officium ad vnumquemque ordinem pertinens, habes in c. 1. 25. dist. & per totam. Infra scripta sunt ordinis episcopalis, quæ de iure communi non debent recipi ab alio, quam suo episcopo, presbyterorum, Diaconorum, & virginum consecratorum, constitutio & consecratorum ecclesiarum & altarium, c. *quamuis 68. dist. consecratorum calicis, Zab. in clem. 2. 5. statutus***

tuimus quest. 9. de stat. Monach. c. comperimus 14. question. 6. Franc. in c. Abbates, circa fin. de priuil. in 6. & ibi Can. Syluest. in verb. benedictio. num. 3. 4. & seqq. patinæ, Ioannes Andr. in c. 1. sub num. 4. de pignor. corporalium c. consulto. de consecrat. dist. 1. chrismatis consecratio, confirmatio baptizati, reconciliatio publici pœnitentis in missa, concessio formatarum epistolarum. c. quamuis 68. dist. consecratio olei sancti, c. veniens §. chrisma de prescript. benedictio solemnis plebis, c. ministrare 26. quest. 6. reconciliatio Ecclesiarum & aquæ pro eius reconciliatio benedictio: c. aqua de consec. eccles. vel alt. concessio indulgentiarum est mixtæ potestatis, & partim accedit ad ordinem episcopalem, & partim ad iurisdictionem. 10. And. in c. accedentibus numero 2. de excess. pralat. Præcipit Synodus Tridentina Prælati ecclesiarum, ut † functiones sanctorum ordinum à diaconatu ad ostiariatum, non nisi per constitutos in diebus ordinibus exerceri curent, easque aliquamdiu intermissas restituant, in ecclesijs cathedralibus, collegiatis, & parochialibus suæ Diœcesis, & eas exercentibus stipendia assignent: quod si ministerijs quatuor minorum exercendis, clerici cælibes præsto non fuerint, suffici possunt, ad ea obeunda, etiam coniugati, dummodo non bigami, qui tonsuram & habitum clericalem in ecclesia gestent, ne ab hæreticis, tanquam otiosæ traducantur. c. vt sanctorum sess. 23. Sacros † ordines conferunt episcopi, & superiores, per se ipsos, in ecclesia cathedrali, publice, vocatis canonicis: c. ordinationes sess. 23. c. ordinationes 2. & ibi gl. fin. & c. fin. 25. dist. Si in alio diœcesis loco, præsentè clero loci, in digniori ecclesia: d. c. ordinar. in fin. princ. sess. 23.

6 Minores ordines, tibi & quando voluerint. c. fin. 69. & c. quando 75. dist. c. 3. hoc tit. primam tonsuram laico subdito, etiam in a-

liena diœcesi, quia collatio tonsuræ est voluntariæ iurisdictionis: Albert. in l. emancipari sub num. 1. ff. de emancip. Barb. in c. nouis de off. leg. Rebuff. in praxi p. 1. tit. de cleric. à quibus & quomodo creentur num. 12. impediti olim dabant licentiam, c. 2. & 3. hoc tit. in 6. hodie, subditos suos non aliter, quam iam probatos, & examinatos, ad alium Episcopum ordinandos dimitunt: c. Episcopi & ordinationes vers. vnusquisque sess. 23. quest. 2. in summa & c. 1. & seqq. Si secus fiat ordinans à collatione ordinum per annum, & ordinatus susceptorum ordinum executione, quamdiu, proprio ordinario videbitur expedire, sit suspensus: d. c. ordinationes 23. sess. in fine. Item minores vique ad lectoratum, conferunt abbates, qui sunt presbyteri, & benedicti, in proprio monasterio solummodo, c. cum contingat de at. & qualit. 69. dist. in summa & c. 1. & ibi gloss. in verbo lectores, sibi regularibus subditis; cap. Abbatibus sess. 23. Card. Seraphin. decis. 985. & correctæ sunt iura decretalium, iuxtaque dictos minores ordines, clericis ac laicis non conuersis, nec conuertendis, in quos ecclesiasticam, & quasi episcopalem iurisdictionem habebant, c. abbates §. nec eis de priuil. in 6. d. c. cum contingat & ibi 10. And. in princ. Innoc. in rub. de cleric. peregr. in fine, nec non inuitati, etiam alienis monachis, quando monasterium eorum erat exemptum, Franc. in c. abbates in fine de priuil. in 6. Gemin. num. 6. & Can. conferre poterant, gloss. in d. c. quoniam in verbo monasterio 69. dist. & ibi prapof. sub num. 1. Franc. Marc. decis. 1080. n. 3. Rot. d. decis. 731. num. 4. ac puris laicis: gloss. in d. c. Abbates in verbo quasi episcopalem & ibi DD. præterquam in monasterijs & domibus, in quibus abbates, aut alij regularium superiores, iurisdictionem Episcopalem, & temporalem in parochos, & parochianos exercent; quibus competunt

in suos subditos clericos & laicos, præter ea, quæ sunt ordinis, omnia ea, quæ possunt competere Episcopo, in suo territorio: *Card. Seraph. dec. 1386. c. in monasterijs sess. 20.* alienos verò subditos, etiam cum dimissoriis proprii Episcopi, non possunt ordinare, *Card. Seraph. decis. 985. c. abbat. sess. 23.* Guardiani & priores regularium possunt conferre primam tonsuram tantum in suis professis & subditis, in quos iurisdictionem quasi episcopalem habent, & non alios minores ordines: *Præpos. in c. quoniam num. 3. 69. dist. Presbyter quoque confert primam tonsuram subdito, Gemin. in c. 1. in gl. super vers. presbyteri hoc tit. in 6. Præpos. in d. c. quoniam num. 6. & ei in quem habet iurisdictionem Episcopalem: c. Psalmista 23. dist. & ibi Præpos. & Gemin. glos. in cap. 1. in verb. Episcop. de temp. ordin. in 6. Præpos. in d. c. quoniam num. 6. post gl. & ibi Can. Ioan. And. in c. cum contingat num. 17. & seqq. de at. & qual. & ibi Can. Verum Sot. in 4. dist. 25. q. 1. art. 1. ad secundum argum. dicit primam tonsuram non posse conferri à Presbytero vel Guardiano, quia usus Ecclesiæ resistit. Similiter Cardinales presbyteri, non possunt dare primam tonsuram nisi subditis, Ioan. And. in c. 1. num. 13. & 14. de supp. neglig. prælat. Præpos. in d. c. quoniam sub num. 6. Rot. de decis. 731. num. 10. & seqq. p. prima.*

7 Ordinatus † à Papâ, sine licentiâ Papæ, ab inferiore ad superiores ordines non promouetur, *c. cum in distribuendis hoc tit. & ibi Can.* Religiosi contra prohibitionem prælatorum suorum ordinari non debent, quia potest esse quod eorum prælati aliqua sua secreta commissa nouerint, propter quæ, salua conscientia, non possint promoueri, *c. an aures hoc tit. Clem. 1. §. ad ampliationem de stat. monach. & ibi gl. & Can. c. monachi. 56. quest. prima, obtenta præ-*

lati licentiâ, nec in minori ætate, nec sine diligenti episcopi examine ordinantur, priuilegijs quibuscunq̄ exclusis, *c. nullus secundo in fine sess. 23.* penitus Græcus à Latino, & e contra ordinari non potest, quia ritus sunt diuersi, & contingeret necessario fieri, aut contra ritum ordinati aut contra ritum ordinantis, & utrumque est malum, *c. cum secundum c. quod translationem hoc tit.* Nullus debet ordinari, qui illi ecclesiæ, aut pio loco, pro cuius necessitate vel utilitate assumitur, non ascribatur, ubi suis fungatur muneribus, *c. cum nullus sess. 23. 69. dist. in summa & c. 1. & 2. c. minores c. subdiaconi sess. 23.* quod si locum in consulto episcopo deseruerit, sacrorum ei executio interdicitur, *c. nullus 2. in fine sess. 23.* Psalmistatus † omnibus diebus conferri potest, quia canones de illo certum diem non exprimunt: *c. consultationi & ibi Pan. n. 5. Host. in fine & Can. communiter hoc tit.* cæteri minores ordines conferri possunt, diebus dominicis, & festis, vni, duobus, aut pluribus, dummodo non videatur generalis ordinatio, sacri ordines conferri debent, in quatuor temporibus, in sabbatho antè Dominicam de passione, vel in sabbatho sancto, *c. de eo hoc tit.* Consuetudo quod extrâ statuta tempora ordines sacri conferantur, est improbata, ut potè institutioni ecclesiæ inimica, *c. secundo hoc tit.* Vno die, potest aliquis promoueri ad omnes minores ordines, *d. c. de eo vbi vnum & c. ad minores ordines & ibi gl. dicit. quod ita de facto obtinet c. cum h. de eo qui fuit & c. 1. 2. resp. hoc tit. quod indefinite loquitur.* sed non debet quis eodem die accipere omnes ordines minores cum ordine sacro subdiaconatus, *d. c. cum ff. de eo qui fuit ord. suscepte.* Ex † decretis concilij Tridentini in collatione minorum ordinum interstitia seruantur arbitrio episcopi, ut promouendi eo accuratius, quantum sit huius disciplinæ pondus

pondus possint edoceri: *c. minores c. vt sanctorum sessio. 23.* post annum ecclesiasticum, non solarem, *Quarant. in summa Bullarj in verb. ordo & ibi addit. fin.* à susceptione postremi gradus minorum ordinum, ad sacros ordines promouentur, nisi necessitas, aut ecclesiæ utilitas, iudicio episcopi aliud exposcat: *d. c. minores vers. fin.* & correcti videntur canones decretorum, quæ certa in his tempora mandabāt obseruari, *dist. 77. in summa & c. prime, & c. secundo.* Duo sacri ordines non possunt alicui, etiam regulati, conferri vno die, vel duobus continuato ieiunio privilegijs & indultis, quibus concessis, non obstantibus quibuscunque. *c. litteras & c. dilectus hoc tit. c. subdiaconi vers. fin. sess. 23.* statuit Concilium Trid. quod promoti ad sacrum subdiaconatus ordinem, si per annum saltem in eo non sint versati, ad ulteriorem gradum, nisi aliud episcopo videatur, ascendere non permittantur; *c. subdiaconi vers. promoti sess. 23.* quodque assumendi ad sacrum presbyteratus ordinem, in diaconatu ad minus annum integrum, nisi, ob ecclesiæ utilitatem ac necessitatem, aliud episcopo videretur, ministrauerint, *c. qui pie in princ. sess. 23.* Ordinatus ꝑ ad sacrum ordinem, extrà statuta tempora, recipit ordinem, & characterem, *c. sane c. consultationi hoc tit. & vtrouque gloss. & Can.* quia tempus non est de substantiâ ordinum, ipso iure non recipit executionem ordinis, in congruo tempore suscepti, *c. litteras in fine c. pen. hoc tit. Anchar. in d. c. cum quidam Pan. in d. c. litteras in vlt. not. & oppos. v. c. secundum aliquos est suspendendus: c. cum quidam & ibi innoc. & iohannes Andreas, in verbo reddere debes hoc tit. cum quo post peractam pœnitentiam dispensat episcopus, vt in sic suscepto possit ministrare; non tamen ille qui ordinauit, sed successor, vel Papa, *d. c. consultationi & ibi gloss. fin. Pan.**

in c. cum quidam numero quinto, hoc tit. Pan. post Hostien. in d. c. consultationi numero quarto, & quinto, distinguit inter ignoranter recipientem & scienter, non metropolitanus, quia in subditos suffraganeorum suorum nullam habet potestatem, c. pastoralis de offic. ordin. Pan. in d. c. cum quidam numero 5. Conferens extrà tempora ordines, non est ipso iure suspensus, sed per sententiam priuandus potestate conferendi ordinem illum, quem illicitè contulit. *c. secundo in fine hoc tit. Pan. in c. litteras d. not. idem in c. dilectus in vlt. not. hoc tit. & ibidem Butr. & Can.* Suspensus à collatione certi ordinis, puta diaconatus, minorem recte confert, maiorem conferre non potest; quia quamuis non deliquerit in maiori ordine, fecit tamen se indignum delinquendo in minori, *Pan. in c. vel non est compos ante n. 6. tit. & ibi iohannes Andreas numero xi. Zab. in 3. q. cū quo solus Papa dispensat. gl. fin. in c. dilectus hoc tit. & ibi Can.* De stylo curiæ lolet impetrari rescriptum, extrà tempora nuncupatum, in quo datur licentia promoueri se faciendi in Romana curia, cum clausulis, quod orator examinetur, & promoueatur per deputatum à vicario vrbis, & dummodò arctatus & sufficienter beneficatus existat, extrà curiam, cū clausula, quod promoueatur à suo ordinatio, vel ab alio de eius licentia, similiter cum dicta clausula, dummodò arctatus & c. *Staphyl. de rescript. apostol. in forma breui s. datur per breue n. 22. & seqq.*

In promotione ꝑ ad minores ordines clericis secularibus non assignatur titulus, quia possunt à statu clericali recedere: *c. cū ex eo in fin. princ. de elect. in 6. c. 1. de cleric. coniug. c. non liceat & ibi gl. 1. de prab. præterea nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus constitutus, antè decimū quartū*

annū

annum beneficium potest obtinere, is etiam fori priuilegio non gaudet, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, (nam pensio non sufficit) *Gonzal. super reg. de mens. & alter. gl. 5. §. 5. num. 6. Paris. de resig. lib. 1. q. 10. num. 7. & lib. 2. q. 15. num. 15.* aut clericalem habitum aut tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ, ex mandato Episcopi inseruiat; vel in seminario clericorum, aut in aliquâ scholâ, vel vniuersitate, de licentiâ Episcopi verterur: *c. nullus el. 1. seß. 21* à priuilegio canonis, si quis suadente, *Nau. conf. 24. de priuileg. Gonzal. super regul. de mens. & alternat. gloss. 5. §. 5. n. 7. & seqq.* aut immunitatis à gabellis, *c. ex parte de cleric. coniug. & ibi Pan. in 2. not. & Can. Guid. Papa quæst. 83. Couarr. pract. quæst. cap. 31. sub numer. 9.* aliisque priuilegijs, quæ multiplicia sunt, *Anchar. in c. vnico in 6. not. de cleric. coniug. in 6. Ioan. And. & Can. ibidem notant communiter,* non excluditur, quod enim non mutatur, stat incorrectum: *l. precipimus C. de appell. in fin. potest Episcopus contra eum delinquentem, licet iudicis sæcularis forum non possit declinare, procedere, & punire: arg. c. cum contingat de for. comp. Garc. de benef. p. 2. cap. 2. num. 16. & seqq.* orâ verò controuersia, an captus per iudicem sæcularem, vel apud eum accusatus, sit clericus, vel ecclesiasticæ iurisdictionis, huius causæ cognitio & definitio pertinet ad iudicem ecclesiasticum, *c. si iudex laicus de sent. excom. in 6. late Cou. pract. quæst. cap. 33.* Nullus clericus sæcularis, aut regularis in claustris degens non professus *6. constit. Pij V. publicata 12. Nouemb. 1568.* (à qua constitutione Gregorius XIII. eximit Iesuitas) *Paris. de resignat. benef. lib. 2. quæst. 6. sub nu. 19. Garc. de benef. p. 2. cap. 5. num. 13. & seqq.* quamuis alius sit idoneus ad sacros ordines, promoueri potest, nisi prius legitime constet eum beneficium ecclesiasticum perpetuum, non manuale aut tem-

porale, *Pan. in c. constitutus numer. 5. & in c. Michael. in 2. not. de fil. presbyt. Paris. de resig. benef. lib. 2. quæst. 6. num. 2.* nisi is ad quem spectat manualium dispositio, ordinandum Episcopo repræsentaret, *c. postulasti & ibi Host. Pan. de iurepat. c. penult. de Simon. Nau. conf. 20. hoc tit. quod sibi ad victum honestè sufficiat. pacifice possidere, c. 2. in princ. seß. 21.* Patrimonium verò suum, aut alienum *Ioan. And. in c. si pauper num. 2. de prob. in 6. & ibi Can. Garc. de benef. p. 2. c. 5. nu. 77. & seqq. & nu. 94. & seqq. & d. p. 2. cap. 5. §. 1. per totum vbi ponit quatuordecim quæstiones,* vel pensionem obtinentes, iuxta Concilium Trid. ordinari non possunt, nisi illi, quos Episcopus iudicauerit assumendos, pro necessitate vel commoditate ecclesiarum suarum, prius perspecto patrimonium illud, vel pensionem verè ab illis obtineri, & sufficientia esse ad vitam sustentandam; atque illa deinceps sine licentiâ Episcopi alienari aut extinguï, vel remitti nullatenus possint: *c. 2. vers. id vero & vers. patrimonium seß. 21. c. sanctorum dist. 70.* quæ utilitas vel commoditas ad esse præsumitur, *arg. l. nepos procul. in fine ff. de verb. signif. idè clericis huiusmodi,* ad titulum patrimonij vel pensionis, Episcopus dimissorias potest concedere; *Garc. de benef. part. 2. cap. 5. nu. 75. & seqq.* Episcopus committens alteri Episcopo, ordinationem certarum personarum, vel dans licentiam subditis, vt possint, à quo voluerint, Episcopo ad sacros ordines promoueri, *c. si episcopus de prob. in 6.* aut ordinans scienter aliquem, qui sit in bona fide, *Nau. conf. 14. num. 3. & 4. hoc tit. Paris. de resignat. benef. lib. 2. quæst. 6. num. 58.* aut etiam, qui prius in sacro ordine erat constitutus, *c. episcopus & ibi Dec. in 1. not. & Can. de prob. sine titulo; eiusque successor, ac ipsa ecclesia cathedralis, c. accepimus & ibi Pan. num. 3. & Anchar. in 4. not. & Can. de*

de ac & qual. & c. c. cum secundum & ibi gl. in verbo successores & c. episcopus de prab. c. tuis de prab. & vtrubiq; gloss. & Can. vel secundum alios ipsa mensa episcopalis, Ioan. And. in d. c. cum secundum num. 10. in fine & ibi Host. num. xi. sublata omni exceptione criminis, nisi post ordinationem sit factus indignus, tenentur ei administrare necessaria; donec in aliqua ecclesiâ ei conuenientia stipendia assignet: c. episcopus d. c. cum secundum de prab. d. c. accepimus, ac ordinatus, bona fide, ab Episcopo sciente vel debente scire, eum non habere, quo se aleret, non est suspensus ab executione ordinum, & celebrando non fit irregularis, sed vt dictum est, episcopus tenetur ei necessaria subministrare: c. 2. in fine sess. 21. Paris. de resig. benef. libr. 2. quest. 6. numer. 18. si ignoranter, tenetur archidiaconus, siue pœtentator, & si ille non est soluendo, tenetur episcopus in subsidium; c. ad hac & ibi gloss. in verbo examinentur de off. archid. & ibi Pan. sub numer. 2. Anchar. in c. accepimus & c. quero post DD. de prab. quia adhuc seruatum est Episcopo ius examinandi illum, c. quando 24. dist. c. sancta 23. dist. & semel examinatus iterum examinatur, præcipuè in quibus vertitur periculum animæ, c. causam de prob. & ibi Can. Si scienter ordinauerit aliquem ad titulum alteri debitum, tunc tenetur sibi prouidere de alio, gloss. fin. in c. cum secundum de prab. cap. 2. si bona fide, non potest conueniri ex dispositione dictorum canonum, sed ex generali obligatione, qua tenetur omnibus indigentibus, Pan. in d. c. cum secundum de prab. Quod si ordinatus per fraudem, seu mendacia episcopum deceperit, affirmando se habere titulum, vel patrimonium aliquod demonstrando, per quæ ordinator ei probabiliter credere debuit, vt hæ ostendat titulum patrimonij quæsitum,

cum pacto clandestino, de restituendo illud, post ordinationem, tunc ordinatus incurrit suspensionem, vt nec ad superiores ascendere, nec in suscepto ordine debeat ministrare, c. neminem, c. sanctorum 70. dist. c. per tuas el. 3. de Simon. Butr. in c. 2. in fine de prab. & ibi Can. & si in suscepto ordine ministrauerit, incurrit irregularitatem à solo Papa dispensabilem: d. c. per tuas el. 3. & ibi Can. & c. penult. de Simon. & Episcopus ordinans, non tenetur ad alendum ordinatum, Nau. conf. 45. hoc tit. Paris. de resig. benef. libro secundo quest. 6. sub numer. 18. Quarant. in summa Bullar. in verbo ordo § secunda constitutio vers. tertius casus Gonzal. vero super reg. de mens. & altern. gloss. 5. §. 10. numero 27. & seqq. tenet. quod nullam incurrit suspensionem & Garc. de benef. p. 2. cap. 5. nu. 21. & 28. ne episcopus absque culpa puniatur. c. 2. de constit. cum concordatis ibi allegatis, Clerici vero religiosi, siue sæculares more religiosorum in communi, ac claustris degentes, & in perpetuum non emittentes professionem, vel infra certum tempus, sine titulo ordinati, pœnas suspensionis executionis ordinum incurrun, ac etiam eos ordinans. Constit. Pij V. in incip. Romanus Pont. in bullario veteri 74 Paris. de resig. benef. lib. 2. q. 6. numero 19. Prima tonsura non iniiciuntur, qui sacramentum confirmationis non susceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, qui que legere & scribere nesciant. c. prima sess. 23. Minores ordines ijs tantum conferri debent, qui saltem latinam linguam intelligunt, c. minores sess. 23. & sic ætas tonsuræ, & minorum ordinum est maior infantia, c. super inordinata & ibi gloss. in verbo pueri de prab. & ibi susè Pan. num. 8. & seqq. gloss. fin. in Clem. fin. de acat. & qual. & ordine proficiend. & ibi Zab. numero 7. & Can. iure decretorum nemo lectoribus connumerabatur,

L

tur,

tur, qui minor octodecim annis erat, c. nemo 78. dist. Accipiens primam tonsuram vel alios minores ordines antè confirmationem, etiam post Concilium Tridentinum non peccat mortaliter, nec incurrit aliquam censuram; quia concilium tantum præscribit episcopo, ne quem absque confirmatione admittat, Candelab. aur. de confirmat. quest. 41. Si quis infanti, nisi fortè intraverit religionem, per oblationem parentum, c. addidisti & c. seqq. 20. q. prima c. cum simus de regul. qui tamen præcisè non obligatur, c. primo & 2. de regular. in 6. seu illiterato, in quo deficit spes, quod possit addiscere, primam tonsuram, aut minores ordines contulerit, per vnum annum à collatione tonsuræ, siue ordinum, in quibus peccauit, est ipso iure suspensus; Archi. in c. nullus in verbo illiterato de tempor. ordin. in 6. & ibi Prob. ad monach. num. 24. & seqq. & si laici subditi voluerint tonsurari, infra annu suspensionis episcopi, non adibunt vicinos episcopos, sed iste suspensus poterit dare literas commendatitias ad ipsum ordinem vel tonsuram, ad instar confirmationis non consecrati, c. fin. & ibi gloss. pen. & fin. hoc tit. in 6. quam ibi approbat. Gemin. & Can. Nullus secularis siue regularis, ad subdiaconatus ordinem, Ioan. And. in d. c. fin. in fine & ibi Anchar. in fine Franc. & DD. antè vigesimum secundum, ad diaconatus antè vigesimum tertium, ad presbyteratus antè vigesimum quintum ætatis suæ annum promoueatur: c. nullus s. 23. sufficit dictos annos attigisse. gloss. in d. c. fin. in verbo decimo octauo de atate & qualitate & ibi Zab. numero octauo, licet alia sunt statuta tempora iure veteri clement. final. de atate & qualitate & in c. primo, & secundo, 78. distinct. super defectu ætatis, ad ordines, episcopus dispensare non potest, sed solus Papa, glossa penultima in d. clem. final. & ibi Put. in 7. questio. Ordinat. ad sacros ordines antè legiti-

mam ætatem, recipit characterem, executionem ordinis, & non est ipso iure suspensus, sed suspendendus ab executione ordinis usque ad legitimam ætatem. Pan. in c. vel non est compos numero 6. hoc tit. post gloss. in verbo atate & ibi Zabarel in quarta questione gloss. p. nalt. in clem. generalem de atate & qualitate & c. & ibi Can. sed per extrauag. Pii 11. est ipso iure & perpetuo suspensus ab ordinum executione, donec abolutionis beneficium consequatur, & si in eo præsumperit celebrare, efficitur irregularis: Pius 11. constit. 6. in bullar. antiq. Bebuff. in praxi p. 2. tit. de cleric. ad fa. ord. male promot. glossa 4. Quarant. in verbo ordo in princ. scalens. in Enchirid. de cens. tit. de suspens. cap. 14. vers. quod attinet ad penam ordinatis & c. potest episcopus, cum illo, postquam ad legitimam ætatem peruenit, tunc super irregularitate, quæ super suspensione dispensare: proueniunt enim ex occulto delicto, quia se fecit promoveri, non in atate legitimâ: c. liceat sessione 24. Viuald. in caud. aur. p. secunda tit. de suspens. in not. 40. si nondum ad ætatem legitimam peruenit, petenda est dispensatio & absolutio, à sede Apostolicâ Garc. de benef. p. 2. capite quinto numero 51 quæ sola, & non episcopus potest dispensare super defectu ætatis requisitæ ad sacros ordines. glossa penultima in clem. finali de atate & qualitate Zab. numero XI. & Can. Ordinans ætate inhabilem ad sacros ordines, non ipso iure sed per sententiam suspenditur à collatione omnium ordinum, d. capite vel non est compos & ibi glossa in verbo suspendentes & Pan. in 4. not. Zabarel in 2. q. Franc. in c. 1. s. fin. sub n. 4. circa finem de re iud.

Circâ ¶ ordinationem criminolorum 14 seruanda sunt infra scriptæ regulæ, quarum prima est. Omne debitum graue, ut est adulterii, homicidii, perurii, falsi testimonii, iudiciatio ordiæ, non summarie comprobatum,

batum, vel alias notorium, videlicet per sententiam, confessionem in iure factam, rei evidentiā. *cap. finali de cohabit. cleric. & mulier. c. super quibusdam de verborum significatione* inducit irregularitatem, quæ impedit clericos etiam, post peractam pœnitentiam, in susceptis ministrare, & prohibet à suscipiendis ordinibus. *cap. finali hoc titul. & ibi Can. cap. fin. de furt. & ibi Can.* quia etiam infamia facti repellit à promotione, *d. cap. fin. de furt. & ibi gl. in verbo infamia* Garc. de benef. part. septima capite octavo à numero 33. vsque ad finem nisi dispensetur per episcopum, qui in criminibus potest dispensare, nisi sit expressè prohibitus, *cap. dilectus & ibi glossa in verbo permissa. glossa in capite ex tenore in verbo citatur in fine hoc titulo cap. ac si clericus §. primo, & ibi glossa in verb. minora de iud.* & dispensando remouet infamiam, quæ accessoriè venit ad delictum, *cap. cum te & ibi Pan. n. 14. de re iud. cap. presbyt. in fine princ. 50. dist.* Altera regula est, nullum delictum, quantumque graue, occultum, pòst satisfactionem factam lætis, si potest delinquens satisfacere, ac peractam pœnitentiam vel congruam partem pœnitentiæ, impedit, in susceptis ministrare, ac ad maiores ordines ascendere sinè dispensatione & peccato; *capite ex tenore cap. fin. & ibi glossa penultima & finali & vtrobiq. DD hoc titul. capite finali de furt. & ibi gloss. fin. & Can.* quia nulla est pœna contentiosa, sed pœnitentialis: 32. *quest. 5. capite finali cap. erubescunt. 32. distinct.* delinquens est suspensus, quoad se, durante delicto, non quoad alios; *cap. finali de cohabitatio. ne cleric. & mulier. & ibi glossa cap. sacerdotes 1. q. 1. & ibi glossa & delictum occultum non inducit irregularitatem. glossa in d. cap. erubescunt d. cap. fin. hoc tit. in fine,* habetque se superior monendo non repellendo, *d. c. ex tenore d. c. final. hoc tit. ac delinquens suo relinquitur arbitrio, cap. mulieri de iureiur. cap. consulisti 2.*

questio. quarta cap. si omnia 6. quest. 1. Fallit in occulto homicidio, & occulta simonia scienter commissa, in ordine, vel beneficio: in quibus culpabiles, post pœnitentiam, sine peccato & dispensatione nec ministrant, nec promouentur; *d. cap. finali hoc titul. & ibi Ioan. And. numero 8. cap. requisitionis & ibi glossa 1. de accusat. ac cæteris criminibus,* quæ pòst peractam pœnitentiam impediunt executionem ordinis, *cap. reperiuntur & ibi glossa 1. quest. 1. Ioan. And. in c. nisi numero 23. & 44. de renunciat. & ibi Host. numero. 10. dicta crimina enumerant Innoc. in cap. & tenore de temp. ordinat.* Ex ¶ decretis Concilij Tridentini possunt 13 Episcopi in diocesi suâ, per se ipsos, aut Vicarium ad id specialiter deputandum, super omnibus irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientius, & in quibuscunque casibus occultis, etiam sedî Apostolicæ teleruatis, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum dispensare: *capite liceat sessione 24. idem in hæresis crimine, in eodem foro conscientia, episcopis tantum, non eorum Vicarijs est permissum, cap. liceat episcopus sessione 24.* Verum ¶ clerico, cui ascensus ad sacros ordines, à suo prælato, ex quacunque causâ, etiam ob occultum crimen, quomodolibet, etiam extraiudicialiter fuerit interdictus, aut qui à suis gradibus, vel dignitatibus ecclesiasticis fuerit suspensus, nulla contra ipsius prælati voluntatem concessa licentia de se promoueri faciendo, aut ad priores ordines, gradus, ac dignitates, siue honores restitutio suffragatur: *c. 1. sess. 14. quia tutius est subiecto, in inferiori ministerio, deseruire, quam cum præpositorum scandalo, graduum altiorum appetere dignitatem.* Non potest ¶ aliquid recipi ab episcopis, vel alijs ordinum collatoribus, eorumque

ministris, pro collatione quorumcumq̄ ordinū, etiam clericalis consuræ, vel pro litteris dimissorijs, aut testimonialibus, etiam spontè oblatum, nec pro sigillō, aut alia quācunq̄ de causā, aut quouis prætextu. Notarij verò, in ijs tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro litteris dimissorijs, aut testimonialibus, decimam tantum vnus aurei partem accipere possunt, dummodo eis nullum salarium sit constitutum, nec Episcopo aliquod emolumentum, ex Notarij commodis, provenire potest: tunc enim gratis operam suam præstare omninò tenentur; contrarijs taxis, etiam immemorabilibus, penitūs cassis & interdictis, si secūs fecerint, dans & accipiens ipso facto incurrit pœnas canonicas, *cap. 1. de Simon. & ibi late Anchar. cap. 1. sess. 21.*

De scrutinio in ordine faciēdo,

Titulus XII.

S V M M A R I A.

1. Scrutinium fit de ordinandorum vita, genere, patria, ætate, institutione, loco vbi educati sunt, moribus, doctrina.
2. Ex decretis Concilij Trid. per episcopum.
3. Ex dispositione iuris Canonici per Archidiaconum.
4. Ordinandus in scrutinio, tenetur pandere crimina, qua impediunt ordinū quem suscipit, executionem, notoria, & ea de quibus est difamatus.
5. Ordinati absq̄ examine, & ordinantis pœna.
6. Episcopi ordinantis indignum pœna.

ORDINANDI ante ordinationem, & in ipsā ordinatione sunt examinandi, idē subnectit de Scrutinio, quod † fieri debet de ordinandorum vitā, genere, patriā, æta-

te, institutione loco vbi educati sunt, moribus, si sint literati, si fidem catholicam firmiter teneant, & simplicibus verbis asserere queant, *c. quando & c. seq. 24. dist. quæ examinatio, iure decretalium ad archidiaconum pertinet, c. adhuc de offic. Archid. Concilium † Tridentinum statuit, vt ad minores ordines promouendi, bonum à parcho & magistro si hōlæ testimonium habeant: allumendi verò ad maiores ordines, per mensem ante ordinationem, Episcopum adeant, qui parcho, aut alteri committat, vt nominibus ac desiderio eorum publicè in ecclesiā propositis, de ipsorum ordinandorum natalibus, ætate, moribus, & vita, diligenter inquirat, & litteras testimoniales, ipsam inquisitionem factam, continentis, ad ipsum Episcopum transmittat: *c. ad minores sess. 23.* item sancit vt quandò Episcopus ordinationem facere decreuit, omnes qui ad sacrum ministerium accedere voluerint, feria quarta ante ipsam ordinationem, vel quando episcopo videbitur, ad ciuitatem euocentur: Episcopus autem sacerdotibus, & alijs prudentibus vitis, in ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, sibi ascitis, ordinandorum genus, personam, ætatem, institutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inuestiget, & examinet, *c. sancta sess. 23.* Præterea † Archidiaconi, quo oculi † dicuntur episcopi, & in omnibus ecclesijs, vbi fieri poterit, debent esse Magistri in Theologiā, siue Doctores aut Licentiati in Iure Canonico, *c. cum dignitates & c. Archid. sess. 24.* eosdem ordinandos examinare poterunt, iuxta iuris communis dispositionē; *d. c. adhuc,* quia vbi agitur de periculo animæ, examinatio sæpius repeti potest: *c. causam de probat. c. sicut in fine de sponsal. c. ex litteris de consang. & affin. c. series de testib. DD. in c. accepimus de atar. qual. & c. DD. in d. c. cum secundum**

dum de prob. Tum etiam quia in ipsius ordinis collatione, prior diaconorum, qui Episcopo iuxta morem ecclesie assistit, dicit, potestas sancta mater Ecclesia hunc diaconum, vel subdiaconum, ad onus presbyteratus, vel diaconatus assumi, & episcopo interroganti, si eum cognouerit esse dignum, idem respondit, quod quantum humana fragilitas nosse sinit, & scit, & testificatur illum ad huiusmodi onus officij esse dignum, *c. vnic. hoc tit.* cum illum, quem indignum non nouit ex premissis examine, dignum debeat reputare: *d. c. 1. hoc tit. c. dudum de praesumpt. l. seruos ff. de manum. testam.* neque est verisimile Concilium Tridentinum ista iura rollere voluisse, per impositionem diligentioris scrutini episcopo, *l. praecipimus in fine C. de appell. l. sancimus C. de testam. gloss. in d. c. de multa in fine gloss. magna de prob. & ibi Can. Tenetur* ¶ ordinandus in scrutinio, non omnia crimina prodere, sed ea tantum, quae impediunt, ordinis quem suscipit, executionem; quaeque, si non impediunt ordinis executionem, sunt notoria; vel ordinandus de eis est diffamatus, *c. ex penitentibus 50. dist. & ibi gloss. & Archid. num. 3. Gemin. num. 2. praepos. num. 3.* ratione periculi animarum; *Innoc. in c. inquisitionis num. 4. de accusat. Pan. in c. 2. sub num. 18. & c. & hac dicta & c. de confess.* & quia venit voluntarie, nocere confessio in hoc solo, quod non admittitur ad ordines, & ex ea non potest puniri quia facta est in foro, quasi iudiciali, & ad hoc non fuit actum; *c. haec quippe & ibi gloss. in verbo suffraganei 3. quest. 6. c. 1. de except. & ibi gloss. pen. & DD. c. ex penitentibus, & ibi gloss. in verbo non prodidit in fine 50. dist. & ibi Gemin. numer. 7.* ¶ Ordinatus absque examinatione, etiam si sint in omnibus idonei, tam ad maiores, quam minores ordines, & examinati, qui in tempore ordinationis, sua tacuerunt crimina, im-

pedientia ordinis executionem, postea per alios detecta deponuntur, non ab Episcopo, qui eos ordinauit, cum & ipse debeat deponi, sed ab eius superiore, *c. fm. & ibi gloss. 1. & 2. ac marg. 24. d. st. c. tantu & c. si quis sine 81. dist.* Episcopus ¶ scienter ordinans & indignum, priuandus est potestate conferendi ordines omnes, vel eum in quo deliquit: si ignoranter ordinauerit, non puniatur, *c. ex penitentibus, & ibi Praepos. 15. Gemin. 50. dist. c. qui ecclesiasticus & ibi gloss. 1. 36. dist. & ibi Gemin. & Praepos. duas referunt opiniones supra script. tenenturque ecclesiae ad interesse ad similitudinem magistratus, qui minus idoneo tutelam pupilli commisit, Anchar. in clem. 1. in ult. notab. de at. qual. & c. Felin. in c. si quando num. 7. de rescript. per l. 1. §. si pupillis vers. vsque adeo ff. de tut. & rat. dist. 1.*

De ordinatis ab Episcopo qui renunciauit episcopatu, vel excommunicato.

Titulus XIII.

S V M M A R I A.

- 1 Episcopus qui renunciauit loco tantum, rogatus ab aliquo Episcopo minores & maiores ordines confert.
- 2 Episcopus qui renunciauit dignitati minores ordines confert, non maiores.
- 3 Episcopus simpliciter renunciatus, praesumitur renunciauisse loco tantum.
- 4 Ordinatus ad sacros ordines ab Episcopo, qui renunciauit dignitati, ipso iure executionem officij non habet, & quis cum eo dispenset.
- 5 Ordinatus ab episcopo excommunicato recipit characterem, sed non ordinis executionem, & quis cum eo dispenset.
- 6 Excommunicati maiori excommunicatione suscipientis sacros ordines poena, & quis cum eo dispenset.

L 3;

DICTUM

DICTVM est superius titulo de renun-
 ciatione, Episcopum ex certis causis posse
 renunciare, ideò in tractatu ordinando-
 rum, ponit de ordinatione eius qui renun-
 ciauit, ¶ si quidem loco tantum, potest ro-
 gatus ab aliquo Episcopo, omnes ordines
 conferre; si ¶ loco & dignitati, siue ordini,
 potest minores ordines conferre, non ma-
 iores: quia huiusmodi ordines à non Epil-
 copis quandoque conferuntur, c. 1. hoc tit.
 Aut simpliciter ¶ renunciauit, & præsumit-
 tur renunciasse loco tantum, Pan. in d. c. 1.
 num. 8. But. num. XII. 10. And. num. 3. & Can. ne
 præsumatur criminolus, c. vnico & ibi gloss.
 fin. de scrutin. in ord. fac. quia qui renunciauit
 dignitati, præsumitur hoc facere propter
 crimen, c. post translationem §. fin. de renunciat.
 Per ¶ renunciationem ordinis seu dignita-
 tis, censetur renunciatum executioni ordi-
 nis, d. c. post translationem & ibi gloss. in verbo or-
 dini, caractere retento, quia est indelebilis:
 1. qu. 1. c. quod quidam & c. c. si forte milita
 6. licite 32 q. 7. Secundum Canonistas Epil-
 copatus est ordo, & imprimit caractere
 gloss. in verbo Episcopus in salutatione libri 6.
 & ibi DD. c. clericos 23. dist. Secundum Theo-
 logos non habet caractere, sed annecti-
 tur caracteri presbyterali, eumque am-
 pliat ad reseruata Episcopo, c. legimus 93. dist.
 c. quanto de consuet. c. olim. 95. dist. In episcopo
 duo iura concurrunt, ius dignitatis episcopalis,
 cohærens personæ, quæ habetur per
 consecrationem; & administrationis ius, co-
 hærens loco, quæ habetur per confirmatio-
 nem; c. transmissam de elect. & non sunt in-
 separabiliter connexa, vnde vni potest re-
 nunciari, sine alio, si inchoetur à loco, quo
 casu potest ea quæ sunt ordinis, quoad ha-
 bitum, non quoad exercitium; quia caret
 subditis, nisi in illis sibi integretur, per inui-
 tationem alterius Episcopi, qui habet exer-

citium, Pan. in d. c. 1. num. 1. & 2. & ibi Butr. in
 princ. hoc tit. Renuncians dignitati episcopa-
 li non propterea eam, quoad potestatem
 ordinandi, perdit, quia ordinando chara-
 cterem imprimit, sed non tribuit semper
 exercitium: aut enim à tali aliquis suscepit
 ordines minores, & potest in illis deseruire,
 siue scienter, siue ignoranter suscepit ac
 ad maiores ordines promoueri: Sane ¶ si
 quis ab eodem sacros ordines receperit, execu-
 tionem officij ipso iure non habet; quia
 suspensus est, qui à suspensio recipit ordinem,
 & si ab eo scienter illos receperit dispensat
 solus Papa: si ignoranter (nisi ignorantia
 fuerit crassa, quæ æquipatur scientiæ, in
 his, in quibus agitur de defectu potestatis)
 Episcopus super executione dispensat, c. 1.
 hoc tit. vers. si enim à tali. cum fuerit in culpa
 recipiendi ordines ab Episcopo non suo, c.
 Lugdun. 9. quest. 2. In conferente ordinem
 considerantur tria, caractere ordinis, habi-
 tus dignitatis episcopalis, & exercitium re-
 sidens in administratione: habens hæc tria
 confert caractere, habitum, & execu-
 tionem: qui renunciauit dignitati episcopali
 duo vltima amittit, & ideò executionem
 tribuere non potest, sed necessaria est
 dispensatio, Pan. in d. c. 1. num. 3. arg. c. statui-
 mus 1. §. sicut 1. quest. 1. Episcopus excommu-
 nicatus est extra ecclesiam, retinet chara-
 cterem, & illum potest conferre seruata for-
 ma ecclesiæ, c. fin. & ibi gloss. fin. hoc tit. c. per il-
 licitam in fine c. ab excommunicato & c. seq. 9.
 quest. 1. Sed non habet executionem, ideo-
 que illam dare non potest, siue scienter siue
 ignoranter ordinatis, c. qui perfectionem & ibi
 gloss. c. ventum est 1. q. 1. quomodo de consecrat. dist.
 4. c. 1. & ibi gloss. in verbo irritas de schismat. &
 ord. & c. & ibi Pan. Sed opus est dispensatio-
 ne: siquidem scienter quis recepit ordinem
 ab excommunicato, super executione dis-
 pen-

penfat solus Papa si ignoranter dispensat episcopus, c. fin. hoc tit. c. fin. de schism. & c. & ibi Pan. & Can. non tamen delinquens, qui non potest cum ordinatio à te in excommunicatione dispensare, etiam postquam fuit absolutus, & receptus in suo ordine, l. q. s. c. praesentium & ibi gloss. in verb. fratrum & Can. gloss. fin. in c. fin. de schismat. & ord. & c. Excommunicato t̄ maiori excommunicatione si conferatur ordo, imputatur ei character, c. cum illorum & ibi gl. in verb. ordinibus de sent. excommunic. verum taliter excommunicatus, recipiens ordinem, si clericus est saecularis, deponitur ab ordine suscepto, & cum eo solus Papa dispensat, siue excommunicatio erat talis, quod eius absolutio referuabatur Papæ, siue etiam erat talis, quod ab ea poterat absolueri Episcopus, c. 3. & 4. de cleric. excommun. & c. ministrant Pan. in c. cum illorum nume. 1. de sent. excomm. c. 1. & 3. de eo qui furt. ord. suscepit. & Episcopus cum eo non potest dispensare, etiam si intraret religionem: Pan. in c. innotuit sub numer. 3. de eo qui furt. ord. suscepit. si est regularis, suspensus est ab executione ordinis, & dispensat cum eo Abbas, quia id ignorancia est probabilis, d. c. cum illorum §. fin.

De ætate, qualitate & ordine
præficiendorum.

Titulus XIV.

S V M M A R I A.

- 1 *Ætas viginti quinque annorum determinata est in dignitatibus inferioribus curatis, & parochialibus ecclesiis.*
- 2 *Ætas viginti duorum annorum in dignitatibus & personis non curatis.*
- 3 *Attingentia ætatis quatuordecim annorum sufficit in beneficiis simplicibus, & Canonicatibus Collegiatorum etiam insignium,*

& in dimidijs portionibus cathedralium ecclesiarum.

- 4 *Ætas viginti duorum annorum in Canonicatibus, & portionibus cathedralium ecclesiarum requiritur.*
- 5 *Super ætate in dignitatibus quis dispense.*
- 6 *Ætas requisita in Prioratibus regularibus, aut 25. aut 20. annorum.*
- 7 *Doctoratus vel licentia gradum quam beneficia requirant.*
- 8 *Ordo subdiaconatus requiritur in assumendo ad parochialem ecclesiam, in ceteris beneficijs ordo ad validitatem provisionis non exigitur, sed sufficit ætas in beneficio requisita.*
- 9 *Clerici compelluntur ad percipiendos ordines à Canonibus.*
- 10 *Item ab Episcopis cum distinctione, an obtinent per eos beneficia habeant annexos sacros ordines vel non.*
- 11 *Ordinationum recusationis causas canones ponderant, quando beneficia per clericos obtenta non habent ordines annexos.*
- 12 *Monachi admonitionem Abbatis ad omnes sacros ordines promouentur.*
- 13 *Facultates de non promouendo ad annum suffragantur.*

DICTO de ordinatis dicendum est de præficiendis, de ætate, qualitate, & ordine requisitis in electis siue promotis ad cathedrales, regulares, & collegiatas ecclesias, dictum est supra titulo de elect. In t̄ dignitatibus inferioribus, curatis, & ecclesiis parochialibus, determinata est ætas 25. annorum, in quâ sufficit, quod vltimus annus sit captus, c. cum in cunctis §. inferiora de elect. c. nemo de elect. in 6. cap. cum dignitates sess. 24. gloss. fin. in c. indecorum hoc tit. late Pan. in c. præterea numero 85. & seq. hoc tit. & collatio ijs qui non attigerint 25. annum facta, viribus omnino caret, c. licet. canon. de elect. d. c. nemo, Ad t̄ cæteras dignitates, vel personatus,

tus, quibus animarum cura nulla subest, viginti duobus annis non minores adsciscuntur, *d. c. cum dignitates §. ad ceteras sess. 24. Garc. de benef. part. 7. c. 4. numero 54. & seqq.* qui debent esse completi: *Garc. de benef. part. 7. cap. 4. n. 67. & seqq. referens declarat. interp. Concil. Trid. iure decretalium requirebatur, ætas 25. annorum. Pan. in c. cum in cunctis §. inferiora numero tertio, vers. sed quero quod si ista delect.* Eodem iure maior septennio & minor quatuordecim annis potest obtinere simplex beneficium. *glos. in c. si eo tempore in verbo ætatem & ibi Franc. & Can. de rescript. in 6. Garc. de benef. part. 7. c. 4. n. 4. & seq. c. 51. annum §. si vero de iud. in 6. præbendam cathedrali, c. cum ex eo & ibi glos. prima & Can. de elect. in 6. Rot. decis. 1. hoc tit. in antiq. Pan. in c. 2. numero quinto, de insti. Vital. in clem. vt h. numero 21. hoc tit. ac maior quatuordecim annorum, minor viginti quinque annis, potest obtinere officium in cathedrali, quod non vocetur dignitas, seu personatus; quia in talibus ætas non est limitata, & in ea ætate, potest regere suum patrimonium, *Innoc. in c. præterea hoc tit. nisi habeat annexam administrationem, quale requirit vigesimum quintum annum. Archid. in c. primo hoc tit. in 6.* Ex decretis Concilij Trident. ad beneficia simplicia, & canonicatus collegiarum ecclesiarum, etiam insignium. *Garc. de benef. p. septima c. 4. num. 36. & 39. & dimidias portiones in cathedralibus, sufficit prima tonsura cum attingentia ætatis quatuordecim annorum, cap. 6. sess. 23. Gonzal. super regul. de mens. & alternat. glos. 5. nu. 90. & plurib. seqq.* ac in omnibus ecclesijs cathedralibus omnes canonicatus, & portiones habent annexum ordinem presbyterij, diaconatus, vel subdiaconatus: episcopus autem cum consilio capituli designet ac distribuatur, prout viderit expedire, quibus quisque ordo*

ex factis annexus imposterum esse debeat, si tamen, vt dimidia saltem pars presbyteri sint, ceteri verò diaconi, aut subdiaconi: antè hanc distributionem sacerdotales, diaconales, vel subdiaconales dici nequeunt ob requisitum à canone episcopi factum & ministerium: *l. que sub conditione §. fin. & ibi Bald. post num. 4. Salic. numero secundo. & DD. ff. de cond. Insti. Felin. in c. Rodolphus sub numero 38. vers. limita quarto de rescript. verum, quia concilium suâ auctoritate annexit omnibus ordinem sacrum in genere, idè in ecclesiâ cathedrali, in qua non est facta distributio sacrorum ordinum, requiritur, quod prouisus de canonicatu, aut portione ad minus attingat vigesimum secundum annum, alias collatio non valet: *Garc. de benef. p. 7. cap. 4. n. 15. & 28. vbi tamen consuetudo laudabilior habet, vt plures, vel omnes si presbyteri, omninò obseruetur; d. c. cum dignitates §. in omnibus. ratio est, nam cum nullus ad subdiaconatum ante vigesimum secundum annum promoueri potest, c. nullus imposterum sess. 23. necessario sequitur, quod in portionibus & canonicatibus huiusmodi obtinendis, requiratur ætas viginti duorum annorum, aut viginti & vnus, *Seraph. decis. 500. & decis. 1138. per d. c. cum dignitates §. in omnibus sess. 25. quia in istis requiritur consilij maturitas, & assiduitas obsequij, c. super inordinata de præb. & ibi Host. Ioan. de lignano & DD. Episcopus dispensat super ætate, in dignitatibus sine cura, cum illo qui vigesimum annum peregert, c. i. hoc tit. in 6. in curatis solus Papa, glos. in d. c. primo in verbo non imminet & ibi Anchar. 10. An. numero 2. d. c. licet canon. & ibi Franc. numero quarto, & DD. qui non censetur dispensare propter minorem ætatem, in supplicatione expressam, & subsecutam curati beneficij collationem, nisi expressè dicatur, super qua,***

de vberioris dono gratiæ, tecum dispensamus, propter stylum curiæ *Cald. conj. 8. de rescript.* Ecclesia dispensatiuè minori concessa per clericos, non per laicos, regi & administrati debet, *cap. 2. hoc tit. Gemin. in d. c. primo numero quarto, & quinto, hoc tit. in 6. & ibidem Archidiacon. affirmant, quod episcopus in curatis dispensat, super ætate, exigente magna necessitate, vel utilitate ecclesiæ, non propter prerogatiuam meritum personæ, sed curia Romana seruat contrariam opinionem, testibus Anchar. & Ioan. And. in d. cap. primo numero secundo, quia est absurdum, quod episcopus contra tam solemne Concilium debeat dispensare. *cap. dilectus de tempor. ordin. & ibi Pan. sub numero 6. & Can. gloss. in c. cum dilectus in verbo de arate de elect. & ibi Can. de iur. ne Romani de elect. c. eam te hoc tit. late Pan in c. preterea numero quarto. & seq. hoc tit.* Prioratus regulares conuentuales alicui*

6 † religioso, nisi vigesimum quintum annum attigerit, alij curam animarum habentes, in quibus cura ipsa per presbyteros sæculares habeat exerceri non possunt cuiquam religioso conferri, aut committi, nisi vigesimum annum petegerit; *clement. 1. §. ceterum prioratus de stat. monach. vbi verò cura debet exerceri per ipsummet religiosum, debet attigisse vigesimum quintum; gloss. in §. ceterum in verbo & si & ibi Zab. in prima quest. facit cap. nemo de elect. in 6. in officijs regularibus claustralibus, vt est eleemosynaria sacristia, & alia similia seruanda est extrauag. Benedicti duodecimi, quæ benedictina vocatur. Secundo requiruntur honestas morum, & scientia, *c. cum in cunctis §. inferiora de elect. c. eam te c. fin. & clement. prima hoc tit. Gonzal. super regul. de mens. & alternat. à num. 60. vsque ad num. 126 & huius defectus deijcit iam promotum, capite fin. hoc tit. cap. nisi §. pro defectu de renunciat. non tamen Abbatem, si sit discretus, &**

Summa in Decretales.

peritus in regulâ per quam officium suum est limitatum, *cap. tuam & Pat. in cap. fin. nu. quinto, hoc tit. & ibi Zab. in secunda quest. Anchar. in fine Ioan. And. in c. fin. num. 4. hoc tit. & ibi Can. c. legi 16. quest. 1. & ibi post gloss. in verbo instructio Can. iure Canonico, in nullo beneficio requiritur aliquis gradus doctoratus, vel licentiæ: ex decretis Concilii Tridentini debet esse Doctor vel Licentiatus Theologiæ, aut iuris Canonici, assumendus ad episcopatum, *c. 2. sess. 22. scholastriam, c. 18. si de cetero sess. 2. archidiaconatum, cap. 12. §. archidiaconi etiam sess. 14. penitentiariam ecclesiæ cathedralis c. 8. sess. 24. ac idem Concilium hortatur, non præcipit, ut in prouincijs, in quibus id commodè fieri potest; saltem dimidia pars canonicatum, in cathedralibus ecclesijs, & collegiatis insignibus, conferantur † Doctoribus, aut etiam Licentiatis in**

7 Theologiâ, vel iure canonico, *c. 11. §. hortatur sess. 24.* Prouisi de beneficijs quibuscunque curam animarum habentibus, tenentur à die adeptæ possessionis, ad minus intrâ duos menses, in manibus ipsius episcopi vel eo impedito, coram Vicario, vel officiali, orthodoxæ fidei publicam facere professionem, & iurare se in Romanæ Ecclesiæ obedientiâ permansuros. Prouisi de canonicatibus & dignitatibus in ecclesijs cathedralibus, non solum coram episcopo, seu eius officiali, sed etiam in capitulo idem facere tenentur, alioquin prædicti omnes prouisi, ut supra fructus non faciunt suos, nec illis possessio suffragatur, *d. c. cum dignitates §. prouisi.* Tertio † ad regimen parochialis ecclesiæ, nõ

8 debet aliquis admitti, nisi sit subdiaconus, *c. preterea hoc tit. excipe præsentatum à patro, no. c. fin. de instit. in 6. summa Angel. in verbo Ecclesia n. 12.* Ex decretis Concilij Tridentini nemò ad dignitatem, canonicatum, aut portionem vel beneficium recipitur, nisi qui eo

ordine sacro, aut sit initiatus quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate, vt infra tempus statutum, initiari valeat, *c. cum dignitates §. neminem* sess. 24. & ceteras qualitates integrè habere dignoscatur, alias irrita est prouisio, *d. c. cum dignitates §. neminem c. quicumque* el. 2. §. *fin. sess. 22.* Super defectu ordinis, archiepiscopi, *c. à multis & ibi gloss. in verbo metropolitani hoc tit. & episcopi* dispensant, cum illis qui intra breue tempus possunt ordinari, *c. præterea hoc tit. & ibi gloss. Zab. in 2. apof. & quest. 1. & Can. communiter*, olim permittebatur archiepiscopo dispensare, cum subdiacono circa episcopatū: sed non cum inferioribus, vnde nec hodiè cum inferioribus dispensabit, sed solus summus Pontifex, qui talem archiepiscopi licentiam non approbaret, *Zab. in d. c. à multis in fine Host. numero tertio, & 4. Ioan. And. numero octauo & Can. communiter.* Ordo ad validitatem prouisionis de beneficio, non exigitur contemporaneè, cum prouisione, quantumcunq̄ illi sit annexus ordo, sed sufficit, quod p̄st prouisionem se faciat promoueri, *c. si pro clericis de præb. in 6. c. quæris §. præterea hoc tit. Garc. de benef. part. 7. c. 4. nu. 44 & seqq. Zab. in c. significatum in 2. quest. de præb. Rot. dec. 1. n. 3. hoc tit. in nou. & habeat ætatem in beneficio requisitam: nam quantumuis paruum & modicum tempus desit, puta dies, vel hora; collatio illi facta est nulla, quia in limitatis à iure non licet arbitrari, *Garc. de benef. p. 7. c. 4. n. 82. vsque ad finem elem. generalis & ibi post gloss. in verbo in decimo octauo, Can. de stat. qual. & ord. præfic.* Clerici ꝑ compelluntur ad recipiendos ordines, & à canonicis, & ab episcopis, qui ad regimen parochialis ecclesiæ assumitur, si intra annum, à sibi commissi regimini tempore, numerandū, ad sacerdotium non fuerit promotus, ecclesiæ sibi commissæ, nulla etiam præmissa mo-*

nitio, est ipso iure priuatus, & eidem nullatenus, eà vice, iterato poterit conferri, nec ipse moram purgare, *c. licet canon. cap. commissæ de elect. in 6. & ibi gl. & Can. Religiosi prioratus conuentuales, vel non conuentuales curatos, etiam si cura ipsa per seculares presbyteros habeat exerceri, obtinentes, si intra annum, computandum à tempore collationis, seu commissionis sibi factæ, de eis, & possessionis eorum adeptæ, vel intra vigesimum quintum ætatis suæ annum, si antè ipsum, non conuentuales prioratus eis commissi fuerint, aut collati ad sacerdotium, (clem. 1. §. ceterum de stat. monach. cessante rationabili causa) non fuerint promoti, eo ipso, nulla etiam monitione præmissa, prædictis prioratibus, sunt priuati; qui ipsi iterū, ea vice, nullatenus conferuntur. Obtinentes ꝑ dignitates, seu beneficia, siquidè illis certus ordo est annexus, vt Abbatia, Præpositura, Decanatus, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, *c. primo hoc tit. c. cum in cunctis §. inferiora de elect. & in cathedralibus ecclesijs, canonicis & portionibus vt dictum est, d. c. cum dignitates §. in omnibus* sess. 24. (qui iure decretalium, prout etiam inferiorum ecclesiarum canonicatus, nullum sacrum ordinem habent annexum, *Pan. in c. cum in cunctis §. inferiora num. 10. de elect. Boer. q. 171. in princip.*) & quandoq̄ue personatus, officio, vel præbendæ, *d. c. ei cui & ibi post gloss. Franc. n. 6. Ioan. And. nu. 6. & Can. communiter de præb. in 6. Rot. Fern. dec. 421. p. 1. clem. vt ij qui & ibi post gl. in verbo præbendas Can. hoc tit. Pan. in c. cum in cunctis §. inferiora numer. 10. de elect. certæ siue in præbendis, quæ tamen postea certificatae sunt, gloss. in clement. vt ij qui in verbo annexi & Car. compelluntur ab episcopis solis, absque adiunctis de quibus in cap. 6. sess. 25. Garc. de benef. part. 3. cap. 4. num. 18. & seq. ad istum ordinem suscipiendum, monitione, *c. nullus & c. in-***

Et c. innouamus 60. dist. vel suspensione ab officio, dist. 74. in summ. Et ibi gloss. Et c. si qui Et c. placuit. præmissis per priuationem, & amissionem dignitatum & beneficiorum, c. 1. hoc tit. c. cum in cunctis §. inferiora de elect. coguntque episcopi eos, diebus statutis, dictos ordines per se exercere, ac cætera omnia officia, quæ debent in cultu diuino præstare, sub pœnis etiam grauioribus, eorum arbitrio imponendis, cap. quicumque el. 2. §. ij. vero in fine sess. 22. ac iuxta dispositionem canonum, intra annum non habent vocem in capitulo, etiam alijs capitularibus concedentibus, nisi sint subdiaconi, clem. vt ij. Et ibi gl. in verbo extunc hoc tit. c. quicumque, el. 2. sess. 22. post annum decursum, etiam si sint subdiaconi, absque alia monitione, nisi prius, impedimento cessante, promoueantur ad ordinem, beneficio pacificè possessio annexum, in capitulo vocè nullo modo habent etiam concedente capitulo, & perdunt dimidiam partem distributionum; clem. vt ij. §. illi vero Et ibi Pan. n. 6. hoc tit. d. c. quicumque el. 2. quæ non accrescit alijs, sed datur ecclesiæ, Archid. in d. Clem. vt ij. num. 10. Et ibidem Zab. in §. illi vero n. 21. Et seqq. Pan. num. 10. Imò locus est d. Clem. vt ij. qui, si quis per literas Papales ad hoc sufficienter consequitur beneficium non existens in ordine nisi etiam ad non recipiendum ordinem sufficientem dispensationem haberet, gl. in d. Clem. vt ij. qui in verbo annexi. possunt eligi ibi, vel alibi in prælatos, quia non est suspensio, sed subtractio certi iuris particularis, Imol. in d. Clem. vt ij. n. 13. Si non habent certum ordinem annexum, tunc in collegiatis secularibus, vel regularibus ecclesijs, vocem non habent etiam si ab alijs sibi concedatur, qui non est subdiaconus, d. Clem. vt ij. d. c. quicumque el. 2. ad actum, qui est expediendus, vt à priuatis, non à capitulo admittuntur, glossa in d. Clement. vt ij. in verbo in capitulo Et ibi An.

char. numero tertio Et quinto, Pan. in 6. vt puta ad collationem, optionemve in suo turno, perceptionem fructuum Vitalin. in d. Clem. vt ij. numero 16. Et 17. Garc. de benef. part. 3. cap. 4. num. 29. Et seqq. Gonzal. super reg. de mens. Et altern. gloss. 34. nume. 118. Et c. Inuiti ad sacros ordines non compelluntur, & compellens punitur, cap. 1. Et 2. 74. distinct. Et ibi gloss. mag. in summa. Verùm canonos attentè ponderant causas, recusationis ordinationum. Nam si recipit canonicatum, non intendens, ad sacrum ordinem promoueri, vt fructus ex eo percipiat, per aliquot annos, ipsum postea dimissurus, tenetur ad restitutionem fructuum eorundem, cum eos receperit fraudulenter, ille quoque, qui cum tali scienter contulit, ad seruandam ecclesiam indemnem obligatur, Pan. in c. relatum numero 7. de cleric. non resid. cap. commissa §. ceterum de elect. in 6. late Garc. de benef. part. 3. cap. 4. à numero 33. vsque ad finem. Quod si præfati ex solâ voluntate renuunt ordinari, propter utilitatem, vel necessitatem ecclesiæ, compelluntur ad sacros ordines, monitione, aut suspensione, præmissis, suscipere per amissionem locorû, & subtractionem beneficiorum, omni appellatione postposita, cap. quaris §. quod si pro solo hoc titul. cap. 3. Et 4. 74. dist. cap. displicet. 23. questione quarta. Aut allegant impedimentum temporale ex delicto suo non proueniens, & excusantur, ac possunt appellare, si excusatio non admittitur, a. g. l. 1. §. si quis tuor. ff. quando appellat. sic. Si per culpam suam ad talem statum peruenerint, priuantur beneficijs, & non compelluntur ad ordines; gloss. fin. inc. 1. hoc tit. c. cum in cunctis §. inferiora in fin. Et ibi gloss. in verb. si can. de elect. Idè obtinet, si ante adeptum beneficiû, in talem irregularitatem inciderint, qualitercumque, quia id in promotione suâ tacere non debuerant, cap. quando Et cap. si 24. dist. capite exposuisti de

Corp. vit. ord. & c. nisi cum pridem §. persona de renunciat. Si maioribus ordinibus, propter occulta sua delicta, fatentur se indignos, inferiores præferuntur eisdem, & nisi in alijs Ecclesiæ seruitijs, valdè viles fuerint, auferuntur, eis beneficia, & alijs conferuntur, *d. c. quæris §. statuente c. fin. 74. dist. late de his glo. mag. in summa 74. dist. & in c. licet canon. in verb. priuatus de elect. in 6 & ibidem DD.* Monachi
 12 † quilibet ad inuentionem abbatis, ad omnes sacros ordines promouentur excusatione legitima cessante, *Clem. ne in agro §. penult. de stat. monach.* quam si habet monachus, & non exauditur, supplicet, vel appellet ad superiorem abbatis, ad instar serui supplicantis contra dominum, *l. i. C. de presb. Imper. offer. c. de priore de appell. c. nullus de iurepat.*
 13 *Can. in d. clem. ne in agro §. penult.* facultates † de non promouendo præterquam in casibus in iure expressis, concessæ ad annum tantum suffragantur, *c. facultates el. 2. s. 7.*

De sacrâ vnctione.

Titulus XV.

S V M M A R I A.

- 1 Summi Pontificis caput chrisimate consecratur.
- 2 Imperatorem examinat, inungit, consecrat, & coronat Papa.
- 3 Reges quoniam inunguntur.
- 4 Regis brachium oleo delinitur.
- 5 Episcoporum caput & manus chrisimate delinitur.
- 6 Sacerdotum manus oleo inunguntur.
- 7 Christiani omnes his ante baptismum vnguntur oleo, & bis post baptismum chrisimate.
- 8 Ecclesia vititur vnctione cum consecratur altare, dedicatur templum, benedicitur calix.
- 9 Romanus Pontifex non vititur baculo.

EX electis, ordinandis, & præficiendis, quidam inunguntur, idè subiungit de

sacrâ vnctione. Caput † summi Pontificis chrisimate consecratur, quia personam capit in pontificali officio representat. Ius † 2 & autoritas examinandi personam, à septemuitis principibus Germaniæ electâ in regem Roman. & promouendam ad imperiû, ad summû Pontificem spectat, qui eum inungit, consecrat, & coronat, *c. venerabilem de elect. Restau. Castald. de imperat. q. 17. & seqq.* plurima sunt imperatori reseruata cumulara per Restatum Castaldum in tract. de Imperat. quæst. 110. Reges dicuntur propriè vngi, impropiè verò consecrari, sed Episcopi dicuntur propriè consecrari, & † 3 quatuor reges duntaxat de iure vnguntur, Hierosolomyarum à Patriarchâ, Francorum ab Archiepiscopo Rhemensis, Anglorum à Cantuariensi, & Siculorum ab Archiepiscopo Barenis, summo Pontifice, vel alio Episcopo, aut Cardinale, cui summus Pontifex pro tempore committit, vt constat ex historijs regni Neapolitani; alij verò non nisi ex priuilegio eis comperat, *Prob. ad monach. inc. 2. n. 3. & 4. de præbend. in 6.* Brachium † regis oleo delinitur, siue humerus 4 vel armus, in quibus principatus propriè designatur: *c. i. §. vnde in veteri hoc tit.* Caput † 5 & manus Episcoporum chrisimate delinuntur, per caput mens intelligitur, per manus opera, *d. c. i. in princ.* Sacerdotum † 6 manus oleo inunguntur. Omnes † Christiani 7 vnguntur bis, ante baptismum oleo benedicto, primum in pectore, deindè inter scapulas, & bis post baptismum chrisimate sancto, primum in vertice, deindè in fronte, *c. i. §. quia vero.* In confirmatione frons chrisimatur; *d. c. i. §. penult. c. i. §. fin. de cogn. spirituali in 6 & ibi gloss. in verb. frontis.* Item † 8 ecclesia vititur vnctione, cum consecratur altare, dedicatur templum, benedicitur calix, *d. c. i. §. fin.* Extremam vnctionem infir-

mo

mo conferre potest, Sacerdos solus, vel vno præsente clerico, *c. quasuit de verb. signif. c. visum & c. seqq. fess. 14.* damnato ad mortem non confertur, *Gemin. in c. super eo num. 6. de heret. in 6. Franc. Marc. quest. 10. num. 3.*
 9 part. 2. Romanus † Pontifex non vititur baculo pastorali, tum propter historiam sancti Martialis, quem Sanctus Petrus misit cum sancto Matthæo, ut dicit gloss. siue cum Beato Matere o qui fuit primus Treuirens. Archiepisc. ut dicitur Holtiens. Zab. & DD. ad Prædicandum in Germaniam, qui cum fratre, mortuus est, & redijt collega ad Petrum, cui Petrus ait, accipe baculum, & tangens eum die, ut in nomine Domini iurgat, & prædicet, & iuit, quadragesimo die, à mortis tempore, tetigit eum, resurrexit, prædicavit, & ita sanctus Petrus remouit à se baculum, & dedit subditis, tum propter mylticam rationem, quia potestatem accipit à solo Deo. *d. c. 1. §. fin. in fine.*

De sacramentis non reiterandis.

Titulus XVI.

S V M M A R I A.

- 1 Baptismus, ordo, & confirmatio non reiterantur, sed cautè suppletur, quod incautè fuit intermissum, cætera possunt reiterari.
- 2 Episcopi & superiores ieiuni conferunt sacramenta ordinis & confirmationis ieiunio & confessio, reliqua sacerdotes.

IN Sacramentis quæ reiterantur, si vnctio fit in eis, reiteratur vnctio, alias non reiteratur vnctio, ne iniuria fiat Sacramento prius collato, *c. ostenditur de consecrat. dist. 4. c. Sacramenta 1. quest. 1.* Sacramenta sunt septem, his versibus designata.

Abluo firmo, cibo, piget, vxor ordinat, vngit.

Ordo voluntatis ihorus est, dant quinque necessa.

c. veniens & ibi post gloss Pan. num. 1. ante fin. Host. in princ. & Can. de transact. Quæ reiterari possunt, & quæ non, sequens versus indicat, † Fons, ordo, chrisma, c. dictum & c. seq. de consec. dist. 5. non, cætera sunt reiteranda; in primis non est aliquid reiterandum, sed cautè suppleendum, quod incautè fuit intermissum, c. 1. & c. fin. & ibi Pan. in fine Butr. numer. 12. eod. & ibi late Bonik per totum, & quidem statuto tempore, ad huiusmodi ordines conferendos, d. c. fin. hostit. & cum eisdem solemnitatibus, c. 1. de sac. vnct. Sacramenta † ordinis, dictum est supra de temp. 2. ordin. & quali. ord. in prin. & confirmationis, c. 1. §. per frontis de sac. vnct. c. de his & c. manus de consec. dist. 1. ieiunio & confessio, ieiunio conferunt Episcopi & superiores; c. vt rerum & c. seq. de consec. dist. 5. reliqua Sacerdotes, baptisma quilibet virgente necessitate, c. ad limina 30. quest. 1. c. in necessitate de consec. dist. 4. imo etiam absque necessitate, sed tunc ei pœna venit imponenda, gloss. in d. c. ad limina in verbo cogente.

De filijs presbyterorum ordinandis vel non.

Titulus XVII.

S V M M A R I A.

- 1 Illegitimi non promouentur ad ordines vel beneficia.
- 2 Legitimi filij clericorum non assumuntur ad beneficia quæ patres immediatè habuerunt.
- 3 Cum illegitimo dispensat ius.
- 4 Summus Pontifex.
- 5 Episcopus ad minores ordines & simplex beneficium.
- 6 In dispensatione qua fit à Papa vel Episcopo exprimenda est species illegitimitatis, & eius qualitas.
- 7 Est odiosa & strictè intelligenda.

M 3

8. Legi-

- 8 Legitimi filij institutio in beneficio à patre immediate obtenta non valet, & pœna Episcopi conferentis ecclesiam paternam filio legitimo.
- 9 Successionis hæreditaria vitium purgatur dispensatione solius Pape.
- 10 Et intitulationem media persona.
- 11 Illegitimi filij clericorum beneficia ecclesiastica per eorum patres obtenta nullo modo, nec mediatè, nec immediatè possunt, obtinere.
- 12 Legitimus filius clericus potest in ecclesia, cui pater præest, vel præfuit, beneficium ecclesiasticum obtinere, ac præesse ecclesia in qua pater sine titulo ministravit.
- 13 In ecclesia seculari numerata in qua pater institutus est vel fuit non potest habere idem vel penitus simile beneficium, & distinguuntur tres casus.
- 14 In beneficio dissimili, à paterno, in eadem ecclesia potest institui.
- 15 In regularibus ecclesiis simul possunt esse monachi & Canonici.
- 16 Illegitimi filij clericorum in ecclesijs, vbi eorum patres aliquod beneficium habent, vel habuerunt, non possunt quodcumque etiam dissimile beneficium obtinere, aut in eis quoquomodo ministrare.

CRIMINA paterna, aut materna, non repellunt ordinandos, & præficiendos, quia nemò alieni criminis successor constituitur, l. crimen ff. de pœnis canonizat. in c. crimen 1. quæst. 4. l. sancimus C. de pœn. c. quasit de his que sunt à maior. part. cap. l. 2. vna fin. vers. nullam & l. spurij ff. de decisionibus, attamen ex varijs irregularitatibus impediuntur, inter quas est, vitium originis siue illegimitas, & successio hæreditaria; Dux in hoc titulo continentur prohibitiones, vna de filijs & illegitimis, non promouendis ad ordines vel beneficia quæcumque, c. 1. & fin. hoc tit. s. cum in cunctis de elect. c. consultuit de seru.

non ordin. 56. dist. in sum. & ibi gl. c. 1. & seq. propter dignitatem excellentiæ clericalis, detestationem paterni criminis, c. proposuisti & ibi gloss. in verbo filij 82. dist. c. priusquam 28. dist. & quia filij solent esse imitatores paterni vitij, c. litteras & ibi omnes notant c. ad abolendum hoc tit. Altera est, quod & filij legitimi non assumantur ad ea beneficia, quæ patres immediate habuerunt, c. quoniam c. ad extirpandas d. c. ad abolendum hoc tit. Successio hæreditaria in ecclesia Dei est detestanda, c. ex transmissa c. presentium hoc tit. c. ad decorem de inst. c. apostolica 8. quæst. 1. & ibi gloss. cap. proposuisti vers. quibus utique 82. dist. prætextu parentelæ, c. ad extirpandas hoc tit. aut prætextu obligationis, pacti, vel promissionis, c. detestanda & ibi post gl. fin. Can. c. ne captanda de conceß. præb. in 6. Ioan. de Anan. in c. accepimus & ibi Can. de pact. vel quocumque alio quæsito colore, cap. audiuimus de collus. deteg. c. vt paternæ §. ad hæc seß. 25. Filij etiam legitimus prohibetur intitulari, in ecclesia, in qua pater fuit immediate Vicarius perpetuus, vel Rector, quia ambo dicuntur intitulati, cap. ad extirpandas & ibi Pan. num. 4. & Can. Cum & illegitime natis dispensat ipsam ius, primo per subsequens matrimonium, qui verè legitimi effecti sunt, c. tanta & ibi gloss. 1. Pan. & Can. qui filij sunt legit. c. 1. ead. tit. & ibi D. D. §. fin. Inst. de nupt. §. quibus Inst. de hered. que ab intestato defert. 2. per ingressum religionis, vt tamen hi prælationem nullatenus obtineant, c. 1. & c. fin. hoc tit. & ibidem Can. 56. dist. in summa & ibi gloss. & c. 1. & c. nasci. & illegitima monialis non potest creari abbatissa absque dispensatione sedis apostolicæ, c. indemnitatibus §. sane & ibi gloss. in verb. canonica & 10. And. in lib. 6. Gemin. numer. 3. de elect. in 6. Felin. in cap. meminimus num. 4. de accus. Summus & Pontifex dispensat cum clerico sæculari ad sacros ordines, cap. 1. hoc tit. in 6.

in 6. & ibi gl. in verb. maiores Archid. & Can. ad dignitatem, personatum, beneficium, curatum, c. fin. & ibi glo. & Can. hoc tit. ac ad canonicatus in cathedrali ecclesia; Pan. in d. c. fin. sub num. 2. qui se distinguit, in dispensatione obtenta à sede apostolica, per illegitimum ut possit obtinere beneficia, personatus, dignitates, cum cura, vel sine cura, etiam si ad ea quis per electionem assumatur, non venit cathedralis ecclesia, nisi specialiter exprimat; c. quamuis 1. de preb. in 6. & ibi glo. & C. in Rot. decis. 1. h. tit. in antiq. Rot. decis. 2. hoc tit. in nou. & multo minus Episcopatus, Archid. in cap. 1. hoc tit. in 6. num. 5. licet se extendat ad beneficia iurispatronatus, quia per eam non præiudicatur patronis, sed inhabilis habilitatur, Lambert. de iurepat. in xj. art. 7. quest. princ. 1. part. 2. libri Achil. de 5. cis. 2. de concess. preb. Item ¶ dispensat Episcopus, ad minores ordines, & simplex beneficium, c. 1. hoc tit. in 6. Pan. in c. fin. sub numer. 2. hoc tit. Garc. de benef. part. 7. cap. 2. numer. 47. & seqq. Gonz. super reg. de mens. & alternat. gloss. 5. num. 98. & seqq. non tamen accessorie curarum, Butr. in c. 1. post gloss. n. 8. hoc tit. in 6. late Franc. in c. 1. num. 6. & 7. hoc tit. in 6. qui aliter sentit. aut cui annexus est sacer ordo, ex consuetudine, vel statuto, Pan. in c. fin. sub num. 2. vers. quandoq; vult dispensare ad beneficium hoc tit. Garc. de benef. p. 7. cap. 2. in 66. vnum, non plura, Franc. in c. fin. num. 4. hoc tit. in 6. & ibi Gemin. num. 8. & Can. communiter, in ecclesiis in quibus patres eorum, non sunt, aut fuerunt instituti; c. ad abolendum & ibi gloss. fin. c. cum decorẽm hoc tit. vt inferius dicitur, licet si que Episcopi super dispensatione huiusmodi datur plena fides, etiam si non habeant, ascriptum locum, in quo datæ fuerunt concurrentibus adminiculis, alex. and. in l. de pupillo §. qui nunciat. numer. 7. & 9. ff. de nou. oper. van. Achil. decis. 6. de prob. 10. And. in c. abbate sa-

ne num. 8. de re iud. in 6. In ¶ dispensatione 6 super illegitimitate exprimenda est species illegitimitatis, & eius qualitas puto quod natus sit, ex presbytero & soluta filia spiritali dicti presbyteri ex baptismo, seu confirmatione, & qualitas quæ inducit, nouum gradum affinitatis; alie qualitates delictum aggrauantes, non sunt exprimendæ, Host. in c. fin. num. 7. hoc tit. & ibi Pan. nu. 3. & Can. Rot. decis. 2. & 4. hoc tit. in antiq. Qualitas se fuisse natam ex soluto & soluta etiam expressa in gratia beneficij, quam quis petit canonizari, probatur per productionem dispensationis, in qua, narrando, se fuisse natum, ex soluto & soluta, fuerat dispensatum, & alleganti contrarium incumbit probatio; tum quia dispensationem obtentam impugnat, pro qua præsumitur, l. ab ea parte ff. de prob. gloss. in l. 1. in verbo cum ordine in fine C. de fid. instr. & iure fisci h. tit. lib. 10. & ibi DD. l. fin. C. de prad. min. Felin. in c. quomam contra sub nu. 37. vers. septima conclusio de fid. instrum. & ibidem DD. nu. 42. Achil. decis. 12. de prob. tum quia pro qualitate soluti & soluta status naturalis ad est, l. in bello §. facta ff. de capt. & postlim. reuersi. quacunque in fine ff. de pub. in rem action. Hæc ¶ dispensatio est odiosa, quia exorbitat à iure communi, & strictè intelligenda, d. c. 1. §. fin. hoc tit. in 6. cap. odia de reg. iur. in 6. Illegitimus dispensatus ad beneficium, etiam si ei incumbat cura animarum, prætextu huius dispensationis, vnum tantum beneficium poterit obtinere, d. c. 1. §. fin. hoc tit. in 6. quod si dimittat, aliud ipsius loco recipere non potest, quia ad pro primo beneficio, dicta dispensatio est sortita suum effectum, & receptio secundi non valet, c. non potest 2. resp. de preb. in 6. & ibi gloss. in verbo primis Archid. in d. c. 1. in fine hoc tit. in 6. Franc. numer. 14. & Can. Bald. in c. innotuit. num. 3. de elect. Rot. decis. 1. hoc tit. in nou. Crescent. decis. 1. de reb. eccles. non

non alien. dicit illud procedere propter stylum Curia. imò si dispensatus sit ad archidiaconatum, dignitates, & beneficia se inuicem compariantia, vt ea recipere possit & obtinere, nõ potest acceptare beneficium, quod vellet retinere, dimittendo primum, *Gemin. in d. c. x. §. fin. sub num. 3. & c. in sine gl. per illam decretalem §. hoc tit. in 6. Achil. decij. 4. de concess. preb.* Dispensatus ad minores, seu sacros ordines, non videtur habilitatus ad beneficium, nisi in dispensatione sit expressum, *c. fin. hoc tit. & ibi Franc. in 1. not. Gemin. num. 1. Garc. de benef. p. 1. c. 6. n. 7. & plurib. seqq.*

8 Institutio ¶ filij legitimi in beneficio, à patre immediatè obtento, non valet, *c. presentium c. conquerente c. ad abolendam & c. ad extirpandas hoc titul.* Episcopus qui scienter ordinat, aut confert filio sacerdotis legitimo, paternam ecclesiam, exindè eum remouere non potest, si ignoranter, non potest eum remouere, donec in alià ecclesia sibi prouiderit, vndè honeste valeat sustentari, *c. veniens hoc tit.* quia indignum est, vt ipse, postquam in sacris est ordinatus, omninò debeat ecclesiastici beneficij prouisione carete. *c. proposuit hoc tit. 7. dist. c. 1. & 2. c. episcopus de preb. Idè obtinet in institutione nepotum, & cuiuslibet eorum, quibus est ius succedendi. gloss. 1. in d. c. ad extirpandas 8. quest. 1. c. apostolica & ibi gloss. quandò mortuus est filius, alias non; cū in primo casu nepos ad successionem veniat, in secundo non: *Auth. in successione C. de suis & legit. §. siu autem iustit. de hered. qualit. & differ. Innoc. in d. c. ad extirpandas Host. in c. ex transmissa num. 8. hoc tit. quod Ioan. And. controuertit in d. c. ad extirpandas numero 6. & ibi Anchar. vers. querit gloss. Zab. in 1. quest. Pan. num. 8. nec non collateralium, si iure successionis petant; c. apostolica 8. quest. 1. c. ad decorem & ibi gloss. in verb. hereditario de inst. c. venerabilem §. penult. de elect. Innoc. in d. c. ad extirpandas, ac etiam pa-**

rentum & ascendentium institutione, in beneficio immediatè obtento à filio; quia habet ius succedendi filio, licet turbato ordine, *l. nam et si parentibus C. de inoff. testam. & in beneficialibus generaliter prohibetur successio, d. c. apostolica c. presentium ubi nullatenus patiaris hoc tit. & ita tenet Host. in d. c. ad extirpandas num. 9. licet Pan. in d. cap. ex transmissa num. 7. contrarium tenent & ibidem Zab. in secunda q. Card. Seraph. decif. 1442. sub num. 10. Purgatur ¶ vitium hereditariæ successionis dispensatione solius summi Pontificis; super quo Legatus à latere dispensare non potest, *c. dilectus & ibi gloss. & DD. hoc tit.* quia non potest dispensare contra Concilium, *c. ad extirpandas & c. fin. hoc tit. c. dilecto de preb. & purgatur ¶ intitulatione mediæ personæ, inter patrè defunctum, & filium, d. c. ex transmissa, etiam si alter filius, fraterve suus dispensatiuè tamen fuerit mediæ persona, in beneficio illo, Botch. in c. nimis sub num. 22. hoc tit. post Host. à se allegatum. Clemens Papa septimus d. cap. ex transmissa. quæ est constitutio Alexandri III. & ex communi Doctorum opinione, loquitur in filio legitimo, Zab. in d. c. ex trans. in 1. q. Card. Seraph. decif. 1442. num. 7. in fine, extendit ad illegitimos filios clericorum, per constitutionem suam in Bullario 36. quæ incipit, *ad canonum conditorem, & c.* statuitque ¶ presbyterorum filios ex fornicatione natos, beneficia ecclesiastica per eorum patres obtenta, nullo modo, nec mediatè posse obtinere, quæ est in viridi obseruantia, *Achil. decif. 1. hoc titul.* Legitimus ¶ filius clerici potest in ecclesia, cui pater præest, vel præfuit, beneficium ecclesiasticum obtinere, *c. ad hoc & ibi DD. c. cum decorem hoc tit. Butr. in c. ad abolendam num. 5. & ibi Ioan. de Anan. num. 1. hoc titul.* ac potest præesse ecclesia in quâ pater sine titulo ministravit, *c. constitutus hoc tit.* In ¶ ecclesia seculari numerata, in quâ pater institutus est,**

est, vel fuit, non potest habere idem, vel penitus simile beneficium; quia filius legitimus repellitur, non propter aliquam irregularitatem, sed ꝑ prohibetur succedere in eodem vel simili beneficio, cum obtento à patre, *d. c. ad hac & ibi Hostien. in fine Cald. conf. vnic. in fine hoc tit.* quia in ecclesia Dei, non solum prohibetur successio hæreditaria in beneficijs, sed etiam quasi successio: *cap. ex transmissa c. presentium hoc tit. c. ad decorem de Inst. c. apostolica 8. quest. 1.* & distinguendi sunt tres casus. Primus est, quando in ecclesia est certus numerus canonicorum, & sunt distinctæ præbendæ, ita vt quilibet canonicus habeat proprios agros, vineas, prata, redditus separatim assignatos pro sua præbenda, & potest canonici filius legitimus obtinere quemcunque ex canonicatibus, præterquã canonicatum obtentum à patre, *Cal. d. conf. vnic. circa finem hoc tit. Host. in d. c. adhuc in fine & ibi Bell. sub num. 2.* Secundus est casus, quando in ecclesia non est certus canonicorum numerus, nec sunt distinctæ præbendæ, qualis ecclesia dicitur receptiua, & poterit filius canonici recipi in canonicum, *Zab. in d. c. adhuc in 1. oppos. Bellam. sub num. 2. Pan. circa finem Host. num. 3. Pan. in d. c. ad abolendam sub nu. 1.* quia in ea non datur vacatio aut successio; nam cum recepto in canonicum, nascitur ius quoddam nouum, quod desinit, & extinguitur cum defuncto, *c. dilecto §. præterea licet de præb.* Tertius casus est, quando in ecclesia est certus canonicorum numerus, & non sunt distinctæ præbendæ, *c. fin. §. præterea ibi cum forsan esset de concess. præb. in 6. cap. statuimus & ibi gloss. in verbo potiore in fine & DD. de maior. & obed. gloss. in c. ex parte in verbo distincta de concess. præb.* & legitimus filius canonici non potest fieri canonicus in ecclesia, in qua pater est, vel fuit canonicus; & qui tales canonicare præsumperit, à suis

Summa in Decretales.

beneficijs suspenditur, *c. ad abolendam & ibi post gloss. Pan. & DD. Pan. in d. cap. cum decorem in 2. not. hoc tit.* quia canonicatus obtentus à patre, & canonicatus de quo filio providetur, sunt penitus similes, *c. ad abolendam & ibi Pan. sub num. 1. circa fin. Host. num. 1. & 2. Ioan. de Anan. num. 1. hoc tit. Pan. in c. ad decorem in 2. not. hoc tit.* Eadem ratione, filius non potest habere Vicariam, in ecclesia in qua pater proximò personatum habuit, *c. Michael. c. ad extirpandas hoc tit.* & quia canon pœnam imponit, ordinario circa factum, cenletur illi prohibere dispensationem, *Pan. in d. c. ad abolendam num. 3.* In beneficio dissimili, à paterno, in eadem ecclesia potest institui, *c. adhuc & ibi Pan. & Can. hoc tit.* ac potest illi pensio super beneficio, à patre obtento, & resignato, reseruari, *Parif. de resig. lib. 7. quest. 2. num. 108. & seqq. G. de pens. quest. 86. num. 8. Mandag. in tract. designat. gratie titul. dispens. ad beneficia in ecclesia in qua pater. vers. quæro.* In ꝑ regularibus ecclesijs, pater & filius bene possunt simule esse monachi, aut regulares canonici, *56. dist. in summa & ibi gloss. in d. cap. ad abolendam in verbo in secularibus.* Illegitimi ꝑ filij clericorum in ecclesia, cui patres præ- sunt, non possunt ecclesiasticum beneficium obtinere, *c. cum decorem hoc tit.* cum indecorum sit, vt in altaris officio, illegitimus filius impudico patri ministret, in quo Dei filius æternò patri victimatur, iure decretalium, dispensatiue mortuis parentibus, in ecclesia paterna solent ad beneficia promoueri, quia cessat suprascripta ratio, *Host. in d. c. ad abolendam sub num. 2. & ibi Pan. num. 4. Zab. in 2. quest. & Can. communiter.* Ex decretis Concilij Tridentini, in ecclesijs, vbi eorum patres, aliquod beneficium habent, vel habuerunt, aut etiam solam sedem in choro, ratione dignitatis, quam in alia ecclesia obtinebant, etiamsi pater actu nunquam se-

N

disset

differ in dicta sede, *Garc. de benef. part. 7. cap. 3. num. 66. & seqq.* non possunt quodcunque etiam dissimile beneficium obtinere, nec in dictis ecclesijs, tanquam musici simplices canere, aut quoquo modo ministrare, canendo versiculum vel collectam, *Garc. de benef. part. 7. c. 3. num. 68. & seqq. Nau. conf. 1. in 17. quest. de const. nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt habere: super iis quæcunque dispensatio subrepticia censetur. Verum pater habens pensionem cum facultate transferendi, super fructibus beneficii quod non obtinet, vel alias obtinuit, potest illam transferre in filium illegitimum: *Gig. de pens. quest. 86. Paris. de resignat. lib. 6. quest. 4. nu. 18. Gonz. il. super regul. de mens. & altern. gloss. 5. §. 5. num. 22. & seqq. Garc. de benef. part. 7. c. 3. num. 32. & seqq.* Ad hæc reciproca resignationes, quæ à parentibus clericis, in fauorem filiorum fiunt, vt alter alterius beneficium consequatur; in fraudem canonicarum sanctionum, factæ omnino censentur; nec collationes secutæ, aut possessio triennalis pacifica, ipsis clericorum filiis suffragantur, c. vt paterna sess. 25. *Garc. de benef. part. 7. cap. 3. numer. 13. & seqq. & numer. 88.* Vnde inferri videtur, quod filius illegitimus clerici, & pater non possunt simul esse monachi, & regulares canonici, in eodem monasterio siue ecclesia; propter generalitatem rationis d. c. vt paternæ in continentia memoria à locis à Deo sacratiss, quos maxime; unitas sanctitatisque decet, longissime remoueat. *l. fin. ff. de hered. inst. l. titia §. idem respondi ff. de verb. oblig. & propter verba in dictis ecclesijs quoquo modo ministrare, quæ comprehendunt omnem modum qui excogitari posset. *l. in fidei commiss. §. nonnunquam & ibi Bald. ff. de vsur. l. quidquid C. arbitrium iur. l. quidquid astringenda ff.***

*de verb. oblig. & est melior textus in l. his solis ff. de condi. indeb. Nepos legitimus ex filio illegitimo non comprehenditur sub hoc decreto Concilij Tridentini, *Nau. conf. 9. & 10. hoc tit. Garc. de benef. part. 7. cap. 3. numer. 21. & seqq.* & cum loquatur de filijs non extenditur ad patres, late *Card. Seraph. decis. 1442. vbi explicat cap. 16. sess. 25. Garc. de benef. part. 7. cap. 3. nu. 28. & seqq.**

De seruis non ordinandis & eorum manumissione.

Titulus XVIII.

S V M M A R I A.

- 1 Serui quare prohibeantur ordinari.
- 2 Seruus ordinatus, an fiat liber distinguendi sunt plures casus, an volente & sciente Domino sis ordinatus.
- 3 Domino contradicente.
- 4 Domino ignorante.
- 5 Facilitate sua, an calliditate vel malitiosè.
- 6 Ad seruum, ordinatum clericum sacularem, repetendum, Domino datur annus Triennium, si factus fuit monachus.
- 7 Dictaque vendicatio contra ecclesiam & monasterium est proponenda coram iudice ecclesiastico.
- 8 Liberti, originarij, Curiales, obligati alicui conditioni, tributo seruis, obligati ad seruitia personalia ordinari prohibentur.

Secundo promouendos repellit conditio personæ, c. 1. & 2. c. consuluit hoc tit. idè ponitur de seruis, non ordinandis, &c. Præteritis eis, quæ traduntur in institutionibus imperialibus, lib. 1. tit. 3. de iuro personarum, tit. 6. quibus ex causis manumitt. non licet, &c. tit. 8. de his qui sui vel alieni iuris sunt. Ratio huius prohibitionis est; seruis utilitas, clericalis dignitas, c. admittuntur c. de seruatorum in sine c. generalis §. 4. dist. & quia ordinati, sine manumissione, frequentius in seruitutem

eutem reuocantur; quodque infirmari, vel vituperari potest præcaueri debet, *d. c. 1. & 2. c. ex antiq. & c. seq. 54. dist.* Servus ꝑ volente, *d. c. 1. & 2. c. quicumque 54. dist.* aut sciente & non contradicente domino, in clero, siue ad minores, siue ad maiores ordines ordinatus, aut monachus factus, *c. qui vere 16. q. 1.* ex hoc ipso liber & ingenuus est, *c. si seruus sciente 54. dist.* potest dominus in seruo, quem manumittit, retinere operas spirituales in ipsa ordinatione, non postea: quia rei sacre non imponitur seruitus: & si ordinatus eas non præstiterit, degradatur, Domino redditur, & nullo priuilegio clericali gaudebit ulterius, quoad dominum: *c. nullus hoc tit. & ibi gloss. fin. Pan. & DD.* Item ecclesia à se manumisso apponit quædam pacta; *c. eo libentius c. de famulu hoc tit. & ibi Pann. & DD.*

3 Domino ꝑ contradicente ordinatus, seruus remanet, & Domino restituitur, quod omnes Doctores fatentur, vbi non est Sacerdos; nam in tali casu Diaconus amittit potestatem dandi Vicarium; *c. quis aut leges & ibi gloss. fin. 54. dist.* Quando est factus Sacerdos, controuersia est, an Domino sit restituendus *gloss. fin. in c. 2. hoc ritul. & ibi DD. Archid. in c. frequens sub num. 1. Propos. num. 3. 54. dist. & ibi Gemin. sub num. 2.* Tutius est vt Sacerdos non restituatur Domino, propter ordinem Sacerdotij, qui liberat à seruili conditione, *c. frequens in fine 54. dist.* Ignorante ꝑ Domino promotus ad minores ordines, deponitur, & reuocatur in seruitutem; *d. c. frequens vers. Leontium c. ex antiquis vers. fin. c. de rebus in fine 54. dist.* Ad maiores ordines promotus, si quidem Episcopus aut examinatus sciuerint, quod sit seruus, statim fit liber, in officio clericatus permanet, & Episcopus, vel præsentator tenentur Domino date duos seruos æquè bonos; *c. si seruus absente 54. dist.* Episcopo verò & examinatore

ignorantibus Vicariū præstat, quem si præstare non potest, deponitur, & redditur Domino, *c. ex antiquis vers. Diaconus & c. de rebus 54. dist.* Vt eius conditionis sit, cuius fuerat ante ordinem susceptum: *c. nulli d. c. frequens vers. Leontium cap. generalis 5. magnis 54. dist. d. c. ex antiquis ibi eliminati prorsus & exuti religio- so priuilegio, eodema priuilegio gaudet subdiaconus, c. pen. hoc tit.* Sacerdos statim liber fit, seruit Domino in diuinis officijs, mulctatur peculij sui amissione, quoad vsū, *c. ex antiquis vers. & ideo fratres d. c. frequens vers. fin. d. c. de rebus gloss. fin. in c. 2. hoc tit. & ibi late Pan. & Can.* Præfata procedunt ꝑ quando sua facilitate seruus se fecit ordinari, si vero malitiose & calliditate corruptis, aut conductis testibus, debet Domino restitui, etiam si ad sacros ordines fuerit promotus, absque vllâ distinctione, *c. de seruorum 54. dist. c. de seruorum hoc tit. & ibi Pan.* Datur ꝑ 6 Domino, ad repetendum seruum sæcularem clericum ordinatum, annus, qui currit, non à tempore ordinationis, sed à tempore scientiæ, *gl. in c. si quis sciente in verbo vnus 54. dist.* Si verò factus fuerit monachus, triennium; vltra triennium remanet monachus liber; *d. c. si quis sciente 54. d. ratio diuersitatis est quia clerici sunt in publico, monachi vero, sunt in claustro.* Ac rei vendicatio ꝑ contra ecclesiam, siue monasterium, in quo seruus est ordinatus, proponenda est, corâ iudice ecclesiastico; *d. c. ex antiquis d. c. freq. c. generalis ibi rogatur 2. pro statu militancium sibi condiciones rogari 54. dist. c. designata 50. dist. & 53. dist. in summa,* qui omnes quæstiones incidentes, an seruus sit in possessione libertatis, an non, an sit fugitiuus, an non bonæ fidei, vel malæ fidei, examinare & terminare debet, antequam agatur de proprietate serui, ratione priuilegij ordinis, quia in spiritualibus nec incidenter, nec principaliter,

potest laicus iudex huiusmodi cognoscere; *c. tuam de ord. cog. c. lator. qui filii sint legit. cognoscere vero potest summariè an sit clericus, c. si iudex de sent. excomm. in 6. gl. mag. in d. c. frequens in verbo diluere & ibi Archid. n. 4. & 5. Prapof. in fine & Can.* Quisquis Episcopus vel presbyter, & Diaconus, vel eorum, qui monasterijs præse nescuntur, huiusmodi personas, apud se tenentes, non restituendas Dominis, aut deinceps vel ecclesiæ seruituti, vel religionis congregationibus putauerint applicandos, periculū proprii honoris, communionisque se non ambigant subituros, *c. generalis 54. dist. Eadem ratione liberti, c. pen. vers. fin. 54. dist. originarij, d. c. frequens in princip. curiales. c. legem 51. dist. obligati alicui conditioni, tributo seruili, patrocinio domus cuiuslibet, c. si quis obligatus 54. dist. in c. manumissi retento obsequio, vel operis, cap. quicumq. vers. fin. c. qui ex famulis vers. fin. c. fin. 54. dist. Vt asalli angarij & parangarij obligati ad seruitia personalia, Afflic. in constit. Neapol. lib. 3. rubr. 6. n. 11. & seq. homines talia biles, Guid. Pap. q. 312. cum pri. qq. seqq. Boer. decis. 131. sub n. 8. in fin. & nu. 9. & seq. Ioan. Faber in §. de testib. n. 2. Instit. de testam. homines proprii, Gail. de pignorat. obser. 8. numer. ; & de arrest. Imper. c. 8. num. 82. Zas. sing. resp. lib. 1. c. 3. & sing. resp. c. 7. lib. 2. num. 8. & c. 12. ac cons. 19. num. 3. & seqq. vol. 2. non possunt ordinari; nisi eorum petitio aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi potestatis in eos vendicant, ne quando uoluerint eorum Domini, fiant ex clericis serui, c. 1. & c. quicumque in fine dist. 54. Adscriptitij possessionibus, etiam præter voluntatem dominorum, clerici fieri possunt, ita tamen, ut clerici facti, impositam sibi agriculturam adimpleant, c. si seruus sciente vers. fin. 54. dist. In Germania adscriptitij non promouentur nisi postquam prece vel pretio à Dominis libertate donati sint, Gail. de arrest. imper. cap. 8. num. 82.*

De obligatis ad ratiocinia ordinandis vel non.

Titulus IX.

S V M M A R I A.

1. Ratiocinia obligati ex generali administratione, quare prohibeantur ordinari.
2. Ad ratiocinia obligati ex procuratore vnus negotii non prohibentur ordinari.
3. Ad ratiocinia obligatus perseverans in officio, quando possit ordinari.
4. Ad ratiocinia obligatus, post depositam administrationem, non potest ordinari, si publica sint ratiocinia.
5. Si priuata sint, distinguendum est an sibi quaestiamoueat in ipsa promotione, vel non.
6. Ad Ratiocinia obligati & ordinati contra prohibitionem eius, cuius bona administravit, pœna.

TERTIO Promouendum impedit obligatio ex generali administratione, c. primo hoc tit. ubi procuratores, actores, executores, curatores & ibi Zab. in 3. oppos. ad ratiocinia, 53. dist. in summa & c. 1. quæ sunt redditiones rationum, ad quas aliquis obligatur ex administratione reipublicæ, cap. 1. 53. dist. d. c. 1. hoc tit. vel priuata, c. magnus 54. dist. d. c. 1. hoc tit. quia præsumptio est contra eos, quod non transeant ad clericatum, voto religionis, sed ut fugiant ratiocinia dominorum suorum, 53. dist. in summa 5x. dist. in summa & ibi glos. vniuersum etiam quia si ante liberationem, siue redditam rationem negotiorum, vel officiorum suorum, fuerint ordinati, ecclesia infamatur, cap. 1. hoc tit. ac potest episcopus eos repellere ex officio, sicut quemlibet criminolum, c. infames 6. quaest. 1. ac quilibet potest contra eos opponere, si fuerint administratores pupillorum, vel absentium, secus si aliorum

liorum presentium. *Anchar. in d. c. 1. in 5. not. hoc*
 2 tit. Obligati ex ꝑ procuracione vnitis nego-
 tij, *Zab. in c. vnico hoc tit. q. 8. in fine & ibi Can.*
 aut ex causa mutui, vel simili, non prohiben-
 tur ordinari, *Anchar. in cap. 3. in 3. notab. in fine*
hoc tit. l. rescripto in princip. vers. ceterum ff. de
 3 *mun. & honor.* Obligatus ad ꝑ ratiocinia, per-
 seuerans in officio sœcularium personarum,
 non miserabilium, non potest ordinari, c. 1.
 §. *conduçtores c. 2. & c. sed nec procuraciones ne cle-*
ric. vel monach. 21. quest. 3. in summa & c. 1. & 2.
 si verò persona, cuius administrationem ge-
 rit, sit ecclesiastica, vel sœcularis & miserabi-
 lis, vt pupillus, vidua, cæcus, tunc poterit
 ordinari, c. *peruenit 86. dist. c. iudicatum 89. dist.*
c. in noua 16 quest. 7. quia omnes ecclesiastici
 ad tutelam miserabilium personarum tenen-
 tur, d. c. *peruenit & ibi glos. pen. c. 1. & c. episcopus*
 4 *gubernationem 88. dist. P*ost depositam ꝑ admi-
 nistrationem, si publica sint ratiocinia, ordi-
 nari non potest antè redditam rationem, l.
officiales C. de episcop. & cleric. l. rescripto in princ.
vers. debitores ff. de mur. & honor. l. fin. C. de debit.
ciuit. lib. xj. nisi pignora aut fideiussores ido-
 neos dederit, d. l. *rescripto in princ. vers. debitores*
 l. 1. C. *de debit. ciuit. lib. xj. & ibi glos. & DD.* quia
 obligatus reipublicæ ex administratione res-
 5 pellitur ab honore: si verò sint priuata ꝑ ra-
 tiocinia, & nulla sibi moueatur quæstio,
 tunc poterit ordinari, c. *primo, hoc tit. c. mag-*
nus 53. dist. si illi mora sit, aut moueatur quæ-
 stio in ipsâ promotione, siquidem de dolo,
 aut perfidiâ, non debet ordinari antè finem
 litis, arg. è *illud 23. distinct. l. reum C. de procur. &*
 potest præfiniri certum tempus, intrâ quod
 causa decidatur, l. *titi a ff. de accus. l. diffamari C.*
de ingen. manum c. cū inhib. de claud. despons. c. la-
tor. qui filii sint legit. si de culpâ tantum, pote-
 rit ordinari non obstante reclamacione eius,
 cuius administrationem gerit, quia lis su o-
 marte decurret, etiam sub eodem iudice, l.

cum quadam de iurisd. omn. iud. cap. proposuisti de
foro compet. late Pan. in 1. numero quarto & quin-
to, hoc tit. & ibidem Anch. Administrator,
 6 *contra ꝑ prohibitionem eius, cuius bona*
 administrauit, promotus ad clericatum,
 non deponitur, sed bona sua cedent ei in so-
 lutum, quæ si non sufficiant, episcopus ei te-
 netur; quia abstulit administratori occasio-
 nem, negociandi, & quærendi de nouo, c. *for-*
nicari 88. distinct. gl. penult. in cap. 1. hoc tit. quam
ibi approbat. Butr. numero 14. Pan. nume. 7. item
 administrator promotus, satisfaciatur de bo-
 nis, quæ sibi post clericatum obueniunt, vel
 ex opere, aut artificio, quod potest exercere
 absque officii sui detrimento, c. *clericus 91. dist.*
Zab. in c. 1. quest. hoc tit.

De corpore vitiatu ordinandis
vel non.

Titulus XX.

S V M M A R I A.

- 1 Vitium corporis triplex, Debilitatio, mutilatio,
deformitas.
- 2 Vitiatu sponte in quocumque membro etiam di-
gito repelluntur à promotione, & deiciuntur
iam promoti.
- 3 Vitiatu casu, qui operi licito insisterant, inuiti,
vel à medicis, in minimis membris siue oc-
cultis ordinantur.
- 4 In magnis & manifestis membris indistincte non
ordinantur, & deiciuntur iam pro-
moti.
- 5 Membrum magnum quod intelligatur.
- 6 Sacerdotis qui se præcidit pena.
- 7 Cum vitiatu corpore dispensat Papa.
- 8 Epilepsia, siue morbus caducus, arreptio à dama-
no, & qualibet elatio incurribus vexationis,
impediunt promotionem ad ordines, & iam
promotum suspendunt.
- 9 Non inhabitant ad simplex beneficium aut

N 3

Cane

Canonicatum in minus insigni ecclesia.

10 Non priuant beneficiis obtentis.

11 Lepra deicit inferiores prelatos, non episcopum.

QUARTO Impedimentum præstat ordinationi, corporis vitium, quod triplex est, ex debilitatione, mutilatione, deformitate. Debilitatus est qui membrum habet, sed inefficax, vt oculum cæcum, manum aridam; Mutilatus, qui aliquo membro caret, *Franc. in cap. fin. numero 2. & 3. de homicid. in 6. Pan. in c. 1. n. 8. & 9. qui clerici vel vouent.* Deformis est, qui enorme habet vitium in principalibus membris, ut in oculo, manu &c. pariens scandalum, quod multum consideratur, & relinquitur arbitrio promouentis, *c. 2. & ibi Pan. in 2. not. & c. fin. hoc tit. ratio prohibitionis est, impotentia deseruendi in diuinis, & scandalum ex deformitate proueniens. cap. presbyterum de cleric. agrot. vel debilit. c. fin. 55. dist.* Spontè ¶ vitiatum in quocumque membro, etiam digito, qui non est membrum, sed officium membri, *l. non sunt liberi & ibi gl. & DD. ff. de stat. homin. l. item offilius ff. de edil. edict. repelluntur à promotione, & deiciuntur iam promoti; quia sunt sui homicidæ, & Dei conditioni inimici, c. penitentes vers. fin. c. si quis c. hi qui c. qui partem in princ. c. si quis à medicis 2. respons. cap. si quis pro aegritudine 2. resp. 55. dist. siue indignatione aliquâ, siue iusto vel iniusto timore superati se truncauerint, cap. maritum vers. nec illum 33. distinet.* Casu vitiatum præsertim ¶ dum operi rustico, aut alteri licito curam impendunt, *c. qui partem secundo, resp. c. præcepta 55. dist. vel ab hostibus, vel à dominis inuiti, propter aegritudinè à medicis, vel se ipso, enuchus natus, promouentur, & si in clerico inuenti sunt, non abijciuntur, c. qui partem vers. fin. c. si quis à medicis in princ. & si me c. enuchus cap. si quis pro aegritudine C. si quis in infirmitate & lator 55. dist. c. 3. & 5. hoc tit. Pan. in c.*

fin. hoc tit. de cleric. agrot. vel debilit. quando sunt vitiatum in minimis membris, siue occultis, c. fin. hoc tit. c. qui partem 2. resp. c. enuchus c. præcepta 55. dist. vt si amississet digicum, c. 1. hoc. tit. excussus fuisset dens, l. cui dens ff. de edil. edict. si insitebant operi illicito non promouentur, & promoti repelluntur, c. 1. de etat. & qualit. & c. & ibi gl. fin. Pan. in c. fin. hoc tit. vt adulter, cui à marito mulieris, cum qua deprehensus fuerit, vel à iudice in pœnam virilia fuerunt amputata, Garc. de benef. part. 7. cap. 22. num. 8. & seqq. & is, qui cognouerit mulierem infectam morbo gallico, ex cuius contagione amissit membrum genitale, Garc. de benef. part. 7. c. 12. num. 16. & seqq. de misericordia & dispensatione in cæteris officijs, excepto eo, ad quod redduntur inhabiles, propter debilitatem, aut deformitatem membri, c. presbyterum & ibi Pan. & Can. de cleric. agrot. & debilit. tollerantur cap. 1. hoc tit. vitiatum in ¶ magnis, aut manifestis, in distinctè, nullo casu excepto, c. si euangelica vers. nam illi 55. distinet cap. non confidat 50. dist. Garc. de benef. part. 7. cap. 12. in princ. & n. 22. & 29. & seqq. non promouentur, & deiciuntur promoti, d. cap. præcepta 5. fin. & 55. dist. c. si euang. eadem, vt si casu oculum amiserit, aut ab inimicis sit eructus, d. c. præcepta 5. fin. & c. seq. 55. dist. Magnum membrum intelligo ¶ in quantitate vt manum, c. exposuisti hoc tit. priores digitos manus, propter quorum amissionem impediatur ad frangendum eucharistiam, c. presbyterum de cler. agrot. vel debilit. l. idem offilius ff. de edil. edict. ac in decore, vt oculum, nasum, c. præcepta 5. fin. c. fin. 55. dist. de benignitate canonica potest Episcopus cum eis dispensare, vt ministrent in officio, ac in illis actibus susceptorum antea ordinum, ad quos propter debilitatem, ac mutilationem non sunt redditi inhabiles, ac eis præbendas vel aliud beneficium.

ciam, cui non sit annexus ordo, ad cuius officium inhabiles sint, conferre. *Pan. in c. fin. Paulo ante finem hoc tit. c. 2. & ibi Pan. & Can. de cler. agrot. vel debilit.* Quod si credens se obsequium præstare Deo † Sacerdos fecit, sine causa, sibi virilia amputari, summo iure deponi debet, quod iniusto errore superatus seipsum absciderit, *c. si quis absciderit c. qui partem 55. dist. c. maritum 34. dist. cum nemò sit dominus membrorum suorum, l. liber homo 1. resp. ff. ad l. aquil.* ex dispensatione episcopi, vel Papæ poterit officium tuum sacerdotale absque altaris ministerio exercere, & sic poterit baptizare, in extremis vngere, aquam benedicere, pœnitentiam dare & c. Missam dicere non poterit, nec secundum Hostiensem, tanquam Diaconus, aut subdiaconus accedere ad altare, *c. significavit & ibi gloss. & Host. & Can. Zab. in d. c. significavit.* tenet contra Hostiensem, quia dictus canon prohibet tantum ministrare sacerdotale officium in altari. Regulariter nulla deformitas impedit promotionem nisi sit in iure expressum, quia edictum de promovendis est prohibitorium, *c. 1. 49. dist. Zab. in c. 2. in 7. quest. hoc tit. & ibidem in 4. quest. & seqq. discutit singula corporis vitia late Bell. in c. 7. Thomas hoc tit.* Dispensat † cum corpore vitiatum summus pontifex, *Zab. in c. 1. in 3. not. & in c. significavit in 1. oppos. asserens ita servare Romanam curiam hoc tit. & Butr. numero octavo, & Ioann. Andr. & Pan. numero secundo, c. non confidat. 50. dist.* quando supplicans est absens, tunc committitur ordinatio, ut diligenter inspiciat defectum, de quo supplicatur: si est præsens in curia, ostendit se referendario defectum huiusmodi postea relato. *Staphil. de rescript. apost. in forma brevis d. in numero 1. 4. c. 2. de verb. signif. in 6. & ibi not. per gloss. Franc. & Can. Pan. in c. appofusisti in fine hoc tit.*

Præterea impediunt promotionem ad ordines, & iam promotum suspendunt, faciuntque hominem irregularem † epilepsia, 8 siue morbus caducus, arreptio à dæmone, & qualibet elatio incurribus vexationis, *d. c. communiter & ibi gloss. mag. & Can. c. clerici & c. vsque adeo 33. dist. c. cum inter canonicos & ibi Can. de elect. 10. de sel. in tract. de benef. part. 3. quest. 5. col. fin.* quia si corpore lauciatum, aut debilem, nequaquam sacra contingere, lex diuina permisit, quando magis doni cælestis dispensatores esse non conuenit, (quod est deterius) mente percussos, *d. c. vsque adeo in fine 33. dist.* irregularitas autem inducit inhabilitatem ad beneficia, *c. is cui de sent. excommun. in 6. Pan. in c. cum in nostris numero 22. de concess. præb. late Rebuff. de pacifica possess. num. 226. vers. 24.* quando beneficia requirunt aliquem ordinem: præter clericatum, laborans morbo caduco, non est † ipso iure inhabilis, & collatio ipsi de huiusmodi beneficijs facta, non est ipso iure nulla; quia morbus caducus non est delictum, *Butr. in c. pen. in 3. not. hoc tit. Caputaq. decis. 236. part. 2. ab obitento † beneficio non priuant. Pan. in d. c. cum nostris sub num. 22. de concess. præb. Pan. in c. ex parte num. 4. de cleric. agrot. an autem recuperata valetudine possint ministrare in suis ordinibus, vide gloss. mag. in summa 7. quest. 2. & Can. Cæteræ ægritudines non impediunt promotionem ad ordines, gloss. in d. c. communiter in cas. post. & ibi Can. 33. dist.* quia non sunt vitia propriè, gloss. in l. 1. in verbo morbi & d. sit sciendum l. ob qua vita ff. de edil. edict. nec numerantur in sorte malorum, *c. illa in fine 15. questione. prima, excepta † lepra, quæ deicit inferiores prælatos, non autem episcopum, c. tua de cleric. agrot. vel debilit. & ibi post gloss. Host. & Can. præpos. in summa 7. quest. 1. in 3. & 4. & ibi Can. nec in morbo, qui vsu, ministeriumq; hominis impediatur, in ordine*
ad

ad quem venit promouendus, aut corporale vitium vsque ad animum perueniat, eumque vitiet, *arg. l. 1. §. proinde §. interdum & l. ob. qua vitia ff. de edil. edict. arg. §. item propter aduersam Instit. de excus. tut. vel dubitetur de conualescentia, Pan. in c. cum inter el. 3. n. 2. de elect. Boick. ibidem nu. 3. Quarto sed ad beneficia simplicia aut canonicatum, & præbendam, in minus insigni ecclesia, quæ non requirunt ordinem.*

De bigamis non ordinandis.

Titulus XXI.

S V M M A R I A.

- 1 Bigami quare repelluntur ab ordinatione.
- 2 Bigamia triplex est, vera.
- 3 Interpretatiua.
- 4 Similitudinaria.
- 5 Bigami vere vel interpretatiue ordinati accipiunt characterem sed sunt nudati omni priuilegio clericali.
- 6 Prohibentur deferre habitum & tonsuram clericalem.
- 7 Bigami similitudinarie sunt priuati executione ordinum, non priuilegio clericali.
- 8 Cum Bigamis vere vel interpretatiue dispensat Papa.
- 9 Cum Bigamis similitudinarie interdum, Papa, interdum episcopus.
- 10 Episcopi ordinantis seruum, obligatum ad ratiocinia, corpore vitiatum, aut bigamum pena.
- 11 Cum episcopo dispensat solus Papa.

QVINTO Ordinando obstat bigamia, c. 1. hoc tit. 2. 6. dist. in summa & ibi glos. propter defectum † Sacramenti, c. debitum hoc tit. cap. arctius 2. 6. dist. aut effectum intentionis, cum opere subsecuto; diuisit enim carnem suam in plures, recedendo ab vnitate, c. nuper in fi-

ne c. à nobis in sine hoc tit. c. diuersis ibi quasi diuisus in duos de cleric. coniug. Anchar. in d. c. vnico sub num. 5. vers. quare hoc tit. in 6. ac propter prærogatiuam ordinum, c. vna 2. 6. dist. præsumptionem incontinentiæ, c. proposuisti 8. 2. dist. tum quia non habent frontem hortandi viduitatem & castitatem. d. c. vna 2. 6. dist. Triplex est, vera, † Interpretatiua, Similitudinaria. summa Angel. in verbo bigamia numero secundo, & seqq. Syluest. numero tertio, & summissa communiter Garc. de benef. part. 7. cap. 6. Vera contrahitur vno modo, quando quis successiue habuit plures legitimas vxores, & omnes cognouit, c. acutus & c. seq. 2. 6. dist. 6. debitum hoc tit. c. maritum 3. 3. dist. etiam si matrimonium nullum dicatur nam solum in hoc ponderatur, affectus cum opere subsecuto, Pan. in c. cam in apostolica sub. nu. 5. in sine de sponsal. & matr. Archid. in c. cognoscamus numero primo, 3. 4. dist. Rot. Farin. decis. 519. nu. 5. & seqq. Interpretatiua † duobus modis, quando 3 contrahit eum corrupta, & eam cognouit, c. 1. & c. de bigamis hoc tit. d. c. maritum 2. resp. etiam si virginem habuerit concubina, & eam postea ducat in vxorem: cap. si quis de laicis c. curandum c. precipimus 3. 4. dist. c. qualis 3. 0. quasi. 5. Ioan. An. in c. tanta numero tertio, qui filij sint legis. licet. glos. in d. c. qualis & gl. fin. in c. 2. de cleric. coniug. teneat contrarium ac Pan. in c. sane el. 2. numero quarto, de cleric. coniug. & glos. in verbo contraxerunt in c. vnico de cleric. coniug. in 6. contrahens cum virgine, prius ab alio desponsata, non cognita, non est bigamus; c. debitum hoc tit. c. presbyteri & c. fin. 3. 4. dist. secundo quando reddit debitum coniugi adulteræ, etiam si ignoret illam adulteram, aut debitum ad præceptum ecclesiæ reddat; c. si cuius & ibi gl. mag. & c. seqq. 3. 4. dist. Pan. in c. si vir. sub numero secundo, de adult. Pan. in c. 2. sub numero secundo, hoc tit. quia non quaeritur de vitio ordinandi, quo casu

requiretur scientia, sed de defectu sacramenti, quem ignorans potest pati, *Ioan. Andreas in d. c. 2. in gloss. super verbo scienter hoc tit. & ibi Can.* Idem obtinet cum clerico coniugato cum vnica & virgine qui vxorem suam quæ adulterata fuit notoriè & publicè ex post facto reconciliat & cum ipsa cohabitatur prius, quia censetur bigamus quo ad legem promotionis, sed non perdit priuilegium, concessum clericis coniugatis per c. vnicum de cleric. coniug. in 6. *Capell. Tholos. quest. 64. & ibi add. not. ant. DD. in d. c. vnicum de cler. coniug. in 6.* similitudinaria contrahitur ¶ quatuor modis, primo, quando quis contrahit cum Deo per votum solemne, postea contrahit matrimonium de facto, c. quotquot 27. quest. 1. secundo quando quis diuersis temporibus, habuit plures vxores, vnam de iure, alteram de facto, & eas cognouit, c. nuper hoc tit. & ibi gl. fin. & Pan. num. quarto, *Archid. in c. cognoscimus numero primo, 34. dist.* Tertio si simul habuit duas vxores, vnam de iure, alteram de facto, vel ambas de facto, & ambas cognouit: d. cap. nuper in princ. & vers. licet & ibi Pan. & Can. Quarto quãdo existens in sacris contraxit matrimonium; c. 1. & 2. qui clerici vel nouen. & c. iuncto c. erubescant & c. placuit 32. dist. c. decernimus 28. dist. c. à nobis hoc tit. c. diuersis ibi quasi diuisus in duo de cleric. coniug. c. fin. hoc tit. Plures concubinas tenens non est bigamus; c. quia circa hoc tit. Bigami ¶ verè, vel interpretatiue retinent characterem clericatus, & ordinis ante bigamiam suscepti, *Greg. xv. decis. 516. num. 9.* & post bigamiam contractam ordinati, accipiunt characterem, *Rot. decis. vnic. hoc tit. in nou. num. 6. Greg. 15. decis. 516. nu. 9.* sed sunt nudati omni priuilegio clericali, personæ, retum, fori: ita vt non possint esse Vicarij episcopi: *Franc. in d. c. vnicum in fine hoc tit. in 6.* fori secularis correctioni additi, contraria

Summa in Decretales,

consuetudine non obstante, & prohibentur, sub interminatione anathematis, ¶ de 6
ferre habitum & tonsuram clericalem: d. c. vnic. & ibi gloss. in verbo omni hoc tit. nisi fiant monachi, aut regulares, quia tunc gaudent priuilegijs vt monachi, non vt clerici, sed non possunt promoueri ad ordines sine dispensatione Papæ, dictumque *cap. vnicum hoc tit. in 6.* tantum habet locum in secularibus, non regularibus, *Franc. in d. c. vnicum num. 2. & ibi Gemin. num. 5. Anchar. num. 2. & Can. communiter,* Non debent ordinari vt dictum est, verum ordinati etiam in sacro ordine recipiunt characterem, habitumque ordinis, non executionem, & sunt sacro ordine priuandi, c. super eo hoc tit. & ibi Pan. in not. & Can. communiter. Similitudinariè ¶ bigami 7 non sunt priuati omni priuilegio clericali, sed executione ordinum, *Gemin. in c. vnicum num. 6. hoc tit. in 6. & ibi Franc. num. 5.* Solus ¶ Papa dispensat, cum verè & interpretati 8 uè bigamis ad maiores & minores ordines, ac super executione ordinum, absque præuia dispensatione, susceptorum: cum verè bigamo, ex potestate absoluta siue plenaria; cum interpretatiue bigamo ex potestate ordinaria siue iuridica: quia bigamiæ est coniuncta irregularitas, non de iure naturali sed ex iure positiuo: c. quicumque cl. 2. 50. dist. late *Rot. decis. vnic. hoc titulo in nou. qua iudicatur gloss. mag. in cap. secundo, in verbo dispensare & ibi DD. hoc tit. Staphyl. de rescript. apostol. in forma breui §. fin. num. 29.* & si quis ter, vel quater contraxit nuptias, non est necessarium id exprimere in dispensatione bigamiæ, *Nau. cons. 2. hoc tit. Garc. de benef. part. 8. cap. 3. num. 79.* Ac Papa dispensat vt cum viduali, quam duxit in vxorem, possit retinere pensionem, *Greg. xv. decis. 516.* Episcopi, & inferiores, cum bigamis non possunt dispensare, quia constitutio c. vnici, hoc

tit.

tit. in 6. est edita in Concilio generali Lugdunensi; *Franc. in d. c. vnico num. 4. hoc tit. post Ioann. And. & Can. Garc. de benef. part. 7. cap. 6. per tot.* tum quia ordinantes bigamum, contra prohibitionem canonum, puniuntur vt inferius dicitur; *Pan. in c. 2. in 5. not. hoc tit. Butr. in 5. not. Host. num. 1.* tum quia obstat prohibitio Concilij Tridentini: *c. vt sanctorum §. fin. 23. sess.* Cum ¶ bigamo similitudinario dispensat Papa, interdum Episcopi, nempe cum eo, qui existens in factis, contraxit cum virgine, nec aliam habuit vxorem in habitu laicali, vel in minoribus; quos Episcopi, dimissa vxore, absolutione obtenta, & peracta pœnitentia, nedam officio suo restituere, eiusque executionem, ex indulgentia, permittere possunt; sed etiam ad altiores ordines promouere, *c. sane el. 2. de cleric. coniug. & ibi gloss. & DD. ca. 1. qui clerici*
 10 *vel vouen.* Episcopus ¶ ordinans seruum, obligatum ad ratiocinia, corpore vitiatum, aut bigamum, ab ea die, quo hoc ei potuerit approbari, anno integro non pœsumat missam celebrare, quam rem si obseruare noluerit, & missas celebrare pœsumperit, ecclesiæ communionem est priuandus; *c. nullus 55. dist. vel priuandus est potestate conferendi ordines, c. qui ecclesiasticus 36. dist. & ibi gloss. in verb. ordine 1. quæst. 1. c. si qui episcopi & ibi gloss. vt dictum est in fine tituli, de scrut. in ord. sac. aut deponitur, c. 1. in fine 51. dist. c. fin. 62. dist. c. tantis 81. dist. c. 2. ibi ordinandi potestate & offic. hoc tit. & ibi Ioan. Andr. num. 2.* secundum circumstantias delicti: cum ¶ eo dispensat solus Papa, quia pœna depositionis Episcopi est illi reteruata, ergo & dispensatio, vt non puniatur, & quidem dispensat faciliter, *Pan. in c. super eo num. 8. in fine & nu. 9. & 10. hoc tit. & ibidem Anchar. numer. 3.* sed cum bigamo ordinato ad sacrum ordinem, vt remaneat in ordine, vel vt promoueatur,

non dispensat, nisi ex iustissimis causis, ratio diuersitatis est, quia in ordinatore fuit culpa tantum, in ordinato est culpa & irregularitas, *Anchar. in c. super eo in 3. not. hoc tit. & ibi Butr. n. xj. in fine Pan. n. 8. in fine Zab. in 3. oppos. Ioan. And. nu. 4. & Can.*

De clericis peregrinis.

Titulus XXII.

S V M M A R I A.

- 1 Peregrini clerici, quare prohibeantur ordinari.
- 2 Peregrini dicuntur omnes qui non sunt de Episcopatu seu diœcesi.
- 3 Peregrini clerici qui causa visitandi ad alienam ecclesiam veniunt, & sunt noti, ab inferioribus Prælati in gradu suo suscipiuntur.
- 4 Peregrinos clericos in quouis ecclesiasticorum ordinum constitutos Episcopus non debet suscipere sine litteris dimissorijs.
- 5 Neque laicos peregrinos admittere ad sacramenta ecclesiastica.
- 6 Peregrinos clericos ignotos inferiores prælati etiam exempti, etiam vigore litterarum dimissorialium, ad celebrandum non possunt admittere, aut in ecclesia sibi commissis, insituere, sine licentia Episcopi.
- 7 Peregrini clerici habentes litteras commendatitias Papa, aut sui Episcopi, quando sigillum est notum, sunt admittendi.
- 8 Episcopi alienos clericos absq; superioris ordinandorum licentia, aut laicum alterius diœcesis in clericum ordinare pœsumunt pœna.
- 9 Episcopus familiarem suum non subditum non potest ad primam tonsuram ordinare, nisi per triennium secum fuerit commoratus, & beneficium statim re ipsa ipsi conferat.
- 10 Episcopi titulares vigore cuiuslibet priuilegij, aut etiam prætextu familiaritatis, continua Commensalitates, alterius subditum ad aliquos sacros, vel minores ordines, aut

pri-

primam consuram non potest promouere.

- 11 Episcopus originis, beneficij ecclesiastici, vel domicilij, ordines conferre: & litteras dimissoriales concedit.
- 12 Inferiores praelati ab Episcopis, etiam Abbates quantumuis exempti, collegia vel capitula quacunque iure praelationis, vel indulgi specialis, dimissorias non concedunt.
- 13 Episcopus sine suis dimissorijs promotos, à susceptorum ordinum exercitio ad tempus potest suspendere.
- 14 Ultramontanus ordinatus ab episcopo Italia, remanet ipso iure suspensus.
- 15 Capitula Cathedralium ecclesiarum infra annum à die vacationis ecclesie, non concedunt dimissorias nisi arctatis.

Sexto, Ab ordinibus arcentur peregrini, 1 2 q. 2. in summa & cap. 1. & seqq. Primo quia non licet Episcopo falcem suae iurisdictionis in messem alienam ponere, ordinando vel iudicando subditos alienos; 71. dist. in summa & c. 1. & seqq. c. scriptum. 6. quaest. 3. Secundo quia peregrini pro magna parte solent esse criminosi, excommunicati, vel alias irregulares, & sæpe mentiuntur habere ordines cum non habeant, & maiores quam habeant; c. afros & c. seq. 98. dist. cap. duæ 19. quaest. 2. cap. 1. de temp. ordin. in 6. Tertio quia cum non appareat de licentia episcopi, inobedientes præsumuntur, etenim non licet clerico peregrinati, aut se absentare etiam causa studij, vel pro negotijs suis sine licentia, c. non oportet de consec. dist. 5. & ibi glos. c. relatum & c. seqq. de cleric. non resid. & ibi glos. & Can. c. presentium 7. quaest. 1. & ibi glos. in verb. per duorum l. si qua per calumniam vers. fin. & ibi glos. fin. C. de episc. & cleric. Peregrini t̄ dicuntur omnes, qui non sunt de episcopatu, siue diœcesi, siue sint clerici, 2 siue laici, sed aliunde veniunt; qui si causa t̄

visitandi, ad alienam ecclesiam venerint, & sint noti, etiam ab inferioribus Prælati, absque licentia diœcesani episcopi, Anchar. in c. fin. in 1. not. hoc tit. Pan. sub. num. 2. in gradu suo suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam oblationem consecrandam inuitentur, cap. episcopi vel presbyteri 7. quaest. 1. c. quiescamus 42. dist. & ibi glos. cap. nullus 3. 9. quaest. 2. c. 1. & ibi glos. in verbo in suspensione & c. tua hoc tit. alias episcopus t̄ clericos peregrinos, in quouis ecclesiasticorum ordinum, in quo se dicunt, aut iurant constitutos, non debet suscipere, aut ad maiores promouere, vel ad diuina celebranda, & Sacramenta administranda admittere, sine commendatijs suorum ordinariorum litteris, c. cum nullus §. nullus sess. 2; c. quanta §. de inde sess. 22. Nisi de ipsorum ordinatione canonica, per idonea sibi constiterit argumeta c. 2. hoc tit. c. 2. & 3. de temp. ord. in 6. c. 1. c. clericos & c. primatus 71. dist. c. fratern. & ibi Pan. de cleric. non resid. Neque ecclesias aut beneficia conferre; imo ab inferioribus Prælati institutos absque eius scientia, debet remouere, c. fin. hoc tit. quia episcopus non potest dispensare, ut clericus alienus recipiatur ad beneficium absque litteris dimissorijs, Anchar. in d. c. fin. in 3. not. in fine Zab. in c. 1. in 7. quaest. hoc tit. Præterea caueat episcopus, ne aliquem presbyterorum sæcularium, nisi ipsi noti sint, & moribus atque doctrina probati, etiam quorumlibet priuilegiorum prætextu, in sua ciuitate, vel diœcesi prædicare permittat, donec ab ipso episcopo super ea re sancta sedes apostolica cõsulatur, à qua priuilegia huiusmodi, nisi tacita veritate, & expresse mendacio, ab indignis extorqueri verisimile non est, c. 2. §. caueant sess. 5. c. prædicationis §. nullus sess. 24. Insuper t̄ laicos non debet admittere ad ecclesiastica Sacramenta, cap. placuit & c. seqq. & c. nullus 3. 9. quaest.

quæst. 2. c. sicut. 7. quæst. 1. & c. 1. & 2. de paroch. c. non oportet de consec. dist. 5. aut illis conferre clericalem tonsuram, c. fin. de temp. ord. in 6. præter ipsorum episcopi licentiam, de qua probari debet per litteras, parentes episcopi testimoniales, siue commendatitias, cap. fraternitati de cleric. non resistent. c. pen. 71. dist. c. sua hoc tit. aut dimissorias causam rationabilem continentem, quare ipsum nolit aut nequeat ordinare: c. 1. & ibi gloss. in verbo litteras Franc. in 4. not. & Can. Anchar. in c. 2. nu. 1. de 6 temp. ord. in 6. Inferiores ¶ Prælati, etiam exempti, Butr. in c. fin. num. 12. hoc tit. & ibi Pan. circa finem nunquid autem Anchar. num. 2. & Can. non possunt clericos peregrinos, si sint ignoti, etiam vigore litterarum dimissorialium, ad celebrandum admittere, aut in ecclesijs sibi commissis instituere, sine licentia diœcesani episcopi, c. fin. & ibi Anchar. in 1. not. Butr. num. 10. & Can. Anchar. in c. cum nullus in princip. de temp. ord. in 6. & ibi Can. communiter, quia cognitio validitatis litterarum dimissorialium, est reteruata soli episcopo, & contraria consuetudo est improbata, tanquam irrationalis: d. c. fin. vbi nulla ratione illis licere hoc tit. & ibi Pan. num. 4. Butr. num. 7. & seqq. & ibi Can. Zab. in c. 1. in 1. quæst. hoc tit. Potest Episcopus peregrinos clericos, etiam cum litteris dimissorijs suorum episcoporum, ab interioribus institutos, remouere ab ecclesijs, etiam si diu eas tenuerint; quia ingressus est vitiosus, Zab. in c. 1. hoc tit. in 2. & 7. quæst. Nisi ex dispensatione, in iisdem duxerit admittendos, d. c. fin. Clerici ¶ peregrini, habentes litteras commendatitias, siue dimissorias Domini Papæ, vbi que, & ab omnibus Episcopis sunt admittendi, item si habeant litteras sui episcopi, & sigillum notum sit, d. c. fraternitati cap. cum nullus sess. 23. in fine si tam clerici, quam sigillum episcopi sint ignoti, non admittuntur

publice ad celebrandum, nisi habeant sigilla quinque episcoporum, c. 1. hoc tit. Verum si aliqui eorum secreto ex deuotione velint celebrare, sunt sustinendi, c. tua fraternitati hoc tit. Episcopus ¶ clericos alienos, absque superioris ordinandorum licentia & testimonio scienter, vel affectata ignorantia, vel quocunque alio quæsito figmento, etiam cuiusuis specialis vel generalis rescripti, aut priuilegij prætextu, etiam statutis temporibus, ordinare præsumens, per annum continuum, à collatione omnium ordinum est suspensus: c. 2. de temp. ord. in 6. c. ordinationes §. quod si quis sess. 23. Si laicum alterius diœcesis ordinet in clericum, per annum suspensus est, à collatione primæ tonsuræ: c. fin. de temp. ord. in 6. in dubio præsumitur in eo scientia, quia astringitur ad notitiam facti alieni, c. innotuit §. habito de elect. Gemin. Franc. & Can. post gloss. in verbo scienter in d. c. 2. de temp. ord. in 6. quemlibet enim ordinandum scrutari tenetur, c. qui episcopus 23. dist. dictum est in tit. de scrut. in ord. fac. ac ordinatio rata non habetur, quoad executionem: 9. quæst. 2. in summa & c. 1. & seq. 75. dist. 1. pleque ordinatus est suspensus, quoad se, & ideo celebrando non incurrit irregularitatem, & suspendendus, per sententiam quoad alios, quamdiu proprio ordinario videbitur, gl. & Gemin. in d. c. 2. super verb. statuunt & ibi Archid. super verb. circa Ioan. Monach. numer. 9. c. ordinationes in fine sess. 23. Caput aq. decis. 126. part. 1. Præterea clericis diœcesis episcoporum taliter suspensorum, postquàm eorum suspensio fuerit manifesta, per euentiam facti, c. fin. de cohabit. cleric. & mulier. vel iuris notorium, c. vestra de cohabit. cleric. & mulier. cap. cum olim de verb. signif. absq; ipsorum etiam licentia, interim recipiendi ordines à vicinis episcopis, alias tamen canonice, libera concessa est facultas: d. c. 2. §. clericis & ibi gloss. & DD.

DD. de temp. ord. in 6. secus est in laicis, qui non possunt recipere primam tonsuram, à vicinis episcopis, etiam si eorum episcopi, à collatione ordinum sint suspensi, *Franc. in d. c. 2. in princ. & ibi lo. And. in gloss. super verb. annum.* quia non tanta necessitas cogere potest laicum clericari, sicut clericum ad superiores ordines promoueri, *arg. c. cum nullus § inferiores vbi clericos aut subditos de temp. ord. in 6.* Ex decretis Concilij Tridentini Episcopus † familiarem suum, non subditum, non potest etiam ad primam tonsuram ordinare, nisi per triennium secum fuerit commoratus, & beneficium, quacunque fraude cessante, statim re ipsa conferat, consuetudine quacunque etiam immemorabili in contrarium non obstante, *c. episcopus sess. 23. Rot. decif. 731. num. 3. part. 1.* Sed non potest cum eo super illegimitate, aut interstitijs minorum, aut maiorum ordinum dispensare; *Nauar. conf. 12. & conf. 13. de temp. ordin. Garc. de benef. p. 2. cap. 5. num. 86.* Quod intelligendum est in familiari, non habente in diœcesi antea beneficium, nam si haberet beneficium, potest episcopus eum, tanquam subditum, ordinare, & secum super præfatis dispensare, licet non esset familiaris triennalis, *c. cum nullus de temp. ordin. in 6. & ibi Franc. sub num. 3. & Can. communiter Rebuff. in praxi part. 1. tit. de cleric. & à quibus quomodo creentur, numer. 24. Paris. de resig. benef. lib. 4. quest. 2. num. 92. & 93. Garc. de benef. part. 2. cap. 5. num. 88.* Episcopi † Titulares, etiam si in loco vel monasterio nullius diœcesis, etiam exempto, resederint, non possunt vigore cuiuslibet priuilegij, sibi de promouendo quocunque concessi, aut etiam prætextu familiaritatis continuæ iuxta commensalritatis, alterius subditum, absque expresso sui propriij prælati consensu, aut litteris dimissorijs, ad aliquos,

facros, aut minores ordines, vel primam tonsuram promouere: contra faciens, ab exercitio pontificalium per annum, taliter vero promori, ab executione ordinum sic susceptorum, donec suo prælato visum fuerit, ipso iure sunt suspensi, *c. 2. sess. 14.* Dicitur autem de episcopatu, siue diœcesis episcopi, quoad potestatem ordinandi, siue dandi dimissorias, is, qui est oriundus in ipsa diœcesi, (origo paterna non attenditur, sed tantum propria. *Franc. in c. 3. post n. 3. de temp. ord. in 6. post lo. Andr. & c. Anchar. n. 1.*) seu in ea obtinet beneficium ecclesiasticum, in titulum, siue perpetuo, siue manuale, vel ad tempus, *Franc. in cap. 3. sub numer. 3. in gloss. in verb. ecclesiasticum de temp. ordin. & qualit. ordin. & ibi Gemin. numer. 8. & Can. Ioan. And. in fine.* (licet ad titulum beneficij manualis, non professus, non possit ordinari, dictum est supra de temp. ordin. & qualit. ordin.) & id sit subiectum alteri episcopo, quoad collationem, vel institutionem, *Gemin. in d. cap. 3. sub nume. 5. in fine de temp. ordin. & qualit. ord. & ibi Franc. sub n. 3. circa finem. & Can. facit Rom. conf. 376.* aut certum habeat ordinem annexum: *Gemin. in d. c. cum nullus num. 10. Franc. sub num. 3. & Can. seu habet, licet alibi natus sit, in eadem domicilium, l. cum nullus de temp. ord. in 6.* Vnde si in diuersis diœcesibus habet beneficia, poterit à pluribus episcopis, ratione beneficij ordinari, & ordinandus dimitti, præter Episcopum † originis, aut domicilij † à quo etiam poterit ordinari, etiam ad titulum beneficij existentis, in altera diœcesi, vel ordinandus dimitti, *Innoc. in c. cum iam dudum n. 3. de præb. Innoc. in c. 1. n. 3. hoc tit. Garc. de benef. part. 2. cap. 4. num. 2.* Idem obtinet in eo, qui plura domicilia habet in diuersis diœcesibus, *Gemin. in d. c. cum nullus sub nume. 10. vers. nec obstat si dicatur post gloss. in verb. domicilium & ibi Can. communiter, Religiosi etiam*

etiam exempti, in prioratibus non exemptis, deputati priores, & eorum socij, possunt à locorum diœcesanis, quamdiu morantur in ipsis Prioratibus, ordinari, vel de eorum licentia, ab alijs, licet non sint de eorum diœcesibus oriundi, *d. c. cum nullus §. fin. & ibi gloss. in verbo religiosi*, quia religiosi dicuntur sortiri forum, & domicilium habere, vbi moram trahunt, & dicuntur ciues civitatis, vbi est monasterium, *c. significavit & ibi DD. de paroch. & c. post. gloss. c. dilectus filius el. 2. & ibi Can. de rescript. Bart. in l. 1. num. 10. & 12 14. ff. ad municip. & c. Gemin. in d. c. nullus §. fin. num. 2.* Inferiores ¶ Prælati, etiam Abbates, & Religiosi, ac alij quicumque quantumvis exempti, intra fines alicuius diœcesis consistentes, etiam si nullius diœcesis, vel exempti, esse dicantur, exceptis monasterijs, in quibus Abbates iurisdictionem episcopalem, & temporalem, in parochos, & parochianos exercent, *c. in monasterijs seß. 25. Card. Seraph. decis. 1386.* aut collegia, vel capitula quæcunque, etiam Cathedralium ecclesiarum, litteras dimissorias, iure prælationis, *c. non liceat seß. 7.* vel indulti specialis, quod suos subditos, aut clericos possint à quo voluerint episcopo facere ordinari, *c. cum nullus §. inferiores de temp. ordin. in 6.* aliquibus clericis sæcularibus, vt ab alijs ordinentur, non concedant; alias ab officio & beneficio per annum sunt ipso iure suspensi; sed horum omnium ordinatio ad episcopos, intra quorum fines existunt, pertinent, non obstantibus quibuscunque privilegijs, præscriptionibus, aut consuetudinibus etiam immemorabilibus, *c. abbatibus seß. 23. in princ. & vers. fin. Card. Seraph. decis. 985.* Indultum dicti §. inferiores in 1. resp. *c. cum nullus de temp. ordin. in 6.* in prælatis non religiosis tollitur, in prælatis religiosis, limitatur ad regulares subditos tantum. Episco-

pus ¶ sine suis dimissorijs, quacunque auctoritate promotos, quos ad diuina officia celebranda, seu ecclesiæ Sacramenta administranda, minus id eos repererit, à susceptorum ordinum exercitio ad tempus, de quo ei videbitur, potest suspendere, *c. episcopus seß. 14. c. eos qui de temp. ordin. in 6. & ibi gl. in 14 verbo statuunt.* Ultramontanus ¶ ordinatus ab episcopo Italiae, remanet ipso iure suspensus, absque spe dispensationis obtinenda à sede apostolica, & celebrans incurrit irregularitatem, *c. 1. de temp. ordin. in 6. & ibi gloss.* Item dimissorias non concedunt officiales, aut Vicarij episcoporum in spiritualibus generales, nisi habeant speciale mandatum; aut episcopi in remotis agant: *d. c. inferiores 2. resp. & §. seq. d. c. nullus & ibi gloss. in verbo remotus & ibi Can. Capitula ¶ cathedralium ecclesiarum* aut illi ad quos sede vacante, spiritualium administratio noscitur pertinere, infra annum, à die vacationis ecclesiæ, nisi arctatis ratione beneficij recepti, vel recipiendi, & corrigitur dictum, *ca. cum nullus, §. episcopo 2. & 3. resp. de temp. ordin. in 6.* Si secus fiat, capitulum contraueniens, ecclesiastico subiacet interdicto, & sic ordinati, si in minoribus ordinibus constituti fuerint, nullo priuilegio clericali, præsertim in criminalibus gaudent, in maioribus, ab executione ordinum, ad beneplacitum futuri prælati, sunt ipso iure suspensi, *c. non liceat seß. 7. iuncto c. abbatibus §. pœnam quog. seß. 23.* Excursu decem annorum, litteræ dimissoriales præsumuntur. *Sarnen. in reg. de trien. q. 10. num. 12. Gemin. in c. si iudex §. idem esse num. 6. de sent. excommun. Anchar. conf. 117.* etiam si à tercio produceatur, clericatus infectus, lecus si produceatur ab eo, qui præsumptionem allegat, *Rot. diuers. 731. numer. 28. & 29. part. prima Casad. decis. fin. de procur. gloss. in cap. peruenit in verbo fatigari paulo*

paulo ante finem, vers. & post biennium de empr. & vend. c. cura & ibi gloss. 2. de iurepat. l. si filiusfam. C. de petit. hared. Facultates de promouendo à quo cunque non suffragantur, nisi habentibus legitimam causam, ob quam à proprijs episcopis, ordinari non possunt, in litteris exprimentam, & tunc non possunt ordinari, nisi ab Episcopo, in sua diocesi residente, aut pro eo pontificalia, exercente, & diligenti prauio examine, c. facultates 1. sess. 7.

De officio Archidiaconi,

Titulus XXIII.

S V M M A R I A.

- 1 Archidiaconus quis dicatur.
- 2 Archidiacono incumbit cura totius cleri.
- 3 Officij ecclesiastici prouidentia & ordinatio.
- 4 Custodia vasorum & cimiliorum.
- 5 Definitio iurgiorum de humilioribus negotijs.
- 6 Visitatio diocesis.
- 7 Institutio corporalis super beneficijs.
- 8 Examinatio clericorum ordinandorum, & eorum representatio episcopo.
- 9 Archidiaconus tenetur de dolo, culpa & negligentia.
- 10 Archidiacono prohibentur commissio cura animarum.
- 11 Institutio authorizabilis.
- 12 Iurisdictio in monasteria & alia in textu recensita.

EXPLICITIS tractatibus præficiendorum, & ordinandorum, videndum est de officijs dignitatum, & primo de officio Archidiaconi, quia maior est post episcopum, pulchre Fr. Ant. cons. 23. Greg. xv. decis. 411. & ibi late annot. & dicitur is, qui † in cathedrali ecclesia certam dignitatem curatam,

nomine curæ sumpto large, Pan. in cap. cum factis numero secundo, hoc titulo. adeptus est, cuius ratione debet esse diaconus in ordine, cap. primo de estat. qualit. & ord. præfic. & post episcopum in iurisdictione prior, & eius Vicarius appellatur oculus episcopi, cap. primo, cap. 7. ad hac hoc titulo. Constitutiones & consuetudines per diuersa loca præualent in officijs, & ideo in officio suo faciet, secundum quod consuetudo præscripta suæ ecclesiæ habet, cap. cum olim. de consuet. cap. ad hac de excessib. pralat. cap. dudum el. 2. §. tandem de elect. c. fin. hoc tit. Franc. marc. decis. 1365. part. prima, ubi autem non essent huiusmodi consuetudines, & statuta, tunc haberent locum canones huius tituli, iuxta † quos, omnis cura cleri, tam in ciuitate, quam in parochijs habitantis, siue ratio reddenda sit, de eorum conuersatione, siue honore & restauratione ecclesiarum, siue doctrina ecclesiasticorum, vel cæterarum rerum studio, cap. primo, hoc tit. ad ipsum pertinet, ac omnis † ecclesiastici officij prouidentia, & ordinatio; c. 2. hoc tit. custodia † vasorum, & cimiliorum propriæ ecclesiæ, ac eorum quæ de diuersis ecclesijs, sunt collecta, & deposita ad securiorem custodiam in maiori ecclesia, c. ea quæ hoc tit. ijs deperditis præsumitur archidiaconus in negligentia, vel culpa: Anchar. in d. c. ea quæ in 4. not. & ibi Pan. Burr. & DD. parochiarum quoque sollicitudo & earum ordinatio ei incumbit: præterea † audire debet, & diffinire, l. de qua re ff. de iudic. Anchar. in d. c. ad hac num. primo, iurgia singulorum, de humilioribus, & minoribus negotijs: archipresbyteri eius iurisdictioni subiacent, grauiora episcopo denunciat: cap. perlectis 25. dist. §. archidiaconus c. si in plebibus 63. dist. d. c. ad hac hoc tit. habet coërcitionem modicam, sine qua iurisdictione nulla esset, c. 1. in fine hoc tit. & ibi gl. fin.

d. c. ad hac §. secundum in fine l. fin. in fine de eo cui
 6 mand. est iurisdictio. singulis t̄ annis visitare
 debet propriam parochiam, nisi talis causa
 emerferit, propter quam ipsum oporteat
 sæpius prædictas ecclesias visitare, c. manda-
 mus hoc tit. totam vero dioccesim visitat, de
 tertio in tertium annum, c. t. & ibi gl. in verbo
 de tertio hoc tit. assumpto Notario, de consen-
 su episcopi, per se ipsum tantum iuxta de-
 creta Concilij Tridentini: c. patriarcha §. ar-
 7 chidiaconi sess. 24. pertinet ad ipsum t̄ insti-
 tutio corporalis, tam super beneficijs, quam
 8 dignitatibus: examinatio t̄ Clericorum, si
 qui fuerint ad sacros ordines promouendi,
 aut ecclesiasticis beneficijs præficiendi &
 ipsorum repræsentatio episcopo, post fa-
 ctam examinationem. d. c. ad hac §. in quadam
 & c. vt nostrum hoc tit. Pan. in d. c. adhuc in princ.
 & Butr. in princ. In his fundat intentionem
 suam, de iure communi, nec habet aliquid
 probare, Pan. in d. c. ad hac numero primo, in fi-
 ne. & per exercitium alicuius ex dictis acti-
 bus, probat se esse in possessione archidia-
 conatus; Pan. in d. c. vt nostrum numero secundo, in
 alijs oportet, vt probet consuetudinem, vel
 statuta, c. fin. hoc tit. & ibi gl. in verbo pacifica c.
 dudum el. 2. §. sed tam de elect. & ibi glos. Si pro-
 mouetur indignus, tenetur episcopus de fa-
 cto archidiaconi, sicut exercitor nauis de
 facto magistri. Pan. in d. cap. ad hac post num. 2.
 9 Butr. n. 8. Anchar. in pen. quest. Tenetur t̄ ar-
 chidiaconus de dolo, culpa lata, leui, leuif-
 sima, siue negligentia, c. ea que & ibi gl. in
 verbo negligentia hoc tit. & ibi Pan. & Can. c. di-
 ctum 81. dist. & ibi glos. i. c. si qui episcopi §. ecce
 cum honoris i. quest. 1. l. si quos C. de offic. pref.
 prat. orient. habet ordinariam iurisdictio-
 nem, c. per lectis §. archidiaconus & ibi glos. in ver-
 bo iurgia 25. dist. cap. ad hac & ibi glos. in verbo iur-
 gia & vtroque Can. quam perpetua vicaria
 inducit, l. i. C. de offic. eius qui vicem alicuius iud.

vel pref. obtinet. ab ipso, eiusque officiali, ap-
 pellatur ad episcopum. c. referente & ibi gl. in
 verbo appellauit & Host. de prob. c. Romana §. 1.
 de appell. in 6. Prohibita sunt t̄ Archidiacono
 commissio curarum animarum siue t̄ institutio
 10 authorizabilis, c. cum satis hoc tit. excommu-
 nicatio, c. archidiaconus hoc tit. iurisdictio t̄
 11 in monasteria, ac prioratus conuenticuales,
 in alijs prioratibus & capellis monasterio-
 rum percipit sua iura, c. fin. hoc tit. & ibi Pan.
 in fine concessio dimissorialium promouendi
 dis ad ordines, c. significasti hoc tit. custodia
 ecclesiarum, c. cum venissent de Instit. Pan. in d.
 cap. ad aures de excessib. prelat. commutatio
 pœnæ spiritualis vel corporalis in pecunia-
 riam, c. licet de pœn. & ibi gl. pon. & Can. vno
 & diuisio ecclesiarum. innoc. in c. ad hac sub n.
 primo, hoc tit.

De officio archipresbyteri.

Titulus XXIII.

S V M M A R I A.

- 1 Archipresbyterorum, alius est Ciuitatensis, siue
 Cathedralis ecclesie, alius ruralis.
- 2 Archipresbytero Ciuitatensi incumbit vt offi-
 cium dicatur horis Canonicis indeclinabili-
 ter.
- 3 Cunctis sacerdotibus pœnitentiam iniungit.
- 4 Absolutio omnium de episcopatu in foro pœni-
 tentia.
- 5 Est Vicarius episcopi in quibusdam spiritali-
 bus.
- 6 Archipresbytero rurali incumbit cura imperiti
 vulgi & sacerdotum qui per minores titulos
 habitant.
- 7 Non curat clericum sibi subiectum ad residen-
 tiam.
- 8 Cuncta, præter minora, refert episcopo.
- 9 Non censetur in dignitate ecclesiastica constitutus.
- 10 Archipresbyter vterque habet iurisdictio-
 nem ordinariam.

Post

POST Archidiaconum gradum facit Archipresbyter, qui archidiacono minor est administratione & iurisdictione, maior ordine, *c. 1. sancta gl. hoc tit. c. perlectis §. archipresbyter 25. dist. habet dignitatem curatam, requirentem residentiam, c. ex parte nostra de cler. non resid. Pan. in c. 1. in 2. not. hoc tit.* Archipresbyterorum ¶ duo sunt genera, ciuitatis siue ecclesie cathedralis, ac ruralis.

2 Ministerium ¶ archipresbyteri ecclesie cathedralis in eo constituitur, vt diligenti cura provideat ministerium & vitam sacerdotum, vt officium dicatur horis canonicis indeclinabiliter, id est in puncto horæ. *Pan. in cap. 2. in 2. not. hoc tit.* si episcopus defuerit, fontes benedicit: pœnitentem solemniter & publice, infirmum, consulto episcopo, reconciliat: *c. 2. §. fin. & ibi gl. in verba consulto hoc tit.* pœnitentiam ¶ cunctis sacerdotibus iniungit: (quilibet enim presbyter diœcesis, est sub cura archipresbyteri, & non potest alteri confiteri, eo inconsulto, nec ab alio pœnitentiam recipere, *Pan. in d. c. 2. in 5. not.*) vice episcopi officium inchoat; presbyterales benedictiones dat: missam, quando voluerit, cantat, vel cui de sacerdotibus iussit: absoluit omnes ¶ de episcopatu, qui ad eum pro pœnitentia recipienda recurrunt: *c. officium hoc tit.* (quilibet enim de ciuitate, vel diœcesi, potest sacramenta recipere, in maiori ecclesia, non obstante, *cap. placuit de pœnit. dist. 6. & c. nullus de paroch. gloss. in c. officium in verb. a foris veniunt hoc tit. & ibi Pan. & Can.*)

5 est Vicarius ¶ Episcopi in quibusdam spiritualibus, in quibus alium Vicarium dare potest; quia sunt voluntariæ iurisdictionis: *Pan. in c. 2. in vlt. not. & in c. 3. in princ. & sub numero primo, vers. quaro in quo debeat hoc tit.* alio nomine appellatur decanus. *c. ad hoc de offic. archidiacon.* Archipresbytero ¶ rurali cura impediti vulgi, & sollicitudo aliorum sacerdotum

Summa in Decretales,

incumbit, qui per minores titulos habitant, qui ab alio non possunt recipere pœnitentiam, & ecclesiastica sacramenta, illo inconsulto, *Pan. in c. fin. in 3. not. hoc tit.* non potest ¶ citare clericum sibi subiectum ad residentiam, & si non venerit eum priuare; quia cum agitur in figura iudicij solus episcopus est iudex clerici. *cap. de persona xi. quasi. i. Pan. in c. fin. sub numero primo, vers. quaro hoc tit.* cuncta ¶ præter minora, debet referre episcopo: *c. fin. hoc tit.* non censetur ¶ in ecclesiastica dignitate constitutus: *Clem. vi si principatus & ibi gloss. in verbo foraneo de rescript. vterque habet ¶ ordinariam iurisdictionem, gl. in c. fin. in verbo referant hoc tit. c. cum ab ecclesiarum de offic. ord. c. ex litteris de consang. & affinit.* quia eis commissa est vniuersitas causarum, rurali vero certi loci & hominum, *l. prima, §. primo, ff. quis & à quo & c. & ibi not.*

De officio primicerij.

Titulus XXV.

S V M M A R I A.

- 1 Primicerius obtinet dignitatem in ecclesia.
- 2 Præest in docendo Diaconis, & reliquis gradibus ecclesiasticis.

ABSENTE Archipresbytero in choro, & cantu primus est Primicerius, obtinet ¶ dignitatem in ecclesia, *c. cum accessissent de constit. alias præcentor siue cantor, sub quo est succentor, c. inter dilectos de excessu prelat. item magister scholarum vocatur: c. 2. de calamitat. præest, in ¶ docendo diaconis, & reliquis gradibus ecclesiasticis, ac disciplinae custo diæque insistit, subest Archidiacono. *d. c. vñco hoc tit. c. perlectis §. ad primicerium 20. dist.**

P

De

De officio Sacristæ.

Titulus XXVI.

S V M M A R I A.

- 1 Sacrista post Archidiaconum incumbit custodia sacrorum vasorum vestimentorum ecclesiasticorum, seu totius thesauri.
- 2 Appellatur etiam thesaurarius seu sacrarius.

Uiso de officio primicerij, dicendum est de officio sacristæ, qui etiam subiectus est archidiacono, & ad eius curam pertinet, post archidiaconum, custodia sacrorum & vasorum, vestimentorum ecclesiasticorum, seu totius thesauri, & luminarium, siue in oleo, siue in cera, consistent; *cap. vnico hoc tit.* appellatur etiam & sacrarius & thesaurarius, *c. perlectus in fine 25. dist.*

De officio Custodis.

Titulus XXVII.

S V M M A R I A.

- 1 Custos sacristæ quasi minister est.
- 2 Pulsat in horis canonicis signa tintinabulorum.
- 3 Panem & vinum omni tempore præparatum habere debet.
- 4 Elemosinas, absente episcopo, inter fratres diuidit.
- 5 Custos minus idoneus ab Archidiacono coercetur.
- 6 Ecclesia consistit in archidiacono, archipresbytero, & Custode.

Custos sacristæ quasi & minister est, & archidiacono subijcitur, pulsat & in horis canonicis signa tintinabulorum, pallia vel linteamina altaris, seu cuncta vensilia ecclesiæ, indefinenter custodit: lampades & lucernas in accendendo, & extinguendo peruigil existit: *cap. 1. hoc titulo.* panem &

& vinum, omni tempore, præparatum habere debet ad missam: omnes & elec- 4 mosinas, oblationes, seu decimas, cum consensu archidiaconi, absente episcopo, inter fratres diuidit: *cap. secundo, hoc tit.* nam si præsens est episcopus, per ipsum met, res canonicorum dispensari debent, *cap. Vulturana & c. seq. 12. quest. secundo, cap. statumus & ibi gloss. in verbo potiore de maior. & obed. & ibi Can. prout cuiusque locum, meritumque cognoscit, & pro officiorum le- dul tate, & ipse debet constituere æcono- mum. cap. cum simus 9. quest. 3.* Custos minus & idoneus, ab archidiacono coërcetur, 5 vt se emendet: & si indomitus permaaserit, archidiaconus episcopo denunciando prouidet, vt indecete eiecto, aptus ecclesiæ minister constituatur; *cap. 1. & si vero hoc tit.* quia incorrigibilis absque accusatione potest remoueri, cum notorium sit eius crimen, *cap. nec licuit 17. dist. Butr. in d. c. 1. num. septimo.* In his & tribus columnis, archidia- 6 cono, archipresbytero, & custode consistit ecclesia, *d. c. 2.* In collegiatis ecclesijs ex notoria consuetudine Germaniæ Præpositi sunt maiores Decanis & in litteris apostolicis eis præferuntur, in Francia vero è contra Decani sunt maiores Præpositis, *Rot. decis. 4. numer. 1. in fin. de elect. in nou. faciunt not. per Innoc. in c. de multa n. 6. & 7. de praben. Rot. diuers. decis. 5. 8. p. 1.*

De officio Vicarij.

Titulus XXVIII.

S V M M A R I A.

- 1 Vicarium qui possint consistuere.
- 2 Vicariorum quatuor sunt species. Quidam sunt Vicarij auctoritate episcopi deputati ecclesiarum parochialium annexarum.
- 3 Quidam sunt temporales seu mercenarij.
- 4 Quidam constituuntur ad omnia sibi incumbentia

- benitia per totam dioecesim ab episcopo vel inferiore praelato.
- 5 Quidam sunt foranei.
 - 6 Vicarius parochialium ecclesiarum per episcopum institutus, non potest, sine auctoritate episcopi remoueri.
 - 7 Debetur ei congrua portio à quacunque persona ecclesiastica qua ecclesia fructus recipit, & quomodo ea & per quem constituatur.
 - 8 Beneficia secularia curam animarum ex prima fundatione, aut aliter quomodocunque retinentia in simplex beneficium conuertuntur, etiam assignata congrua.
 - 9 In curatis beneficijs annexis perpetuo Cathedralibus, seu alijs ecclesijs, aut pijs locis, id est eorum mensis quoad spiritualia & temporalia seruatur c. 7. sess. 7. in Trident.
 - 10 In vnicis quoad temporalia tantum Clem. 1. de iurepat.
 - 11 In parochialibus vnicis monasterijs regularium mendicantium seruatur constitutio Pij Quinti 46.
 - 12 In congrua quam imputentur.
 - 13 Curatum an desinat esse beneficium per erectionem Vicaria perpetua.
 - 14 Vicarij temporales, in quibus casibus ab Episcopo constituantur.
 - 15 Vicarij generales episcopi quinã prohibentur esse.
 - 16 Vicarius episcopi habet officium mere voluntarium.
 - 17 Censetur constitutus in dignitate.
 - 18 Ordinariam habet iurisdictionem praterquam in requirentibus speciale mandatum, in quibus adhibenda est distinctio.
 - 19 Vicarij constitutio quomodo probetur.
 - 20 In Vicarium quam transferantur per commissionem officij sibi generaliter factam.
 - 21 Requirentia speciale mandatum.
 - 22 Ex Vicarij delicto facto in officio, tenetur episcopus, sed non ex iniustitia facta per Vicarium.
 - 23 A Vicarij episcopi definitiua appellatur ad Ar-

- chiepiscopum, à sententia vero interlocutoria ad ipsum episcopum.
- 24 A Vicarij delegato appellatur ad ipsum Vicarium vel episcopum.
 - 25 Vicarius Vicarium non potest substituere temporalem vel perpetuum, certam causam vel Causas potest delegare.
 - 26 Vicario delegatio facta à Papa, eo mortuo non transit in successorem in Vicariatu.
 - 27 Vicarij foranei censentur delegari, & ab eis appellatur ad episcopum.
 - 28 Vicarium officium finitur multis modis.
 - 29 Vicarius primus non censetur reuocatus ipso facto per constitutionem secundi.
 - 30 Vicario debetur salarium, nisi constet de Conuentione, officio iudicis quod petit ab episcopo & eius successore immediato.
 - 31 Quando in eadem Ciuitate vel dioecesi permixti sunt populi diuersarum linguarum & rituum potest Pontifex loci Catholicum presulem, ex se adiunctis vicinis duobus episcopis consecrandum, illis nationibus conformem, constituere sibi Vicarium in pontificalibus.

EPISCOPI vs, Archidiaconus, † Archipresbyter, Vicarium etiam temporalem, & ad nutum amouibilem, possunt constituere, gloss. in clem. 2. in verbo per electionem de rescript. Pan. in c. sua nobis in fi. hoc tit. Pan. in c. postulasti post 1. not. de rescript. Gem. in c. Romana §. ab archidiacono nu. 2. de appell. in 6. Nec non quilibet Prælatas ac prælatissa, ad quos, plenaria pertinet iurisdicatio, quantum ad spiritualia & temporalia: gloss. in clem. vnica in verbo ad mensam de excessib. pralat. Rot. decis. 1. de off. ordin. in antiq. Ceteri beneficiati non possunt deferuire, per Vicarium in beneficio, siue sit parochialis ecclesia, c. extirpanda §. qui vero de præb. Anchar. in clem. vnic. hoc tit. sub num. 3. siue personatus aut dignitas, cap. ex parte vestra de cleric. non re-

fid. siue præbenda, c. penult. de cleric. non resid. aut aliud beneficium, c. conquirente de cleric. non resid. nisi certis casibus, Iloft. in d. c. extirpanda numer. 14. & seqq. numerat 12. casus & ibidem Butr. num. xi. & Can. communiter Bened. capra conlus. 92. ideo subiungit de officio Vicarij, qui vices alterius gerit, siue in officio non contentioso, c. 1. & 2. hoc tit. siue in contentioso, c. sua nobis hoc tit. c. 2. hoc tit. in 6. quorum quatuor sunt species. † Quidam sunt Vicarij perpetui, auctoritate episcopi deputati, ecclesiarum parochialium annexarum: c. adhac c. si. & ibi gloss. in verbo perpetuus Vicarios & clem. vnica hoc tit. Pan. in c. quoniam num. 1. ne pralat. & c. quia non simpliciter in beneficijs curatis, sed tantum in parochialibus, perpetua Vicaria, certis casibus, est permilla, d. clem. vn. & ibi gl. in verb. parochialium d. c. extirpanda §. qui vero & ibi gl. in verb. perpetuum & vtroque Can. quæ de ecclesijs curam animarum habentibus, per receptionem aliarum similium, amittendis; de rectoribus ipsarum ad sacerdotium promouendis; de que eorum ætate, statuta sunt; in perpetuis parochialium Vicarijs & assumptis ad eas locum habent, d. clem. vn. hoc tit.

3 Quidam † sunt temporales seu mercenarij, qui ad tempus assumuntur auctoritate episcopi, d. clem. vnica. & ibi gloss. in verbo perpetuus c. cum ex eo de elect. in 6. c. peruenit el. 2. de appell. c. pen. de cleric. non resid. cap. 1. §. eadem omnino seß. 23. Pan. in d. c. quoniam num. 2. & seq. ne pral. vel ab ipso rectore, pro eius arbitrio, sine licentia episcopi: c. constitutus de fil. presb. byt. ord. & c. Anchar. in d. clem. vnica sub numer. 3. vers. sed hic queritur Pan. in d. c. extirpanda §. qui vero numer. 9. & 12. Lapsus alleg. 5. illorum officium expirat lapsu temporis, §. præterea Inst. quib. mod. tut. fin. quia iurisdictione recipiunt ab episcopo, horum vero officium expirat per reuocationem ad libitum, Inol. in d. clem.

1. num. 5 & 6. ac per mortem rectoris, & suspenduntur ab exercitio, propter rectoris excommunicationem c. 1. hoc tit. in 6. Anchar. in d. clem. vnica num. 3. quia iurisdictionem ab eo recipiunt. Quidam † constituuntur ad omnia sibi incumbenda, per totam dioccesim ab episcopo, c. 2 & 3. hoc tit. in 6. vel inferiore prelato, c. Romana de sent. excommun. in 6. est differentia inter hos, & officiales, quia officialibus solum committitur cognitio causarum totius diocesis, non autem inquisitio, correctio excessuum, amotio à beneficijs, aut exercitium spiritualium, c. licet & ibi gloss. 1. & c. fin. & ibi Franc. num. 2. Gemin. n. 5. hoc tit. in 6. Vicarij in spiritualibus generales, hæc omnia possunt, exceptis datione dimissorialium ad ordines, c. cum nullus §. inferiores & §. episcopo de temp. ordin. in 6. & beneficiorum collatione: c. fin. hoc tit. in 6. ista tamen diuersitas dimittenda est consuetudinibus regionum, & non probatur canonibus, qui promiscue quandoque expriment, Vicarium quandoque officialem, Gemin. in d. c. fin. num. 5. & in c. 1. nu. 10. hoc tit. in 6. Zab. in d. clem. vnica num. 18. Bill. decis. 443. Quidam sunt † foranei id est deputati ad certum locum diocesis, quorum potestas pendet ex eorum commissione, Clem. 2. & ibi gloss. in verbo foraneo de rescript. Quandoque episcopus alium catholicum præfulem sibi Vicarium constituit, in Pontificalibus, in certo loco diocesis, c. quoniam de offic. ordin. de quibus obiter videamus. Vicarius † parochialium ecclesiarum per episcopum institutus, non potest, sine auctoritate episcopi remoueri, vel portione sua congrua defraudari: c. adhac hoc tit. c. auaritia & ibi gloss. fin. & DD. ca. in Lateranensi & c. extirpanda de præb. Congrua † 7 debetur pro alimentis, siue commoda sustentatione, episcopali iurium persolutione, hospitalitatis tentione, & aliorum onerum

onerum ei incumbendum supportatione; d. 6. i. de preb. in 6. clem. 1. de iure patron. c. de monachis de preb. c. sicut de suppl. negl. pral. in certa re, aut parte possessionum, vel in certa parte fructuum, singulis annis percipienda, Zab. in d. clem. 1. de iurepat. in 1. & 2. quest. coram diocesano assignanda, d. clem. 1. de iurepat. & ibi Zab. in 3. not. 8. c. de monachis ibi coram te, iuxta qualitates loci beneficii, personarum, onerum, & aliarum circumstantiarum, d. c. extirpanda & ibi gl. in verbo sufficiens, & Can. Anchar. in d. c. 1. in 5. not. de preb. in 6. Rot. diuers. decis. 5. numer. 1. & 8. & seqq. part. 2. in quo diocesani conscientia oneratur, cl. 1. §. diocesani vers. percipimus de iurepat. & ibi gloss. & seruari tenetur constitutionem 46. Pij V. in bullario antiquo, à quacunq; persona ecclesiastica, regulari, sæculari, etiam exempta quæ ecclesiæ fructus, proventus, aut decimas recipit, c. de monachis d. clem. 1. de iurepat. c. 1. de preb. in 6. c. statuto §. vbi autem de decimis in 6. Propter necessitatem, & onus curæ, quam Vicarius exercet, d. clem. 1. hoc tit. c. extirpanda §. qui vero & ibi gloss. c. exposuisti de preb. arg. l. quod in uxorem. C. de negot. gest. & ibi not. per DD. Rot. diuers. decis. 56. num. 1. & 2. part. 2. suo nomine, & ordinaria potestate, & non ad nutum alterius; c. Garc. perpetuus de fid. instr. c. sunt c. percipimus 21. quest. 2. Rot. diuers. decis. 16. & 17. part. 1. Ratio præmissorum est, quia omnis cura beneficii, in quo quis instituitur, pertinet ad ipsum institutum, d. c. extirpanda in princ. ibi eorumdem seruitijs deputatis & ibidem in §. qui vero ibi habeat Vicarium canonice institutum, Vicarius non dependet ab eo cuius vices gerit, propter auctoritatem, & approbationem superioris: c. 1. de cap. monach. in 6. Anchar. in d. c. in 6. not. de preb. in 6. cura habita & quoad proprietatem, est penes principalem rectorem; quoad exercitium & effectum est penes Vicarium, adeo quod

Rector principalis non posset ibi exercere officium, curæ fori penitentialis, c. super eo, & ibi post gloss. in verbo annexa Franc. post. num. 2. & ibi Gemin. in gloss. 2. de preb. in 6. clem. dudum de sepult. & ibi gloss. in verbo sacerdotibus Anchar. in d. c. extirpanda num. 9. & 10. Congrua præsumitur sufficiens si fuit sufficiens prædecessoribus, & sibi imputare debet, ille, qui acceptauit beneficium nimis tenue; ludibrium enim esset, si quod statutum fuit ab initio, momento quolibet mutaretur, l. fin. §. vbi autem C. de bonis quæ liberis l. sancimus vers. non enim C. de administ. tut. Greg. xv. decis. 429. & ibi annot. De iure communi Vicarius tenetur omnia onera supportare, d. clem. 1. & ibi Anchar. in 1. not. cap. 1. ibi & alia onera eis incumbentia de preb. in 6. Quando religiosi, vel sæculares personæ ecclesiasticæ, ecclesias subiectas habentes, quarum redditus ad eos pertinent, prædicta onera supportare consueuerunt, de consuetudine, contra iuris communis dispositionem; tunc non coguntur ad congruam portionem sacerdoti assignandam, sed ad ipsa onera plene supportanda, ac sacerdotem seu Vicarium decenter tractandum, nec non sustentationem præstandam sufficientem, d. clem. 1. §. sane de iurepat. & ibi Anchar. num. 10. & seq. Compelluntur autem ad assignationem diæ congruæ à diocesano, si Vicaria vacet, per non admissionem, præsentati ab eis, nisi intra certum terminum, præsentantibus præfigendum, præsentato congruam assignauerint; quo lapso in penam negligentium assignare, præsentatus admittitur, & ad diocesani potestatem assignationis huiusmodi deuoluitur: d. c. 1. de preb. in 6. clem. 1. de iurepat. Si Vicaria plena sit conditione ex canone, d. c. extirpanda §. qui vero d. c. in lateranensi Præterea si Vicario parochialis ecclesiæ, deputatur Capellanus per visitatorem, tene-

tur Rector eidem Salarium soluere, & non Vicarius, *c. 4. in princ. sess. 21. c. beneficia sess. 7. Casar decis. 6. de prab. quia applicatio fructuū intelligitur, deductis expensis, & oneribus, c. quoniam & ibi gloss. 1. & Can. de vit. & honest. cleric. clem. 1. de censib. l. vnica §. pro secundo in fi. c. de cad. toll.* Ex decretis Concilii Tridentini beneficia † secularia, quocunque nomine appellata, curam animarum ex primæua fundatione, aut aliter quomodocunque retinentia, deinceps in simplex beneficium, etiam assignata Vicario perpetuo congrua portione, non conuertuntur: in his vero in quibus contra eorum institutionem, seu fundationem, cura in Vicarium translata est, etiam si in hoc statu ab immemorabili tempore reperiantur, si congrua portio Vicario, quocunque nomine is appelletur, non fuerit assignata, quam primū assignanda est: quod si id commodè fieri non possit, aut factum non erit, cum primum per cessum, vel decessum Vicarii, seu Rectoris, aut quomodolibet alterum eorum vacauerit, beneficium curam animarum recipit, & Vicariæ nomen cessat, & in antiquum statum restituitur, *c. statuit el. 2. sess. 25.* In † beneficiis ecclesiasticis curatis vnitatis, & annexis perpetuo cathedralibus, collegiatis, seu aliis ecclesijs, vel monasterijs, beneficiis, seu collegijs, aut pijs locis, quibuscunque, id est eorū mensis, seu quoad temporalia & spiritualia, *Garc. de benef. part. xj. cap. 2. num. 6. clem. 1. §. quidam etiam & ibi post gloss. mag. Canon. de priuil.* Concilium Tridentinum statuit, ut eadem ab ordinarijs locorum, singulis annis visitentur; qui sollicitè prouidere procurent, ut per idoneos Vicarios, etiam perpetuos, nisi ipsis ordinarijs pro bono ecclesiarum regimine, aliter videbitur expedire, ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut maiori, vel minori, ar-

bitrio ipsorum ordinariorum, portione, etiam super re certa assignanda, ibidem deputandos, animarum cura exerceatur: appellationibus, priuilegijs, exemptionibus, etiam cum iudicum deputatione, & illorū inhibitionibus, consuetudine immemorabili, in præmissis minime suffragantibus, *c. 7. sess. 7. quod explicat Garc. de benef. part. xj. cap. 2. num. 4. & seqq. per totum Nauarr. cons. 9. num. xj. & per tot. de stat. monach.* Quoties ergo ordinarius, voluerit, iuxta arbitrium sibi datū à dicto decreto Concilii Tridentini, temporales Vicarios, in perpetuos mutare; debet prius erigere beneficium ecclesiasticū, Vicariam perpetuam nuncupatum, in qua Vicarii perpetui intitulentur, *c. adhuc & ibi Pan. num. 3. & Can. & c. fin. hoc tit. c. extirpanda §. qui vero & ibi post gloss. in verb. perpetuum Can. de prab. clem. vnica & ibi Zab. num. 5. Vital. num. 34. & Can. communiter hoc tit. cap. vnico de cap. monach. in 6. & ibi Can. Rot. decis. 2. numer. 1. de excess. pralat. in nou.* Vicaria temporalis non est beneficium, aut titulus beneficalis: *clem. vnica. §. quidam etiam ecclesias de excessib. pralat. clem. ne in agro §. adhuc & ibi post gloss. in verbo seruituris Zab. in 3. not. & Can. de stat. monach. Rot. decis. 2. num. 2. & 3. de excessib. pralat. in nou. c. cum ex eo §. porro de elect. in 6. Cald. cons. 9. de rescript. Garc. de benef. part. 1. cap. 2. numero 93. & seqq. quod si non erigatur Vicaria perpetua † habet locum doctrina glo. in verbo de mensa, in Clemen. 1. §. præmissa. de suppl. neglig. pralat. c. visis 16. quest. 2. c. quoniam in fine de priuileg. & gloss. mag. in c. cum & plantare. §. in ecclesijs, in verbo. pleno iure. & Can. de priuileg.* In ecclesijs parochialibus vuitis, siue annexis quoad temporalia, quarum redditus ad religiosos, aut alios pertinere noscuntur, Concilium Tridentinum nihil immutauit, sed seruanda est dispositio *d. c. 1. de prab. in 6. Clem. 1. de iurepat.* Ex constitutione 46. Pij V. de Vicarijs

11 riis perpetuis in parochialibus ꝛ vnitis monasteriis regularium mendicantium; ad nominationem superiorum, debet ab episcopo vnus deputari ex ipsis, præuio examine approbatus, ad nutum superioris amouibilis: idem obtinet in regularibus monachis, dummodo cum monacho sic deputato, ex decreto Gregorii XIII. habitet vnus duntaxat alius monachus, *Garc. de benef. parte xj. c. 2. numero 13.* In parochialibus quæ non sunt vnitæ & annexæ monasteriis, sed eorum membra, aut quoquo modo dependentes, dictum decretum Concilii Tridentini, aut constitutio Pij V. locum non habent; sed habet locum *Clem. ne in agro. §. adhuc. & §. ceterum de stat. monach. & Clem. 1. de suppl.*

12 *negl. pralat. ac similes.* Impotantur ꝛ in congrua portione Vicario, omnia certa, quæ iure suo ex causa rectoriæ ab ecclesia percipiunt; *cum ex eo §. porro vbi de ecclesiarum ipsarum prouentibus de elect. in 6. peruenit el. 2. ibi de beneficiis illius assignes de appell. l. cum alimenta ibi ex facultatibus defunct. off. de alim. leg. non autem incerta, vt anniuersaria, oblationes, distributiones quotidianæ, etiam si ad certam summam, quotannis redigi possint, c. vnic. de cleric. non resid. in 6. c. fin. §. in illis vbi distributiones ponuntur vt diuersa. ab eo quod capitur ratione prebende de concess. prab. in 6. cap. fin. de rescript. in 6. cap. licet de prab. Rot. diuers. decis. 5. part. 2. Rebuff. de congrua num. 83. & 87. Rot. Farinac. decis. 420. num. 2. part. 1. neque alia emolumenta, quæ extra causam rectoriæ, siue Vicariæ, capiuntur vt nuptialia, baptismalia, funeralia, decimæ minutæ, terræ annexæ simplicibus beneficijs, in parochiali ecclesia fundatis; quia sunt redditus casuales & incerti, & quia dantur ratione cuiusdam ministerii personalis, *arg. l. scimus in pr. vers. repletionem, C. de inoff. testam. Felin. in c. ad aures nu.**

13 14 *de rescript. Rot. diuers. decis. 5. part. 2.* Per ꝛ electionem Vicariæ perpetuæ beneficium

non desinit esse curatum, *cap. exposuisti & ibi gloss. in verbo necessitas, de prab. d. c. extirpanda §. qui vero & ibi Pan. in 1. lect. num. 6. Rot. decis. 2. hoc tit. in antiq. Rot. fast. dub. 20. & de huiusmodi cura, facienda est mentio in impetratione, & alijs rescriptis, quando titulus beneficii, vel Prælaturæ, est immediatus ad curam. Felin. in capite postulasti sub num. 1. vers. & hoc videtur certum & in c. nostra in 10. coroll. de rescript. quando cura competit ratione parochialis annexæ in quo alius est Vicarius perpetuus, curam fori contentiosi habitu & actu habet Canonicus, vel is qui obtinet dignitatem, cui parochialis ecclesia est annexa; cura vero fori pœnitentialis est penes eum habitu tantum, actu ac exercitio, penes Vicarium; si vero parochialis non est annexa dignitati, aut præbendæ, sed certa portio fructuum eiusdem Canonici, aut dignitati est assignata; tunc solus Rector ecclesiæ parochialis censetur prælatus, & habet curam, & non Canonicus, aut obtinens dictam dignitatem; *Franc. inc. super eo numero 2. de prab. in 6. Panor. in cap. extirpanda §. qui vero num. 15. de prab. Zab. in Clem. 1. num. 10. & ibi Imol. num. 7. hoc tit. neutro tamen horum casuum debet fieri mentio de cura, in impetrationibus dicti canonici, aut dignitatis, vel alijs rescriptis, Fr. in d. c. super eo post num. 3. & ibi Gemin. num. 4. Anchar. in 3. not. & Can. communiter, Temporales, ꝛ assignata congrua sustentatione, cō-**

14
stituuntur ab episcopis l. quando secundum iura decretalium, cum obtinentibus parochiales ecclesias sibi subiectas, dispensant, quod vsque ad septennium litterarum studiis insistentes, promoueri minime teneantur, nisi ad ordinem Subdiaconatus duntaxat; qui interim curam exercent; *cum ex eo de elect. in 6. quæ facultas dispensandi sublata est, per decreta Cōc. Trid. quod statuit*

paro-

parochiales conferri per concursum: dicitur
infra tit. de prob. §. sexto ob non promotionem. Se-
 cundo quando ecclesia patitur ministro-
 rum defectum, propter beneficiatorum ab-
 sentiam, *cap. pen. de cleric. non resid. c. peruenit el.*
2. de appell. Tertio quando curato, causa co-
 gnita, dant discedendi facultatem ad bime-
 stre in scriptis, qui interim tenetur relinque-
 re Vicarium ab ipso ordinario approbandum,
 cum debita mercedis assignatione, *c.*
1. §. eadem omnino sess. 23. Quarto, quando ca-
 nonicus ad residentiam monitus, ab episco-
 po, appellat ad superiorem, statuitur ei ter-
 minus per episcopum, infra quem appella-
 tionem prolecuturus, iter ad superiorem ar-
 ripiat veniendi, & interim per Vicarium ho-
 nestum in ecclesia deseruit, de prouentibus
 canonicatus congrue sustentandum: *c. per-*
uenit el. 2. & ibi Can. de appell. quia ad illud, ad
 quod quis tenetur, pendente causa principa-
 li, tenetur pendente causa appellationis, *l.*
postquam §. imperator ff. vt leg. seu fideic. seru-
nom. cap. Quinto, episcopus beneficio in-
 gressi religionem, intra annum probationis,
 curat deserui, per Vicarium, assignata sibi
 congrua portione, de ipsius fructibus, *c. be-*
neficium in fine de reg. & trans. ad relig. Inter-
 dum assumuntur ab ipso Rectore, ad admi-
 nistrationem sacramentorum, & ad eum
 coadiuuandum, ad libitum ipsius Rectoris,
Zab. in cle. 1. num. 15. & seqq. hoc tit. & ibi num.
6. vt supra dictum est.

Quilibet potest esse Vicarius episcopi,
 nisi prohibeatur, prohibetur autem laicus,
c. nullus laicorum c. in nona cum cc. seqq. 16. quest.
7. prob. ad monach. in c. 1. num. xj. & seqq. hoc tit.
in 6. clericus coniugatus, Ioan. And. in c. ioan-
nes num. 2. de cleric. conug. in 6. Gemin. in c. 1. nu.
8. hoc tit. in 6. bigamus, Franc. in c. 1. in fine de
bigam. in 6. ac alij recensiti à Franco, in cap. 1.
hoc tit. in 6. sub num. 6. & ibi Can. Garc. de benef.

part. 5. cap. 8. in princip. Vicarius † generalis e-
 piscopi, habet officium merè voluntarium,
 quia nec ipse necessitatur mandatum iuris-
 dictionem suscipere, neque episcopus de
 necessitate tenetur constituere Vicarium, &
 est in mera eius voluntate, tribuere faculta-
 tes, Vicario coarctatas, vel amplas, *§. man-*
datum non suscipere Inst. mandati c. Romana de apa-
pell. in 6. l. 1. §. qui mandatum & ibi gloss. 1. & l.
cognitio in fine ff. de eo cui est mand. iurisd. Mob. d.
decis. 4. num. 1. hoc tit. Rot. diuers. decis. 222. num.
5. & decis. 297. num. 1. part. 2. ac prohibere ne
iudicet expresse, l. iudicium soluitur ff. de iud.
vel tacite; nam de causa inchoata per epil-
copum, Vicarius non se intromittit, quia,
quoad illam, videtur reuocatus: arg. c. si
quem de procur. in 6. Franc. in d. c. Romana num.
2. de appell. in 6. censetur † constitutus in dig-
nitate ecclesiastica, Clem. & si principalis de re-
script. & ibi Zab. Can. Staph. de litteris gratia tit.
de modo & forma impet. §. transco nunc nu. 12. &
seqq. præfertur archidiacono & archipres-
bytero, Rot. diuers. decis. 200. num. 4. part. 1.
Pan. cons. 12. vol. 1. habet † ordinariam iuris-
dictionem in his quæ veniunt sub generali
concessione, d. c. Romana & ibi gl. in verbo ge-
neraliter c. licet hoc tit. in 6. c. sua hoc tit. Garc. de
benef. part. 5. cap. 8. num. 21. & seqq. In requiren-
tibus speciale mandatum, si Vicario fuit si-
mul data iurisdicatio generalis, in casu quo
speciale requirebatur mandatum; ordinaria
censetur in omnibus, vt vniformis sit intel-
lectus concessæ autoritatis: si vero sepa-
ratim, censetur delegata, Franc. in c. 2. sub
num. 4. vers. dixit tamen Ioan. Andr. hoc tit. in 6.
& ibi Gemin. num. 9. Anch. in 1. quest. & Can.
communiter Crescent. decis. 15. num. xj. de prob.
Rot. decis. 7. in 1. dub. hoc tit. in nou. Garc. de benef.
part. 5. cap. 8. num. 40. 41. & seqq. Effectus †
sunt notabiles, primo casu episcopi & offi-
cialis, vnum & idem Consistorium cense-
tur,

tur, & appellandum est ad Archiepiscopum, *c. non putamus de consuet. in 6. d. c. Romana*, non autem secundo casu, & appellatur à Vicario, ad episcopum: *c. dilecti et. 3. de appell. c. & collatione de appell. in 6. gloss. in d. c. non putamus in verb. officiale & Can. licet primo casu, Vicarius datus generaliter cum expressione alicuius de istis, quod requirit speciale mandatum, secuta clausula generali, & omnia alia quæ per nos possumus, etiamsi mandatum exigunt speciale; potest omnia specialia similia, & minora expressis, gloss. fin. in c. 2. hoc tit. in 6. Host. in c. significasti in fine & ibi P. & alij de offic. Archid. arg. c. qui ad agendum §. 1. & ibi gloss. & Can. de procur. Secundo casu non poterit fieri prorogatio ad similia vel minora; quia iurisdictio delegata est improrogabilis, ordinaria prorogari potest, *c. P. & G. de offic. deleg. & ibi gloss. fin. & Can. Gemin. in d. c. 2. num. 9. in fine hoc tit. in 6.* Vicarij
 20 † & cuiuscunque iudicis, à sede Apostolica deputati constitutio probatur per solam supplicationem signatam: *l. prohibitum C. de iur. fisci lib. 10. Archid. decis. 13. de prob. specul. de prob. §. tertio videndum numer. 3. regula de non iudicando & c. procedit in iudice non nominato à Papa, sed nominato postmodum à parte, in expeditione litterarum; quia delegatio Papæ vel Imperatoris, l. unica C. de mand. princip. c. cum in iure positus de offic. deleg. & ibi gloss. fin. & Can. Facta ad instantiam partium, non potest probari, nisi per litteras, facta vero ab inferioribus, probatur per testes, & instrumenta, Bald. in d. l. prohibitum num. 12. & seqq. C. de iur. fisci lib. 10. Salyc. in l. unica C. de mand. princip. in princip. & ibi DD. Rot. decis. 5. vers. de secundo dubio hoc tit. in non.*
 21 Per commissionem † officij generaliter sibi factam, in officialem siue Vicarium transfertur cognitio causarum civilium, *c. 2. hoc tit. in 6. etiam ad temporalem iurisdictio-*
*Summa in Decretales,**

tionem pertinentium, *d. c. Romana §. debet & ibi gl. in verb. temporalem, potestas unien-*
*di, omnis iurisdictio voluntaria, Felin. in c. ex parte sub numero primo, vers. non obstat. quod ea qua sunt & c. de constit. Mohed. decis. 3. hoc tit. quam exercere potest, præterquam in casu c. statutum de præb. in 6. extra dioccesim committentis, Rot. decis. 5. de offic. Vicarij in antiquioribus licet aliter sentiat Franc. in c. fin. sub numero tertio, sicut potest eam exercere episcopus, cap. statutum in fine de præb. in 6. & ibi gloss. pen. & fin. Bald. in l. 2. ff. de offic. procons. & contentiosa, Mohed. decis. 3. hoc tit. c. 2. & 3. hoc tit. in 6. & vtroque gl. in 1. notab. & Can. quam episcopus & Vicarius extra dioccesim exercere non possunt, c. nouit. & ibi gl. mag. de offic. leg. Franc. Marc. decis. 361 part. 2. inter subditos inuitos: inter volentes, in aliena diocesi, potest episcopus eam exercere, de licentia diocesanorum obtenta, Pan. in d. c. P. & G. num. 15. sed non Vicarius; quia commissio facta ab inferiori à principe, nunquam potest exerceri, extra territorium committentis; Bald. in d. l. 2. post num. 1. ff. de offic. procons. & leg. post Bart. in l. cunctos populos C. de summa Trinit. exceptis episcopis expulsis, quibus indulgetur, ut in diocesi aliena, in qua moram traxerint inter subditos suos inuitos, per se, vel alium, omnimodam iurisditionem possint exercere, petita diocesanorum licentia, *el. 1. §. eisdem etiam de for. compet. & ibi gloss. 1. & Can. Præterea ex huiusmodi commissione, transit in Vicarium, facultas omnia faciendi, quæ facere potest episcopus, nisi in prohibitis, c. 2. & 3. hoc tit. in 6. Mohed. d. decis. 3. atque ex opinione Rotæ, inquisitio, & cognitio de criminibus spectantibus ad forum ecclesiasticum, tam ex suo mero, quam implorato officio, & si inuenierit talem criminiosum, remittere eum ad episcopum puniendum, Rot. decis. 2. hoc tit. in non.*
 Q Ioan.*

Ioan. Monach. in c. licet hoc tit. in 6. numero secundo, & ibi Gemin. numero quarto, institutio presentatorum ad beneficia, c. ex frequentibus de Instit. Rot. d. decis. 5. num. 2. hoc tit. confirmatio electionum, gl. in cap. fin. in verbo non possunt hoc tit. in 6. & ibi Can. quia est necessaria, non voluntariæ iurisdictionis, examen per concursum ad parochiales vacantes, Garc. de benef. part. 9. c. 2. §. 1. in princ. sed ad earum collationem requiritur speciale mandatum, Garc. de benef. part. 9. c. 2. §. 1. n. 117. & 120. interpositio decreti in alienationibus, rerum minorum, emancipationibus, & expeditio omnium, quæ ad iurisdictionem pertinent. l. 2. C. de offic. eius qui vicem alic. iud. obt. c. fin. de iud. in 6. Requiritur ¶ speciale mandatum, 22
punitio criminum, amotio criminum, amotio à beneficijs, & administrationibus, c. 2. hoc tit. in 6. Cald. conf. 3. de renunc. Staphyl. de lit. grat. tit. de var. mod. vacat. §. modo pro declaratione nu. 9. & seq. collatio beneficiorum, c. fin. hoc tit. in 6. late Franc. Marc. decis. 993. part. prima. Garc. de benef. part. 5. c. 8. n. 8. & seq. & num. 112. & seqq. ea quæ sunt meræ gratiæ, Prob. ad Monach. in c. 1. num. 8. hoc tit. in 6. Monach. in c. statutum num. 9. de prab. in 6. Zab. in Clem. 1. nu. 19. de offic. Vicarij. dispensatio, Felin. inc. at si clerici §. de adulterijs n. 21. de iud. Prob. Monach. in c. 1. sub n. 8. hoc tit. in 6. Cald. conf. 9. de off. Vicarij. ac data potestas etiam amplissima dispensandi, non compræhendit ea, quæ specialiter episcopo commissa sunt, Rot. decis. 9. in 2. quæst. de offic. Vicarij in antiq. Felin. in c. at si clerici §. de adulterijs sub n. 21. de iud. c. liceat ses. 24. remissio denunciationum matrimonialium, c. 1. ses. 24. de reformat. matrim. ibi nisi ordinarius ipse expedare iudicauerit. Garc. de benef. part. 5. c. 8. n. 50. & seqq. & n. 56. & seqq. auctoritas reservationis iuris patronatus, Cald. conf. 3. hoc tit. Ferret conf. 327. aut donationis eiusdem alteri factæ Cald. conf. 1. hoc tit. Ferret.

conf. 343. num. 9. & 344. numero quarto, Garc. de benef. part. 5. c. 9. n. 75. & seqq. litteræ commendatiuæ ad ordines, c. cum nullus §. 1. & 2. de temp. ord. in 6. visitatio, quia delegari non potest, nisi in calu legitimi impedimenti, c. patriarcha ses. 23. impositio & remissio penitentia, in casibus episcopo reseruatis: Archid. in c. 1. in gloss. super verbo reseruatur de penit. in 6. Anchar. in d. c. 2. post n. 3. hoc tit. in 6. nec veniunt sub generali commissione officij, specialiter auctoritate apostolica episcopo demandanda, etiam si episcopus nominatim committat Vicario, sibi deleganda auctoritate apostolica; quia non continentur sub potestate ordinaria episcopi, imo committuntur sibi extrinsecus, & iurisdicatio quæ nondum competit, non potest subdelegari, Rot. decis. 9. hoc tit. in antiq. Dec. in c. quoniam abbas n. 78. & seqq. de officio deleg. Felin. in c. pastoralis §. quoniam numer. 1. de rescript. Quamdiu archiepiscopus in prouincia sua vel circa illam extiterit, non potest officiales eius, contra suffraganeos exercere censuras, c. 1. §. fin. de offic. ord. in 6. nec contra personam, quæ sit in aliquo gradu dignitatis illustri. Rom. in l. si vero §. de viro n. 32. ff. solut. matrim. Ex ¶ delicto Vicarij vel officialis, in officio sibi commisso tenetur episcopus, & prelati, c. ad hoc & ibi gl. in verb. examinentur de off. archid. c. 1. & ibi gl. fin. vt lit. non contest. non proced. l. procurator ff. de tributor. §. fin. instit. de oblig. quæ ex quasi delict. & c. Rot. decis. 6. hoc tit. in antiq. & decis. 6. hoc tit. in nou. quia aliquatenus culpæ reus est, qui male hominis vitur opera, l. ex maleficio §. fin. in fine ff. de act. & oblig. nisi quam cito sciuerit, purgauerit eius delictum, d. c. 1. vt lit. non concess. & c. Ex iniustitia facta per Vicarium episcopus non tenetur, quia est salus fortuitus, cap. fin. & ibi gl. in verbo iustitia mediante ne clericus vel monachi & c. Appellatur ¶ à Vicario ad archiepiscopum, etiam in causis 24
spe.

spectantibus ad iurisdictionem temporalem, c. solita in fine & ibi gloss. in verbo suscipiunt de maior. & obed. nisi iurisdictione sit feudalis, d. c. Romana §. debet & ibi gl. in verbo iura alio de appell. in 6. & ibi Franc. & Can. & non ad episcopum; quacunque contraria consuetudine non obstante, quæ reprobatur; ne ab eodem ad seipsum, interponi appellatio videatur, c. non putamus de consuet. in 6. d. c. Romana, quando appellatio interponitur à sententia diffinitiva: ab interlocutoria potest appellari à Vicario ad episcopum, Put. decis. 491 lib. 2 Franc. in c. dilecti 3, n. 51. de appell. Can. post gl. in d. c. 2, de consuet. in 6. quin imo episcopus potest reuocare interlocutoriam sui Vicarij, etiam citra remedium appellationis, sicut poterat ipse Vicarius, gloss. in d. c. 2. in verbo officiali vers. præterealict de consuet. in 6. & ibi Franc. sub numero quarto & Can. communiter Franc. in c. dilecti 3, num. 51. & 52. de appell. de iure ciuili à Vicarij sententia definitiua, appellatur ad suum ordinarium, l. à proconsulibus & ibi Bald. vot. c. de appell. l. precipimus §. 1. c. eod. de nullitate sententiæ diffinitivæ Vicarij, utroque iure coram episcopo dici potest, Franc. in c. dilecti 3, nu. 50. de appell. 25 post Bald. ibid. A delegato ꝑ ab episcopo ad aliquam certam causam, appellatur ad ipsum episcopum: gloss. in d. c. 2. in verbo officiali in princ. & ibi Franc. n. 6. & Can. Rot. decis. 7. in 1. dub. hoc tit. in nou. à delegato officialis, appellatur ad ipsum officialem, vel etiam ad episcopum, omisso medio ipsius officialis: idem obtinet, quando appellatur à prælato, subdito episcopi, Io. Andr. in d. c. 2. numero secundo & ibi Archid. in fine Franc. numero 8. Rot. decis. 3. hoc tit. in nou.

26 Vicarius ꝑ Vicarium non potest substituere, temporalem, vel perpetuum, iurisdictionem in totum à se penitus abdicando, c. cler. h. r. & ibi Pan. n. 1. & Can. l. fin. ff. de offic. e-

ius cui mand. est iuris. ideo Vicarius episcopi in spiritualibus & temporalibus, non potest alteri vices suas committere: quia iurisdictionem habet non iure proprio, sed alieno beneficio, l. more maiorum & l. seq. §. de iuris. omn. iud. l. solet ff. eod. nisi ex causa, quia imminet necessaria profectio, & de consensu episcopi, & tunc iurisdictionem à se non abdicat, sed retinet: Host. in c. 1. sub num. xi. in gl. super verb. ab eodem & ibi Franc. numero quarto, Anchar. num. secundo, hoc tit. in 6. Zab. in Clem. 1. quest. 19. hoc tit. Rot. decis. 4. hoc tit. in nou. Garz. de benef. p. 5. c. 8. num. 148. & seqq. certam causam, vel qualdam potest delegare, l. solet ff. de iuris. omn. iud. & ibi gl. 1. d. l. 1. §. fin. & ibi gloss. in verbo ab eo ff. qui & à quo appell. & vtrouique DD. l. fin. & ibi gl. 1. & DD. ff. de offic. eius cui mand. est iuris. & quoad hoc episcopus potest ei dare facultatem, c. is cui & ibi gloss. fin. & Can. de offic. & potest. deleg. in 6. sed non potest ei dare facultatem ut alium Vicarium generalem, seu locum tenentem, Put. decis. 163. lib. 1. per c. clericos hoc tit. Rot. decis. 4. hoc r. in nou. posset loco lui deputare, nisi ex causa ut dictum est. Gemin. in c. 1. num. 11. hoc tit. in 6. Rot. d. decis. 4. hoc tit. prout ibi add. eam explicat. Delegatio ꝑ facta à Papa Vicario, eo mortuo, non transit in successorem in Vicariatu; quia dignitas Vicarij, non competit ex iure proprio, sed ex persona alterius, l. quod princ. & ibi Bart. & l. si augusta ff. de leg. 2. Bart. in l. more maiorum nu. 19 ff. de iuris. omn. iud. c. quoniam abbas & ibi Dec. n. 42 & DD. communiter de off. deleg. post gloss. mag. nisi probetur consuetudo, vel stylus, Achil. decis. 3. hoc tit. l. de quibus ff. de legib. Garz. de benef. part. 6. cap. secundo, n. 28. vsque ad n. 40. contrarium sentit. Officiales ꝑ foranei, non sunt ordinarij, sed delegati, & ab eis appellatur ad episcopum, Clem. 1. & ibi gl. in verbo foraneo de reser. & DD. d. c. Romana de off. ord. in 6. & ibi Gemin. numero

quarto, nec censentur constituti in dignitate ecclesiastica, d. Clem. 2. in fine.

39 Finitur ꝑ officium Vicarij, primo, reuocatione solius Episcopi, Pan. in c. edoceri num. 10. de rescript. absque consensu capituli, quia solus episcopus potest eum constituere: Ioan. Andr. in c. sua nobis num. 6. & Pan. in c. penult. sub numero quarto, hoc tit. attestans ita seruari de consuet. requiritur certioratio ad tollendum errorem publicum, ac gesta interim antequam certioretur, valent: c. audita de rescript. spoliat. Clem. vnica & ibi gl. in verbo teneant. & Mohed. decis. 29. de renunc. Garc. de benef. part. 5. c. 8. num. 174. & seqq. tenet reuocatio dati ad certum tempus, etiam medio iuramento de non reuocando, facta ante lapsum præfinitæ temporis, Io. An. inc. sua nobis n. 15. & 16. hoc tit. & ibi Pan. & Can. Secundo, captiuitate episcopi, c. si episcopus & ibi Franc. n. 3. de suppl. neglig. pral. in 6. Tertio, morte episcopi, postquam innotuit Vicario, §. Item si adhuc, 2. resp. Instit. mand. Mohed. decis. 29. & non requiritur certioratio, gloss. fin. in Clem. fin. de procur. Felin. in c. ex parte el. 3. sub num. 19. vers. fallit. 8. de rescript. Quarto, impeditur per excommunicationem episcopi, d. c. Romana hoc tit. in 6. & ibi Franc. numero tertio, in fine & ibi gl. fin. Gemin. numero quarto, in his quæ geruntur respectu iurisdictionis ipsius episcopi, tam in cæptis, quam in non cæptis, per officialem: Anchar. in d. c. 1. in 2. quest. & ibidem Host. num. 8. quia excommunicatus non potest iurisdictionem, quæ penes se mortua est, exercere per se, vel per alium. c. ad probandum de re iud. c. Romana & ibi Gemin. de suppl. neglig. pral. in 6. secus in gestis, prætextu iurisdictionis papalis, quia solus Papa episcopo excommunicato ius reddere potest, d. c. Romana de suppl. neglig. pral. in 6. & ibi Host. numer. 6. Quinto translatione episcopi, late Franc. Marc. quest. 1098. part. 1. & alijs modis quibus

finitur mandatum ad lites, cui mandatum iurisdictionis æquiparatur, l. & quia ff. de iurisdi. om. iud. & ibi DD. c. relatum & ibi Felin. nu. 4. & Can. de offic. deleg. sed Vicarius ꝑ primus, non censetur reuocatus ipso facto, per dationem secundi, quia habet ordinariam iurisdictionem, Pan. in c. volentes n. 3. per illum text. de offic. leg. & ibi Can. Salarium ꝑ nisi constat de certa conuentione, Vicario debetur officio iudicis glo. 1. §. in honorarijs ff. de varijs, & extra cog. Bald. in l. 1. l. mand. & petere potest ab episcopo, cuius fuit Vicarius, eiusque immediato successore, non mediato; quia ista æquitas cessat, quando Vicarius fuit negligens, in recuperando ab immediato, cum semper de primo successore sit intelligendum. Felin. in c. inuouamus de treg. & pace. Mohed. decis. 4. hoc tit. Quando ꝑ in eadem ciuitate, vel diœcesi, permixti sunt populi diuersarum linguarum, habentes sub vna fide varios ritus, & mores; si vrgens necessitas postulauerit, potest pontifex loci, catholicum præfulem, à se, adiunctis sibi duobus vicinis episcopis, consecrandum, nationibus illis conformem, constituere sibi Vicarium in pontificalibus; qui ei per omnia sit obediens & subiectus; si quis aliter se ingererit, excommunicationis se nouerit mucrone percussus; & si nec sic resipuerit, ab omni ministerio ecclesiastico deponendum, c. quoniam & ibi gl. in verb. Vicarium de off. ord.

De officio & potestate iudicis delegati.

Titulus XXIX.

S V M M A R I A.

- 1 Delegatus quis dicatur.
- 2 Delegare qui possint.
- 3 Delegatus quis dari possit.

4 A. scilicet

- 4 A Sede Apostolica vel Legato eius delegari debet obtinens dignitatem, vel Canonatum Cathedralis ecclesie, aut principalis officialis episcopi, vel Capituli sede vacante.
- 5 Caterorum delegatus quilibet esse potest, nisi prohibeatur.
- 6 Delegatus datur absque aliquo consensu partium.
- 7 Delegantur omnia secundum canones, etiam ea que sunt meri imperii.
- 8 Iudex delegatus recipit iurisdictionem post litteras delegationis presentatas.
- 9 Delegata potestas est stricti iuris, & delegatus id solum potest quod ei est commissum, & eo ordine quo commissum reperitur.
- 10 Delegati plures ad vniuersitatem causarum habent iurisdictionem insolidum.
- 11 Delegati plures ad vnam vel aliquas causas habent iurisdictionem simul & complexiue.
- 12 Fallit in datis sub hac forma vt omnes, vel duo aut vnus procedat.
- 13 Fallit secundo, quando in rescripto sunt clausula, quod si omnes interesse nequuerint, duo procedant quidd si ambo, vnus procedat.
- 14 Delegatus cognoscit an sua sit iurisdiclio, nisi exceptio proposita sugillet delegatum.
- 15 Quando de reuocatione litterarum ambigitur, nisi posteriores prioribus, vel e conuerso duxerint deferendum, simul vtrique cognoscunt, & si nequuerint in vnam sententiam concordare per arbitros communiter electos a partibus concertatio sopitur.
- 16 Ordinarius quando mandata contraria a diuersis delegatis recipit, an vtrisque, an neutris, an alterutris obedire debeat.
- 17 Delegantur causa a Sede Apostolica eiusque Legato in ciuitatibus ac locis insignioribus.
- 18 Si eiusdem ciuitatis seu diocesis fuerint actor & reus, vel vnus de ciuitate, alter de diocesi, vel vterque de altera tunc vel in ciuitate vel in diocesi causa committitur, exceptis certis casibus, & tunc non vltra vnam aut duas dietas.
- 19 Quando vero ciuitatum & diocesum fuerint diuersarum, si actor in ciuitate vel diocesi rei iudicem habere recusat, non in sua, sed in alia ciuitate vel diocesi delegatum potest impetrare.
- 20 Delegatus a Principe potest subdelegare.
- 21 Exceptis certis casibus.
- 22 Delegatus ab inferiore non potest subdelegare.
- 23 Delegatus a Papa qui vices suas alteri in totum commisit, potest commissionem reintergra reuocare.
- 24 Tertius potest comparere coram delegato in causa beneficii sine noua commissione suo per eodem beneficio.
- 25 Delegata iurisdiclio finitur multis modis.
- 26 Executores omnes tam beneficiarum quam aliarum gratiarum ac sententiarum sunt delegati.
- 27 Executores deputati in litteris gratia sub clausula sonante in monitionem siue conditionem, possunt in vtroque casu sine causa cognitione de vacante prabenda providere, & si velint, possunt assumere partes iudicis.
- 28 Tenentur certis casibus assumere partes iudicis.
- 29 Executorum alii sunt meri, alii mixti, in meris non habet locum c. statutum de rescript. in 6. sed in mixtis locum habet.
- 30 Executorum potestas quomodo expiret.
- 31 Conservator est iudex datus ad tuendum aliquos contra manifestas iniurias vel violentias omnes vel certas absq; iudiciali indagine.
- 32 Datur a summo Pontifice & sede apostolica.
- 33 Dari possunt episcopi, hi maiores abbates, dignitates, vel personatus in cathedralibus,

- vel collegiatis ecclesiis obtinentes.
- 34 Conservatoris potestas pendet ex forma re-
scripti, & censetur delegatus.
- 35 Expirat eius officium morte Papa quoad non
cepta negotia.
- 36 Cessante rescripto, ex dispositione iuris com-
munis nullam potestatem habet, nisi in no-
torijs & manifestis iniurijs, & violentiis
contra res, personas, privilegia.
- 37 Conservatoria ex decretis Concilij Trident. ne-
mini suffragantur ad hoc, ut coram suo
episcopo in criminalibus & mixtis cau-
sis accusari, conuoniri, & contra eum in-
quiri non possit.
- 38 In causis civilibus quid obtineat.
- 39 Familiaribus non profunt, praterquam duo-
bus.
- 40 Conservatoria non durant ultra quinquen-
nium.
- 41 Conservatoribus non licet habere erectum tri-
bunal.
- 42 Excipit ab his decretis Concil. Tridentin. vni-
uersitates generales, regularia loca, hos-
pitalia.

Dicitur vñ est de Vicarijs, qui vniuersaliter,
siue generaliter, vices alienas gerunt, in
diuinis officijs, vel iurisdictione voluntaria,
aut contentiosa, nunc dicendum est de his
qui vices alienas gerunt in vna vel certis cau-
sis, & quia vt plurimum & principaliter in
hoc titulo tractatur de officio delegati à Pa-
pa, qui in causa sibi commissa maior est
quocunque ordinario, c. sane 2. hoc tit. cap.
pastoralis §. prater ea de off. ord. & legato, cap.
studenti de off. leg. ideo de eo præmittit, vt
digniori. Delegatus ¶ est, cui causa com-
mittitur concordanda, cap. primo, & ibi
gloss. in verbo concordia de mut. petit. cap. fin.
de transact. Gail. obs. 35. lib. 1. cognoscenda,
germinanda, vel exequenda, vices dele-

gantis repræsentans, & in iurisdictione pro-
prium nihil habens: c. cum olim 2. & d. c. sane
secundo, hoc tit. l. 1. §. qui mandatum & l.
& si prator. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. ha-
bet non solum exercitium iurisdictionis, sed
iurisdictionem, cap. in literis. cap. ex literis hoc
titul. gloss. in l. ait prator. in verbo non habent ff. de
re iud. Pan. in d. c. sane secundo, numer. 2. & 3. hoc
tit. honorari debet tanquam repræsentans
personam delegantis. cap. fin. 93. dist. & ibi
gloss. penult. cap. si quando hoc tit. Delegatus ¶
potest Papa, qui hodie de generali consue-
tudine, concedit litteras, indistincte cleri-
co, agenti contra laicum, ex quacunque
causa, ex generali stylo curiæ, siue iudices
laici sint negligentes, siue non; sed laico con-
tra laicum Papa non concedit litteras, nisi in
certis casibus notatis in c. licet, & c. ex teno-
re de foro compet. Pan. in c. si clericus sub nu.
7. & ibi Can. communiter de for. compet. prin-
ceps, cap. sane el. 1. cap. significasti hoc tit. l. qui-
dam consulebant ff. de re iud. l. si quando C. de ap-
pell. item ordinarius, cap. primo, de for. comp.
& ibi gloss. in verbo alios & Can. etiam si vt sus-
pectus fuerit recusatus, c. si quis contra de for.
compet. de consensu recusatoris, c. cum speciali
de appell. aut si hoc actor refugerit, ab eodem
est deputandus, qui partes sibi mutuo con-
sensu, compellat eligere iudices, quorum
sententiam ipse ordinarius exequitur. d. c. si
quis contra §. 1. Requisita ¶ in delegato, com-
prehenduntur his verbis:

*Liber, Mas, gnarius, cui sit mens integra fama,
Ætas, qui subsit, committitur hu bene causa.*

late Capra conclus. 20. Liber seruus non po-
test esse iudex, l. pedius §. 1. ff. de arbit. neque
monachus, gl. in d. l. pedius §. primo, in verbo
nullam, aut excommunicatus, cap. ad proban-
dum de re iud. Mas. fœminæ remotæ sunt ab
omnibus officijs civilibus, vel publicis, l. 2.
ff. de

ff. de reg. iur. c. 1. §. tria 3. quest. 8. gnarus, ut iura canonum non ignoret. c. 1. de consang. & affin. c. si pro debilitate c. cum R. hoc tit. Cui fit Mens. Furiosus nullum negotium gerere potest, §. furiosus instit. de inutil. stipul. integra fama, infames à legitimis actibus prohibentur, cap. infames 3. quest. 7. c. super de el. & ibi gl. in verbo non vicio persona c. infamibus de reg. iur. in 6. *Ætas.* iure canonico debet vigesimum annū peregisse; c. cum vigesimum hoc tit. constituto intra eandem ætatem, nisi partes scienter contentirent in eum, qui decimum octauum annum transcendisset, facta delegatio ab aliquo, quam à principe, non tenet, d. cap. cum vigesimum, 2. respons. iure ciuili maior decem & octo annis, sed & minor decem & octo, maior quatuordecim annis, de consensu partium scientium ætatem, potest delegari à principe, l. quidam consulebant ff. de re iud. *Qui subtit.* delegatio facta non subdito, mero iure tenet; inuitus non cogitur subdelegationem suscipere, nisi is, qui subest iurisdictioni delegantis, cap. pastoralis hoc tit. c. pastoralis de offic. ord. l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. l. vnica C. qui pro sua iurisd. & ibi Bart. num. 2. Præter dictas qualitates, in deputando, etiam ad cognitionem causæ temporalis inter laicos motæ, Ioann. And. in d. cap. statutum in verbo canonicis Gemin. sub num. 3. Franc. nu. 12. & Can. auctoritate litterarum sedis apostolicæ, vel omnium legatorum eius, cum ex legationis vigore committunt, gloss. inc. requiritur, ut tempore datæ, licet postea desinat esse, Rotæ decis. 112. in antiq. qua est res de rescript. l. si delegatum ff. de aur. & arg. leg. iii. dignitate præditus, vel personatum obtineat, seu ecclesiæ cathedralis sit canonicus, d. c. statutum in fine princ. de rescript. in 6. Qui sublato dignitatis vocabulo venit; Achil. decisione prima de rescript. Felin. in cap. pastoralis numer. 8. hoc tit. Caput. aq. decisione 257. part. 1. nisi forte ec-

clesia sit regularis, & religio non sit expressa in commissione, Anchar. in d. c. statutum numer. 4. & ibi lo. And. n. 21. quia d. c. statutum. non amouet obstacula alia, quæ canonicos cathedralis ecclesiæ inhabiles reddunt: religione expressa, valida est commissio, facta à sede apostolica monachis cathedralium ecclesiarum; quia reperitur qualitas in monachis, requisita in clericis; Pan. in c. olim. el. 2. numer. 13. de priuil. Pan. in clem. dispendiosam nu. 3. & 4. de iud. c. fin. & ibi gloss. 1. 58. dist. Pan. in c. causam qu. 1. num. 9. de iud. aut principalis sit officialis episcopi, vel capituli sede vacante, seu religiosus conuentualem obtinens prioratum, quamuis ad prioratum eundem prior non consueuerit per electionem assumi: cle. 2. de rescript. alias ipso iure irrita est, & inanis delegatio; glo. in d. c. statutum in fine princ. in verb. committatur & ibi Franc. numer. 15. & Can. quia non solum inductum est in fauorem partium, sed etiam in fauorem ipsius sedis Apostolicæ, ne vilipendatur in tali ministro. Ex decretis Concilij Tridentini in singulis Concilijs Prouincialibus, aut diocæsanis, aliquot personæ, quæ dictas qualitates habeant, sunt designandæ; ut habeat quæque diocæsis saltem quatuor, aut etiam plures personas probatas; alioquin post designationem factam, quam statim episcopi, ad Romanum Pontificem transmittant delegationes, quæcunque alijs, quam his factæ, censentur subreptitiæ, c. 10. sess. 25. Excipe causam appellationis à sententia episcopi, vel ipsius Vicarij generalis, lata in criminalibus, qua auctoritate Apostolica, committenda est in partibus metropolitano, seu illius Vicario, aut si ille suspectus foret, vel ultra duas legales dietas distaret, seu ab ipso metropolitano appellatum fuerit, vni ex vicinioribus episcopis, seu illorum Vicarijs, non autem inferioribus iudicibus. cap. 20. sess.

5 *sess. 13.* Ceterorum ꝑ delegatus, quilibet potest esse, qui non prohibetur; quia habent melius notitiam subditorum suæ diocesis, quam Papa totius orbis; unde etiam si simplici clerico, aut laico committant, tenet delegatio, *gloss. in d. c. statutum in verbo sedis Apostolica, cap. 2.* & ibi *gloss. in verbo non presumant de iud.* & ibi *Dec. num. 7.* nisi obstat qualitas causarum; causæ ecclesiasticæ & spirituales, ut decimarum, iuris patronatus, possunt committi clericis tantum, *c. decernimus de iud. c. fin. de reb. eccles. alien. c. contingit de arbit. c. non placuit, c. laicus 16. quest. 7.* & non possunt committi laicis, etiam si sint clerici coniugati, *c. vnic. de cleric. coniug. in 6. c. 10. de cler. coniug. c. nullus §. in clericis sess. 23.* & partes consentiant; *c. diligenti de foro comp.* nisi laico aut laicis associetur vnus clericus, *glo. in d. c. contingit, & ibi Can. c. per tuas de arbit. Staphyl. de signat. lit. iust. §. dicendum est modo in princ.* Delegatio non trahitur ad futuras causas, quæ nondum fuerant, tempora impetrationis
6 *exortæ, c. si. de rescript.* Papa absque ꝑ aliquo consensu partium, imo illis inuitis, potest dare iudicem: *Anch. in c. 1. in 4. not. de foro comp. & ibi collect. in princ. c. super questionum §. quem vero & §. fin. c. cum R. hoc tit.* Episcopus quoque proprius committit causam alteri, & non est necessarius consensus partium: *Soc. post. Ioan. Andr. in c. 1. sub numer. 2. vers. in eadem gloss. ibi Romana curia de foro comp. & ibi Pan. sub num. 4. collect. in princ.* operatur consensus accedens, quod non valebit recusari iudex, nisi ex noua causa, *c. 4. in 2. resp. de foro comp.* Hæc est Romanæ Curie consuetudo; quod si vtraque pars est præsens, & consentit, ille detur in iudicem, in quem vtraque pars consentit: Si vero partes dissentiant, quilibet dat suos confidentes, & Papa eligit tertium ex officio, vel partium consensu: altera parte absente, fit delegatio ad pe-

tionem præsentis, saluo iure recusandi, *gloss. fin. in d. c. 1. de foro comp. & ibi Pan. num. 4. Mar. Soc. sub num. 2. & Can. communiter de foro comp.*

Secundum ꝑ canones omnia delegati 7 possunt, etiam ea, quæ sunt meri imperij: *c. licet de off. Vicarij in 6. c. episcopus ne clerici vel monach. in 6. gloss. pen. in fine in c. quod sed de offic. ordin. & ibi Pan. n. 4. dicit quod nihil habet Archiepiscopus quod sit meri imperij quod non sit delegabile præter pallium & docet quæ sint meri & mixti imperij & simplici iurisdictionis gloss. fin. in cap. in archiepiscopatu de raptor. & ibi Can. gloss. mag. in c. peruenit 95. dist. Rot. decis. 2. de prescript. in nou. Episcopus ea, quæ sunt ordinis episcopalis, non potest delegare, nisi episcopo, *c. aqua de consec. eccles. vel altar.* & demandatur auctoritas, quam episcopus in alienam iurisdictionem non potest exercere, nisi de mandato & voluntate committentis: *cap. scriptum 6. quest. 3. c. episcopus in diocesi 7. quest. 1.* inter ea quæ sunt iurisdictionis, quædam non potest demandare, nisi illis, quæ ad nunculo ordinis ea exercere possunt, ut deponere, *Card. in clem. 1. §. 1. quest. 6. de foro comp.* verberare clericum, *c. vniuersitatis de sent. excom. c. illi qui & ibi gloss. fin. §. quest. 5.* cætera quæ iurisdictionis sunt, potest demandare presbytero, sicut & reconciliare ecclesiam, *c. aurelius c. presbyter 26. quest. 6.* & quædam laicis, sicut est iudicare, in causa ciuili, ut dictum est, secundum leges, ea, quæ sunt meri imperij, non possunt delegari, nisi quando delegans non potest adesse, *l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iuris d. iudex delegatus ꝑ 8* recipit iurisdictionem, siue exercitium iurisdictionis post litteras delegatorias præsentas, *c. super eo 2. in fine & ibi gloss. de appell. gloss. in clem. 1. in verbo receptis de procurat. Rot. decis. 6. n. 1. hoc tit. in nou. Achil. decis. 2. num. 2. & 6. hoc tit. Innoc. in c. ex. conquestione numer. 2. de restit.**

restit. spoliat. & est hæc præsentatio de processu siue actis. *Specul. de rescript. present.* §. 1. num. 5. & seqq. cap. cum in iure & ibi post gloss. mag. Can. hoc tit. l. prohibitum C. de iure fisci lib. 10. l. vnica C. de mand. princ. Si intra certum terminum lis committitur decidenda, ex tunc terminus incipit currere, cum iudices contigerit litteras recepisse, die receptionis non numerata, d. c. super eo el. 2. & ibi gloss. & Pan. delegatio superueniens, aut præsentatio subsequens, præcedentis delegationis non præsentatæ; non trahitur retro, vt confirmet sententiam, & processum illius, qui processit vt delegatus ante litterarum præsentationem, *Guid. Papa quest. 286. Bart. in l. vnica num. 4. C. qui pro sua iurisdict. post gloss. ibidem Bart. in l. 1. num. 4. C. vbi de crimin. agi oport.* Delegata ꝑ potestas est stricti iuris, delegatus id solum potest, quod ei est commissum, & eo ordine, quo commissum reperitur. Quando certa forma data fuit, c. cum dilecta de rescript. l. diligenter ff. mand. si contra vel citra formam mandati agit, nihil agit, c. prudentiam in fine princ. & c. venerabili hoc tit. Si simpliciter commissa fuit cognitio sine aliqua forma expressa, tunc non censetur commissa causæ definitio neque executio, l. vbi circa medium & ibi gloss. C. de fals. Myns. obs. 93. cent. 4. Sed omnia potest, sine quibus causæ cognitio expediri non potest; d. c. prudentiam in fine princ. c. suspitionis c. praterea & ibi glo. 2. & DD. Pan. hoc tit. id vero, propter quod facilius causa expediri posset, non venit, nisi ei expresse committatur: ideo delegatus Papæ non potest absolueret ad cautelam, nisi id specialiter sibi sit concessum, quamuis ea absolute impensa, magis commode procedi possit in causa: c. pastoralis §. praterea de off. ord. in c. solet & ibi gloss. in verb. per superiorem de sent. excomm. in 6. & ibi Franc. nu. 4. Gemin. sub num. 15. in gloss. super verb. per superiorem & numer. 16. Anch. in 7. Summa in Decretales.

not, qui enim non potest directam absolutionem impendere, non potest, nec illam ad cautelam, sed ipse excommunicator, eiusque superior absoluunt ad cautelam: inferior ab excommunicatore ad cautelam absolueret non potest: d. c. pastoralis §. praterea & Couar. in 1. part. relect. c. alma mater §. 12. num. 7. de sent. excomm. De Stylo Curia, nullus auditor sacri palatii potest absolueret ad cautelam, nisi sibi specialiter committatur, secus est, si aliqua causa, siue absolutio committatur extra Curiam Romanam alicui, quod absoluat aliquem, vel aliquos simpliciter, quia tunc talis delegatus potest absolueret ad cautelam, & ita seruat Rota, Rot. decis. 3. & 4. de sent. excomm. in antiq. licet contraria opinio verior in iure videatur. Delegatus potest cognoscere de eo, quod venit accessorie ad causam principalem, c. de prudentia, de donat. inter vir. & vxor. & ibi Pan. num. 2. 3. & 8. c. prudentiam §. sexta hoc tit. ac etiam quod venit accessorie ad ipsum accessorium, cap. prudentiam §. fin. & ibi gloss. si. & Pan. in 2. not. hoc tit. & Can. Innoc. in c. cum olim 1. num. 2. hoc tit. delegatus principis, & subdelegatus ab eo, c. ex littera & ibi gloss. in verbo subdelegatus Pan. & Can. hoc tit. l. cui iurisdictio. ff. de iurisd. omn. iud. ac etiam delegatus ab ordinario, habet correctionem, ias. in d. l. cui iurisdictio num. 23. & ibi DD. ff. de iurisd. omn. iud. Plures ꝑ delegati ad vniuersitatem causarum, habent iurisdictionem in solidum & æquiparantur ordinarijs, l. Pomponius alias incipit si vni ff. de re iud. & ibi gloss. 1. paulo ante finem & ibi Bart. nu. 3. ias. num. 6. & 7. d. c. prudentiam & ibi gloss. in verbo teneatur c. cum causam & ibi gloss. in verbo delegatus in fine de appell. exemplo plurium magistrorum, seu institutorum, tutorum, l. fin. C. de auct. prest. curatorum, l. consilio §. fin. vers. questum ff. de curat. furios. fabricensium, l. iure prouisum C. de fabric. lib. xj. quibus vniuersitas

R quæ-

quidam committitur, qui in dubio dati intelliguntur in solidum *l. i. §. si plures ff. de exerat.* Plures delegati ꝛ ad vnam vel aliquas causas, habēt iurisdictionem simul, & complexiue, *c. causam matrimonij c. vno delegatorum*
 12. *c. cum causa hoc tit.* Excipe primo ꝛ quando dari sunt sub hac forma, vt omnes, aut duo, vel vnus procedat, quia alternatiua, tribuit eis iurisdictionem in solidum: *c. cum plures hoc tit. in 6.* vel alia consimili, vt si dicatur, quod quilibet in solidum, & per se iudicare possit: vel quod alter alterum non expectet, aut non requirat. *gloss in d. c. cum plures in verbo consimili.* Vno eorum negotium, inchoante commissum, qualitercunque, etiam si lis non sit contestata coram eo, *c. gratum c. licet hoc tit. c. quamuis c. si à subdelegato hoc tit. in 6.* alij nequibunt se vltius intrmittere de eodem, nisi infirmitate, vel alia iusta causa contingeret eum impedi, aut si noller, vel malitiose, in eo procedere recuset, *d. c. cum plures §. porro*, neque subdelegatum daret, qui collegæ præfertur, si incipit vti iurisdictione, & in concursu; secus si collega, cui competeat iurisdictione, propter impedimentum inchoantis, præueniret, quia præuentio inchoantis, non extinxit, sed suspendit iurisdictionem collegatum, *Franc. in d. c. cum plures sub numer. 5. in gloss. in verbo recusaret & ibidem Gemin. Ioan. Andr. in gloss. pen. Anchar. in 4. not.* ac iurisdictione perpetuata per vnum ex delegatis in solidum, perpetuata intelligitur, quoad omnes, *d. c. cum plures §. fin.* Secundo non competit eis iurisdictione
 13. complexiue, quando ꝛ in rescripto ponuntur clausulæ, quod si omnes interesse nequiverint, duo procedant, *c. prudentiam hoc tit.* quod si amho & c. vnus procedat: *c. cum dil. de empt. & vendit.* quæ iurisdictionem tribuunt conditionaliter. Tunc igitur vnus, vel duo, iurisdictione vti poterunt,

& non antea, cum constiterit de impedimento collegæ, alias non valet, quod agitur, *c. prudentiam in princ. & §. ad hęcimus hoc tit. gloss. in d. c. cum plures in verb. forma & ibi Can.* Præterquam in beneficalibus, in quibus tenet processus, & sententia vnus, vel duorum, & veritas præfertur opinioni, *c. veritate comperta 8. dist.* si ex post facto probatum fuerit, in veritate impedimentum subfuisse in tertio, (licet de eo, tunc collegis non constiterit, *Rot. decis. 4. de offic. deleg. in nou. Rot. decis. 1. de probat. in antiq. Rot. diuers. decis. 435. part. 1. d. c. veritate c. dilectus in fin. de appell.*) perpetuum, vel temporale inuitabile: secus in impedimento temporali euitabili, in quo necessaria est protestatio, vt reculationis, incommoditatis, noluntatis: *Gemin. in d. c. cum plures sub numer. 8. Felin. in c. sciscitatus sub num. 14. vers. limita 2. de rescript. Rot. decis. 7. hoc tit. in nou.* Ratio diuersitatis est, quia impedimentum perpetuum, & temporale inuitabile, sine ope exceptionis, impediunt exercitium iurisdictionis, & ideo sufficit existentia, quæ statim verificat clausulam impotentia; dum tamen nec ipse coniudex, nec aliqua partium de hoc quaestionem resulerit. *d. c. sciscitatus vbi si poterit. Ioan. Andr. in c. cum qui dereg iur. in 6. in mercurial.* Dictæque clausulæ si duo, vel tres, quibus litteræ diriguntur, ipsis exequendis simul interesse nequiverint, vnus vel duo exequantur; intelliguntur de impotentia, tam de iure, quàm de facto, de iure, si aliquem illorum seruum, vel intamem, aut alio legitimo impedimento detentū esse constiterit, de facto, si constiterit eum casu mortis occumbere, aut euitabili necessitatis articulo impediri, quo minus valeat interesse: *d. c. sciscitatus*, & includunt in se voluntatem, quoad consolidandam iurisdictionem coniudicum, licet is, qui cum possit, absque graui periculo rei fami-

rei familiaris, noluerit interesse, grauissime sit arguendus, pro eo, quod mandatum apostolicum exequi subterfugiat, aut contemnat, d. c. prudentiam § adycimus & Innoc. num. 8. Felin. Pan. num. 3. & 5. & Can. communiter, non tamen puniendus, quia non est præcisa resistencia mandati apostolici, Pa. in d. §. adycimus num. 5. Propterea ex benignitate Papæ, expressa semper solet addi clausula noluntatis, vltra clausulam impotentia, Pan. in d. c. sciscitatus in fine. Impedimentum probatur per certum nuncium publicum, canonicè ab impedito destinatum, etiam sine litteris, c. cum parati de appell. vel per excusatorem literatorie destinatum coniuudicibus, vel alias canonicè per testes, & alias probationes, d. c. prudentiam in princ. & ibi gloss. & DD. Pan. in d. c. sciscitatus nu. 16. & Can. De noluntate constat per trinam requisitionem, clem. dudum & ibi gloss. in verbo recusarint de sepult. imo per vnicam requisitionem, in qua non est necesse exprimi terminum, sed ipso iure statim currit, quia vbi quis tenetur interesse ad certum actum iudiciale, sufficit vna requisitio quando non citatur vt litigator. clem. 1. §. duro & ibi gloss. in verbo requisierint de haret. & ibi Zab. Felin. in c. ex litteris post num. 8. vers. fallit enim, 1. de constit. Impeditus cessante impedimento, c. quoniam abbas & ibi gloss. 1. hoc tit. Butr. in 1. not. Felin. in d. c. sciscitatus in fine vers. & nota quod cessante. & c. & nolens vbi pœnituerit, admittitur ad causæ prosecutionem in statu, in quo est, Ioann. Andr. in d. c. mutare de reg. iur. in 6. in mercurial. Alex. in l. Stichum qui meus erit per illum text. ff. de legat. 1. Item intelliguntur si nequiverint interesse per se, vel alium: nam impeditus, aut nolens, vices suas coniuudici, aut alteri committit, imo duo vel tres possunt committere vices suas vni, qui fungitur vice duorum, vel trium, & quicquid ille vnus fecit, o-

mnes fecisse videntur, Rot. decis. 29. de rescript. in nou. & decis. 5. hoc tit. in nou. l. ita autem §. gessisse & ibi gloss. & DD. ff. de administ. tut. c. potest qui & c. qui facit de reg. iur. n. 6. Quia datur eis potestas subdelegandi è lege, c. quamuis c. pastor. 1. resp. & c. quoniam el. 2. hoc tit. l. à iudice c. de iudic.

Delegatus ¶ cognoscit an sua sit iurisdic- 14
tio, quia iudicare principaliter est onus, c. super litteris de rescript. & ibi post gloss. in verbo facta fuerit Felin. num. 18. qui amplias & limitas. l. 2. & ibi gloss. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit. l. prescriptione c. si contra ius vel vtilit. pub. & ibi gloss. fin. Bart. in l. quidam consulebant num. 3. & seqq. ff. de re iud. qui late distinguit c. sup. conclus. 29. nisi exceptio proposita sugillet delegatum, & afficit eius personam, quo casu superior tantum cognoscit, c. quod suspecti 3. quest. 5. & ibi Archid. sub nu. 1. attestans ita seruare curiam Pan. in d. c. super litteris post num. 10. & ibi Felin. nu. 22. & Can. communiter. vel ad eum spectet commodum pecuniarium. l. 1. §. dies vers. in propria ff. quando appelland sit. l. de iure & ibi glo. in verb. prouincia ff. ad municip. Quando vero ¶ de reuocatione litterarum ambiguitur, 15
videlicet diuersæ litteræ sunt impetratæ, iudices citant partem aduersam, quæ coram eis exhibet secundas litteras, facientes mentionem de primis, vel non facientes mentionem de primis, & primas elidit exceptione, c. ex tenore & ibi gloss. 1. in fine de rescript. ipsi volunt cognoscere de reuocatione litterarum: item secundi iudices citant partes, & cum exhibentur coram eis primæ litteræ, ipsi volunt cognoscere, an primæ sint reuocatæ, & secundæ impetratæ, per falsi suggestionem, vel veri suppressionem, c. ceterum de rescript. cap. coram hoc tit. c. inter monasterium de re iud. Quia pro eodem negotio partes non sunt trahendæ, coram diuersis iudicibus d. c. 1
ex tenore & c. fin. de rescript. nisi posteriores

prioribus, vel e conuerso duxerint deferendum, simul vtrique cognoscunt: & si forte nequiverint simul in vnam sententiam concordare, quamuis plures sint ex vna parte, quam ex altera, quia non statuitur maiori parti, quod æqualem habeant iurisdictionem, & sint loco vnus, scilicet Papæ delegantis, per arbitros communiter electos à partibus, huiusmodi concertatio sopitur. *c. pastoralis de rescript. & ibi Pan. ponit 5. casus num. 5. pro intellectu d.c.* Quod ¶ si iudex ordinarius, à diuersis delegatis apostolicis contraria mandata recipiat, si de contentione, super iurisdictione excitata nihil ei innotuerit, cum primum mandatam eum recipere contingit, illud debet exequi, & alijs postea contrarium mandantibus, postulat copiam vtriusque rescripti, & si ex tenore eorundem, secundæ litteræ expressæ reuocent primas, exequitur quod secundo loco mandatur: si non reuocant, secundum mandatum non exequitur: si dubitat, secundum mandatum non exequitur, donec concertatio super iurisdictione, iuxta d.c. pastoralis fuerit sopita. Idem obseruat in primo mandato recepto, & nondum executo, si illi innotuerit, quod delegati super iurisdictione demandata inter se cœperint disceptare, *c. cum contingat de rescript.* qualis ambiguitas & contentio non potest cadere inter iudices datos, in causa principali, & iudices delegatos in causa appellationis, quia iudices appellationis semper cognoscere debent, an legitime sit appellatum, & non iudices, à quibus fuit appellatum, *c. dilectus filius 2. de rescript.* Causæ ¶ commissæ semel in Curia Romana semper remanent ibidem tractandæ, *Bal. in l. si vt proponi numer. 12. C. quom. & quando ludez. Ep. in c. cum M. num. 198. de rescript. las. in l. filiusfam. §. Diui num. 8. ff. de leg. & plures cum mulans. Rot. decis. 43. de appell. in nou. & extra*

Curiam à sede apostolica, eiusque legatis, delegari & audiri debent in ciuitatibus, vel locis insignioribus, vbi possit commode copia peritorum haberi, tam pro aduocatis, quam assessoribus, & Consiliarijs, & alijs quæ emergunt. *c. statutum in fine princ. de rescript. in 6. & ibi gloss. & Can. c. cum ab omni de vit. & honest. cleric. c. non licet xj. quast. 3.* Super contentione inter partes, an locus sit insignis, iudex delegatus cognoscet, & pronunciat: super eadem contentione, inter delegatum & partes eliguntur arbitri, *Franc. post gloss. in d. c. statutum num. 2. Gemin. num. 14. & 15. nisi notorium sit locum esse insignem, quo casu exceptio reiicitur.*

Si eiusdem ¶ ciuitatis seu diocesis fuerint actor, & reus, vel vnus de ciuitate, alter de diocesi vel vterque de altera, sufficit, quod in altera, vel in ciuitate, vel diocesi, causa committatur, *Anch. in d. c. statutum §. cum autem sub num. 3. item nota quod dicit in ciuitate, vel diocesi &c. & Gemin. sub n. xi. vers. ex quo infert quod si &c. in d. §. cum vero & ibi Franc. numer. 6. nisi ab episcopo contra aliquem de sua diocesi; vel ab aliquo contra eum: vel eius capitulum: siue contra vniuersitatem ciuitatis, castri, aut villæ, fuerit actio dirigenda: vel nisi actor eandem ciuitatem, vel diocelimum intrare non audens, etiam ex culpa sua; vt quia relegatus, Gemin. in d. c. statutum §. cum vero num. 13. aut sui aduersarij potentiam merito & ex causa verisimili c. statutum §. cum vero & ibi gloss. in verb. merito de rescript. in 6. per hortescens, cum intra ipsas nequeat conuenire secure: in quibus casibus, extra diocetam ciuitatem & diocelimum, causa committitur contra prædictos d. c. statutum §. cum vero de rescript. in 6. & ibi Can. nullus vero eorum, iure veteri; ultra duas dietas, c. nonnulli de rescript. iure nouo in quacunque actione personali, reali, vltra v-*

nam dietam à fine diœcesis suæ, siue loci domiciliij, non rei sitæ, aut originis, contractus, vel delicti computandam, potest conueniri. gloss. in d. c. statutum §. cum vero in verbo vnam dietam attestans ita seruare curiam & ibi Franc. n. 12. Gem. n. 15. & seqq. Imola in c. dilectus el. 2. de rescript. n. 12. & ibi Can. R. 34. decis. de rescript. in antiq. Franc. Marc. quæst. 1056. n. 2. & in fine part. 2. fit itaque computatio à fine diœcesis, etiam in ea parte, quæ magis distaret à ciuitate, vel habitatione conuenti, licet forte à fine habitationis suæ, essent plures dietæ, Anch. in d. c. statutum §. cum autem num. 3. & ibi Franc. nu. 2. & Can. Ioan. Andr. in d. c. nonnulli n. 8. & in eius mensuratione debet considerari via communior, vsitator & frequentior, Ioann. Andr. in d. c. nonnulli num. 32. & seqq. & in c. olim. num. 3. & 4. de except. quia per totam diœcesim reus non videtur grauari, cum & ibi coram ordinario possit trahi: c. cum episcopus de off. ord. in 6. Vnde si modicum, vltra vnam dietam, remotus esset locus ille à fine diœcesis conuenti, puta per vnum milliare, non poterit ibi fieri commissio, l. 3. ff. de verb. signif. vel si trahatur extra diœcesim & provinciam, licet minus sit spatium ad quod trahitur, quam vna vel duæ dietæ, c. neminem & ibi gloss. 3. quæst. 6. de quo doctores controuertunt & communior videtur opinio, quod quis extra provinciam trahi possit, dummodo non vltra duas, vel vnam dietam, Anch. in d. §. cum autem in gloss. super verbo ciuitate vel diœcesi & ibi Gem. n. 3. Franc. in princ. Imol. in d. c. nonnulli sub n. 14. vers. iuxta prefata quæro Felin. n. 35. quorum opinionem seruat Romana Curia, gloss. in d. c. neminem in fine, Actor, timorem, propter quem non audeat ingredi ciuitatem, vel diœcesim, seu perhorrescat potentiam aduersarij, in litteris exprimere tenetur, verbis generalibus, d. §. cum vero & ibi Franc. in 3. uot. & signatura rescribit, præstito iuramento prædicto, quæ

important conditionem & formam, l. à restatori ff. de cond. & demor. Felin. in c. cum dilectus vers. secundum signum de rescript. & nisi de eo, primo iudici fidem faciat, saltem per proprium iuramentum, iudex ipse nullatenus in causa procedit, sed partes à sua iurisdictione dimittens impetrantem in expensas alteri parti condemnat: quia eo non præstito ab initio nullam habet iurisdictionem, d. §. cum vero in fine, nisi in rescripto diceretur, prout iurare paratus existit, quia id intelligitur parte petente. l. vniuersa C. de precib. imp. offer. & ibi gloss. fin. Achil. decis. 2. num. 4. de iureiur. De stylo Curia præstari potest in quacunque parte iudicij, & in fine primæ, & secundæ sententiæ relictis expensis, Cassad. decis. 1. num. 3. de iureiur. ac etiam post executionem, vsque ad brachium sæculare, Achil. decis. 4. de iureiur. ad effectum validandi processum in curia, non autem ad effectum annullandi processum factum in partibus, Put. decis. 34. libro 3. etiam per iudices reuocatos per secundum rescriptum, Fel. in c. caterum n. 10. vers. valet processus de rescript. Alias lex limitationes, in quibus causa committitur extra diœcesim litigantium, ponit Franc. in d. cap. statutum §. cum vero vers. septimo limita & seq. quem vide. Exceptio, quod non debeat quis trahi vltra vnam dietam, non solum potest opponi ante & post litem contestatam, sed etiam post sententiam, quia, nisi expressus partium consensus interuenerit, processus est nullus propter decretum, §. fin. d. cap. statutum Franc. in d. c. statutum §. cum vero num. xi. licet Imol. in c. dilectus el. 2. nu. 13. & ibi But. de rescript. aliter sentiant. Iure ciuili & decretorum, in impetratione rescripti, ad extraordinarium iudicium, seruatur dispositio, l. si quando, & auth. quod fieri. C. de dilat. cap. inducia. §. et autem & §. fin. 3. quæst. 3. Quando vero actor † & reus ciuitatum, vel diœ-

R. 3. celium

cessum fuerint diuersarum, si actor in ciuitate vel diœcesi rei iudicem habere recusat, non in sua, sed in alia ciuitate, vel diœcesi delegatum libere potest impetrare, dummodo locus, ad quem reum traxerit, sicut in alio casu præmittitur, minime sit remotus, *d. c. statutum §. cum autem*, Abbates aut alij religiosi, quibuslibet administrationibus præfidentes, pro prioratibus, seu alijs locis subditis, etiamsi pertineant ad mensas eorundem, reum quomodolibet conuenire non possunt, per rescriptum apostolicum, vel legatorum ipsius, nisi vbi, & coram quibus possent administratores dictorum, prioratum, & locorum, contrafacientes in expensis & interesse condemnatur, & processus habitus ipso iure est irritus: *Clem. 1. de rescript.* In nullo casuum prædictorum, delegatus extra ciuitatem vel diœcesim, in quibus deputatus fuerit, citat partes, nec de causa cognoscit, nisi ad id, expressus accesserit earundem consensus; neque alibi, quam intra illas, & personis, dumtaxat superius designatis, committit quomodolibet vices suas; *d. c. statutum §. in nullo*, De stylo derogatur constitutioni Bonifacij octauo de vna, & Concilio generali de duabus diœcesibus, cum clausula, dummodo non trahatur vltra tres & c. *Staph. de sig. lit. iust. §. quando petitur num. 4. c. nonnulli in fin. princ. de rescript. & ibi Fel. nu. 30. enumerat 11 casus in quibus non habet locum exceptio de vna vel duabus diœcesibus*, In causa appellationis, si actor & reus sint eiusdem diœcesis, locus qui est competens in causa principali, erit in causa appellationis: si vero sint de diuersis diœcesibus, & appellet actor, erit idem; quia debet reus trahi in causa appellationis, sicut in causa principali cum actor sequatur forum rei, sed si appellet reus, curia dat iudices in eodem loco, ita quod eiusdem rei originalis habeatur ratio in causa

appellationis, sicut in causa populi quia non potest conqueri actor de loco, quem semel elegit, nisi causa esset beneficialis, vel talis quæ propter appellationem esset tractanda in Curia, *Ioan. Andr. in d. c. statutum n. 6. & seq. & ibidem Anchar. in §. cum autem in final. quest. Franc. num. 3. Gemin. ibidem in 1. quest. & Can. c. vt litigantes de offic. ord. in 6.* Prædicta ac dispositio *d. c. statutum*, non habent locum in ordinarijs, nam celebrius habet committere, sedes Apostolica, vel eius legatus, quam vnus episcopus, qui habens minus territorium, magis scire potest, quibus committit, *Ioan. Monach. in d. c. statutum nu. 4.* Circa munera, expensas necessariæ protectionis delegatorum, quando proficiscuntur extra domicilium, assessorem, notarios, horum salaria, restitutionem munerum receptorum, testium euocationem, & expensas in veniendo, stando, & redeundo, seruanda est dispositio, §. *in super & §. seqq. d. c. statutum.*

Delegatus à principe potest subdelegare, *c. super questionem c. quamuis c. fin. hoc tit.* quando committit delegationis vigore, *gloss. in d. c. statutum in verbo legatorum in fine & ibi Can.* totam causam, principium, aut finem, constitutis in dignitate, personatu, aut canonicis cathedralium ecclesiarum, vel alijs personis supra designatis, *d. c. statutum §. in nullo in fine c. super questionum §. 1. hoc tit.* medium & audientiam vnus articuli, etiam requirentis causæ cognitionem, vt audire testes, & eorum iuramentum recipere, aut meram executionem, cuiuslibet simplici clerico, *gloss. in d. c. statutum in princ. in verbo causa & in d. §. in nullo in verbo vices suas & ibidem Can. Cap. Tholos. quest. 12. aut assessori electo, seu deputato; cap. super questionum §. 1. cogitque subdelegatum subdelegationem recipere, dummodo delegans malitiose se non exoneret, cap. pastoralis hoc tit.* l. i. iure ciuili de-
lega-

legatus principis, non potest delegare audientiam, aut processum, reservata sibi sententia, aut *adhoc vers. delegatus C. de iud.* Subdelegatio facta, iuxta formam *d. cap. super. quæstionum*, est de ordinatoriis iudicij, quæ observantur coram iudice ecclesiastico, etiam si suspendeat inter laicos, inter quos servatur ius commune ex statuto, quia id procedit in decisorijs, *Achil. decis. 1. hoc tit. Bald. in l. ex ea causa post n. 2. vers. vbi episcopus servat. ff. de postul. Pan. in c. 1. num. 3. de constit.* Delegatus cui à principe iniunctum fuit, vt personaliter exequatur, potest de consensu partium subdelegare: præterquam si Papa ex officio, vel ad instantiam partium inquisitionem fieri, aut ecclesijs de prælatis & ministris, non expressis certis personis, *c. in cui hoc tit. in 6. mandar. prouideri, c. fin. §. 1. & ibi*
 21 *gloss. hoc tit.* Is quoque cui non est iurisdictionem sed nudum ministerium commisit, salua legatorum Sedis apostolicæ auctoritate, alteri vices suas committere non potest, videlicet prædicare crucem, excommunicare, absoluer. dispensare cum irregularibus, iniungere pœnitentias: *d. c. si hoc tit.* neque is cui mandata est iurisdictione, quando per verba rescripti comprehenditur, quod sit electa indultoria, & fides personæ, *d. c. in cui c. fin. §. 1. in fine & ibi Felin. n. 3. & seq. ponit signa quadam hoc tit. & vtrouque Can.* Delegatus ab inferiore non subdelegat, nisi sit delegatus ad vniuersitatem causarum, *l. solet ff. de iurisd. om. iud. dudum est §. tit. de offic. vic.* vel tibi hoc specialiter concedatur: *gl. fin. in d. c. in cui Zab. in Clem. vnicam 12. quæst. hoc tit.* subdelegatus delegati à principe, vel delegatus ordinarij, ad certam causam, non possunt committere, receptionem testium, vel quemcumque alium actum, causæ cognitionem requirentem, sed bene nudum ministerium, seu nudam examinationem testium per eos recep-

torum, *c. super. quæstionum in princ. vers. nos autem & ibi gloss. & Can. hoc tit. gl. fin. Clem. vnicam hoc tit. & ibi Can. late add. ad cap. tholos quæst. 12.* Delegatus si à Papa, qui vices suas alteri in totum commisit, potest re integra, antequam subdelegatus vltus sit iurisdictione commissionem reuocare, non solum expresse sed etiam tacite. puta si ad partis petitionem citet, vel alio modo procedat, cum iurisdictione, ex quo ipsa vltus non est, non censetur in eum efficaciter transiisse, *cap. quamuis hoc tit. in 6. & ibi Franc. & Can. c. licet vndique hoc tit.* re non integra non potest reuocare: *c. si delegat. hoc tit. in 6. c. venerabili hoc tit. & ibi gl. pen. & Can.* si vero commisit vices suas non in totum, tunc etiam re non integra, potest reuocare, *l. iudicium soluitur ff. de iud.* Tertius potest si comparere coram delegato in causa beneficii, sine noua commissione, super eodem beneficio, non solum ad assistendum, & defendendum litem, sed etiam ad petendum, ius suum canonizari, tam in prima instantia, *Felin. in c. P. & G. sub num. 2. vers. 2. limita hoc tit. Felin. in c. veniens de sponsal. & matrim. Rot. decis. 12. in fine de rescript. in nou. Rot. diuers. decis. 89 part. 1.* quam in causa appellationis, *Felin. in c. cum super num. xi. de sent. & re iud. & ibi Can. Achil. decis. 7. de except.* ratione connexitatis iuris commisi ipsi delegato: secus si causa esset omnino diuersa, quia delegata iurisdictione est stricti iuris vt dictum est, & non potest ad alias personas prorogari, *d. c. P. & G. de off. deleg. solæ enim personæ, quæ in rescripto continentur, iurisdictionem delegati possunt prorogare ad res alias, gl. fin. & mag. in d. c. P. & G. & ibi Pan. n. 12. vers. venio ad secundam speciem. & c. & de loco ad locum d. c. statutum §. in nullo, & de tempore ad tempus, c. de causis hoc tit. & non earum procuratores, c. cum olim. el. 1. & ibi gl. in verb. cum procurator hoc tit. & Can.*

Ex

25 Expirat ꝑ iurisdictione delegata, late Capra
 conclus. 37. primo morte delegantis re inte-
 gra, c. gratum & ibi not. hoc tit. §. item si adhuc
 integra & ibi DD. Inst. de mand. ipso iure, Franc.
 post gloss. in c. si à subdelegato num. 3. hoc tit. in 6.
 item expiratione officij eius, cap. fin. 2. resp. de
 offic. leg. dicitur autem res non integra, quo-
 ad perpetuandam iurisdictionem delega-
 tum, respectu delegantis, statim quando ci-
 tatio emanauit, licet ad citati noticiam non
 peruenerit: d. c. gratum & ibi gloss. in verbo cap-
 tum cap. relatum & ibi gloss. fin. & utrobique Can.
 hoc tit. c. fin. & ibi gloss. fin. de offic. leg. Caput aq. de
 decis. 24. part. 2. c. licet de offic. deleg. Cap. tholos decis.
 341. non tamen, quoad partem, ut eam cog-
 nit, coram se litigare, tanquam præuentam,
 nisi per executionem citationis, Rot. decis. 9.
 de dol. & concurs. in aut. l. si quis postea ff. de iudic. l.
 cum postulasset ff. de damn. infecto. Secundo
 morte delegati, nisi commissi facta fuerit
 sub nomine dignitatis, cap. quoniam abbas &
 ibi gloss. in verb. substitutus & Can. hoc tit. imo
 morte vnius, expirat potestas plurium dele-
 gatorum, c. vno hoc tit. & ibi gloss. mag. simpli-
 citer. Tertio morte eius, contra quem fuit
 de mandata re integra, cap. significauit & ibi
 gloss. fin. & Can. de rescript. Quicquid per senten-
 tiam, qua delegatus declarat, se iurisdic-
 tionem non habere, c. significantibus & ibi gloss. in
 verba procedere non debere hoc tit. fallit, quando
 ab ista sententia fuit appellatum, quo casu
 non extinguitur eius iurisdictione, sed potest
 causa ad eum remitti, c. dilectus el. 3. de prob. &
 ibi Pan. & Can. Quicquid sententiæ definiti-
 uæ, etiam si nulla ut, l. si ut proponit. C. quo-
 modo & quando iudex, probatione, si vero va-
 lida sit, expirat respectu cognitionis, & sen-
 tentia executioni demandata omnino expi-
 rat, c. in litteris & ibi gloss. 1. & 2. Felin. numer. 1.
 & Can. hoc tit. Delegatus enim principis vl-
 que ad integrum continuum annum, Pan. in

c. querenti num. 3. de off. deleg. iurisdictionem si-
 bi commissam, ad exequendam sententiam
 exercet, c. querenti hoc tit. tam iure canonico,
 d. c. querenti c. significasti c. literis c. postulasti §.
 præterea & ibi Felin. & Can. de offic. deleg. quam
 iure ciuili, l. si quis missus & ibi Bart. n. 1. C.
 de iud. vbi non est appellatum: si est appella-
 tum, etiam si detulerit appellationi, c. ad aures
 & ibi Franc. & Can. de appell. post annum, li-
 cet delegato principis exequi sententiam à
 se latam, si appellans non fuerit prosecutus
 appellationem, c. personis de appell. c. pastoralis
 §. præterea hoc tit. per absolutoriam vero, ab
 obseruatione iudicij non expirat, Innoc. in c.
 consuluit num. 1. & 2. hoc tit. Rot. decis. 3. de dol. &
 cont. in nou. delegatus enim aut ordinarius
 per eiusmodi sententiam, non perdit iurisdic-
 tionem, Innoc. in c. consuluit num. 2. de offic.
 deleg. & ibi Can. de iudic. de inhib. quæst. 114.
 delegatus quoque ab ordinario, secundum
 aliquos exequitur suam sententiam, ac sub-
 delegatus à delegato principis, Anchar. in cap.
 si quis contra num. 6. & 7. Pan. num. 37. & 38. &
 Can. de for. compet. Pan. in c. querenti n. 8. de off.
 deleg. sed verior est opinio, quod alius dele-
 gatus, quam à principe, vel subdelegatus à
 delegato principis nullo modo possunt sen-
 tentiam suam executioni demandare, nam
 statim lata sententia, functi sunt officio suo:
 l. si ut proponit C. quomodo & quando iudex. si e-
 nim perduraret eorum officium in aliquo,
 possent iterum sententiare, quod est falsum,
 gloss. fin. circa finem. in l. qui restitueret ff. de rei vend.
 Bart. in l. à Diuo Pio num. 14. ff. de rei iud. & ibi
 Ias. num. 5. & num. 21. & DD. ff. de rei iud. quæ
 vera sunt in executione sententiæ definiti-
 uæ, nam sententiam suam interlocuto-
 riam delegatus ab ordinario, & subdelega-
 tus, à delegato principis possunt mandare
 executioni, præcipiendo, excommunican-
 do,

do, multando, Bartol. in d. l. à Diuo Pio in fine princ. & ibi las. nume. 27. & DD. communiter. quia per sententiam interlocutoriam, non finitur eius officium. Sexto per delationem appellationis interpositæ ad Papam à subdelegato, abdicatur tota iurisdictio, à delegato, c. cum appellationibus 2. resp. de appell. in 6. Mohed. decis. 10. de appell. Rot. decis. 8. & 49. de appell. in nou. Septimo appellatione interposita ab vno grauamine suspenditur iurisdictio delegati, quoad omnia; secus in ordinario, d. c. pastoralis §. 1. & ibi gloss. in verbo ad tempus de appell. Rot. decis. 15. de appell. in ant. Octauo lapsu termini, nisi de consensu partium, dies prorogetur, d. c. de causis hoc tit. & aliis modis recensitis per gloss. fin. in d. c. in litteris hoc titul. & ibi Can. & in l. iudicium soluitur, & ibi DD. ff. de iud. Omnes executores tam ¶ beneficialium, quorum varietas sunt formæ, Franc. in c. si soli num. 3. de concess. prab. & ibi Gemin. nume. 3. & 4. Anchar. in vlt. not. in 6. quam aliarum gratiarum, ac etiam sententiarum, sunt delegati, ante præsentationem litterarum, non possunt vtrifacultate sua, late Rot. decis. 21. de concess. prab. in nou. Rot. diuers. decis. 69. part. 1. c. cum teneamur de prab. in princ. c. susceptum in princ. & cap. duobus §. si vero de rescript. in 6. Garc. de benef. part. 6. c. 2. nu. 7. vsque ad nume. 19. eorumque iurisdictio pendet à productione rescripti, Bald. in l. falsus num. 19. C. de furt. Rot. decis. 4. de offic. deleg. in antiq. delegata iurisdictio in faciendis processibus vtuntur, c. pro illorum c. dilectus el. 2. de prab. c. proposuit de concess. prab. Rot. decis. 6. num. 2. hoc tit. in nou. Debent prius iurisdictioem suam fundare, neque proferre sententiam censurarum in contradictores, antequam constet eos esse in culpa, turbando suam iurisdictioem, quam non habent, nisi in rebelles & resistentes indebite, Franc. in cap. 1. in fin. princ. vers. vltimo quarit de concess. Summe in Decretales.

prab. in 6. & ibi lo. Monach. num. 8. lo. And. num. 4. & Can. Franc. in c. solet. §. in secunda sub nume. 6. aut ipsa sententia de sent. excomm. in 6. quia in executiuis non licet executori, in eadem sententia canonizare, & fulminare, c. Romana §. caueant & ibi Franc. in 2. not. & Canon. de sent. excomm. in 6. idem in c. is cui §. sane sub num. 2. vers. 3. limita eod. tit. & lib. Achil. decis. 4. in fin. de sentent. excomm. Executores ¶ deputati in litteris gratiæ, sub clausula sonante in monitionem, quæ non expressa tacite subintelligitur, c. causam qua de elect. & ibi Can. siue in conditionem, ac certam formam, in utroque casu, sine vlla causæ cognitione, possunt de vacante præbenda prouidere; & si velint, non vocatis partibus, aut aliis, quos res tangit, inquisitionem facere, c. venerabilen. §. obiectioni de elect. clem. 3. & ibi gloss. in verbo reperirint Zab. quest. 13. & Can. de off. deleg. c. cum in tua diocesi desponsal. Host. in c. fin. num. 3. innoc. num. 2. & Can. de presumpt. Anchar. cons. 297. efficacibus n. 8. & 9. ac possunt recipere plenarias probationes, quoad substantiam probationum, & quoad modum procedendi, etiam si non sint necessariae, dummodo sint pertinentes, nempe super vacatione beneficii, clericatu valore expresso: Fel. in c. causam qua num. 6. & ibi Fr. Aretin. sub nume. 29. de test. Butr. in c. cum dilectus §. verum sub num. 35. circa finem vers. plus dicit Butrig. de ord. cog. Rot. diuers. decis. 35. nume. 3. & 4. & seq. parte secunda, item testes, recepti ab executore litterarum apostolicarum, qui non recipit, vt iudex, sed vt simplex examinatur, Clement. 1. hoc tit. faciunt fidem coram quocunque iudice, Bald. in l. final. nume. 6. & ibi Salic. nume. 7. in fine C. de test. Rot. d. decis. 35. numer. 2. part. 2. Iidem ¶ possunt, si velint, assumere partes iudicis, dummodo ille iurisdictioem habeat, qui prouisionem faciendam commisit, & vocatis partibus, & aliis, quos res tangit, iudicia.

dicialiter in provisione facienda procedere: l. 1. ibi minime ipsi causa cognitio mandata fit. C. si per vim vel alio modo Clem. 1. & ibi gloss. in verbo repererint Zab. quest. 13. & Can. de off. deleg. Innoc. in c. fin. sub num. 2. vers. item videtur, quod eodem modo & Can. de presumpt. Rot. decis. 55. numero 3. de concess. preb. in antiq. Pan. in cap. pastoralis §. quia vero numer. 3. de off. deleg. imo certis casibus tenentur assumere cognitionem iudicalem; ex adiunctis clauisulis, puta vocatis vocandis, c. exhibita de iud. Rot. decis. 12. de offic. deleg. in nou. & ibi add. numer. 2. Felin. in d. cap. de cetero num. 10. de re iud. Caputaq. decis. 28. 4. numero quarto part. 2. & aliis enumeratis per Guidonem Papæ quest. 70. & Greg. xv. decis. 413. & ibi late annot. & quando possessor est amouendus à sua possessione, c. licet episcopus de preb. in 6. cap. conquirente de restit. spoliat. Differunt processus facti cum iudiciali causæ cognitione, ab ijs quæ fiunt causa non cognita, quoad præiudicium eorum, quos res tangit, l. pen. & ibi gloss. fin. ff. qui sui vel alieni iur. & c. l. 2. C. si per vim vel alio modo & c. gloss. in Clem. 1. in verbo repererint circa med. de off. deleg. nam quando processum fuit sine causæ cognitione, post decem dies, & sine appellatione, poterit obijci contra huiusmodi provisionem; c. constitutus de appell. c. cum olim de caus. poss. ff. & propriet. ac appellatio, si qua ex aduerso interposita fuerit, non suspendit collationem, nec possessionis traditionem: cap. constitutus 46. & ibi Franc. num. 8. & 9. de appe. l. & Can. Gonzal. super reg. Cancell. de mens. & alternat. gl. 9. §. 1. tit. annot. cont. null. & attent. num. 25. vsque ad num. 37. si autem processum sit, cum iudiciali causæ cognitione, partibus vocatis, in provisione beneficiorum, cauendum est quod omnino seruetur forma iudiciaria, & nisi illi, quos res tangit, appellent à provisione intra decem dies, fit sibi præiudiciū,

vt super his de quibus inquisitum est, ulterius audiri non possint, c. cum dilecti & ibi not. de elect. Gonz. super reg. Cancell. de mens. & alternat. gloss. 9. §. 1. tit. annot. cont. null. & attent. in causis benef. à num. 38. vsque ad num. 47. item quando executores sustinent partes iudicis, non possunt dare gratiam pro iustificata, nec est adhibenda fides eorum assertioni, quæ ex actis non comprobatur, c. quoniam contra de prob. Cresc. decis. 5. numero 2. de fid. instrum. Greg. xv. decis. 413. num. 1. Executorum²⁹ alij sunt meri, alij mixti, in executoribus meris gratiarum & sententiarum non habet locum, d. cap. statutum, de rescript. in 6. nec quoad personas, nec quoad loca, Ioan. Monach. in d. c. statutum sub numer. 2. & ibi Franc. n. 6. Ioan. And. num. 10. Rot. decis. 29. de rescript. in nou. quia iudicium causarum proprium est, citare, & inuito strahere, c. nonnulli cap. dilectus 2. de rescript. cap. olim de except. executorum proprium est, insinuare, inhibere, exequi c. 1. §. 1. ex parte de concess. preb. in 6. c. presenti de off. leg. in 6. Vnde seruari videmus, quod vnus executor datur in curia, & alij duo dantur sine distinctione locorum. Circa personas tamen ipsorum, bene seruat curia dispositionem, d. cap. statutum, nam secundum Stylum Cancellariæ non dantur executores, in gratijs, & sententijs, nisi sint constituti in dignitate, qui Stylus non est seruandus, in subdelegatis, ab eis, quibus committitur nudam ministerium, puta provisio & inductio in possessionem, quæ sine quacunque causæ cognitione fieri possunt. Rot. d. decis. 29. de rescript. in nou. clem. iudices & ibi Can. post gloss. notam hoc tit. Rot. decis. 55. col. fin. vers. nec etiam seruetur in eis quoad subdelegatos de concess. preb. in ant. Executores & subexecutores excommunicati, aut irregulares, si ignorantia procedit ex causa probabili, possunt conferre, & providere, tum ex præfatis, tum quia inspi-

inspicitur persona eius cui fit prouisio. Felin. in d. cap. ad probandum circa princ. de re iud. Franc. in cap. piam num. 6. de except. Crescent. de-
 cis. vnica de sentent. excommun. Rota decis. 9. eod-
 dem in antiq. In executoribus mixtis datis ad
 certum actum cum iurisdictione, vt in be-
 neficialibus super gratia pauperum clerico-
 rum, contra obligatos ad prouidendum eis
 in beneficijs, propter ordines illis concessos,
 iuxta formam, cap. relatum cap. cum secundum
 de preb. locum habet dispositio cap. statutum,
 tam quoad personas, quam quoad loca,
 cum ista littera sint meræ iustitiæ; cap. si pau-
 per & ibi gloss. 1. & final. de preb. in 6. Clement. 1.
 & ibi gloss. in verb. executorem de concess. preb. c.
 accepimus de etat. qualit. & c. Rot. decis. 17. n.
 2. hoc titul. in nou. si tamen de facto Cancellaria
 deputaret non in dignitate constitutum,
 & c. vel simplicem clericum, super gratiæ
 pauperis purificatione, valet processus, per
 talem executorem factus, ex quadam æqui-
 tate, Rot. decis. 55. de concess. preb. in antiq. Ioan.
 Monach. in cap. statutum sub numer. 2. de rescript.
 in 6. & latius Guilhelm. de monte Landuno in re-
 pet. extraiug. sedes apostolica numer. 5. de off. de-
 leg. In omnibus executoribus, & subexecu-
 toribus, seu subdelegatis ab eis, seruandum
 est d. c. statutum, qui ex necessitate littera-
 rum habent procedere cum causæ cogni-
 tione, c. si quando c. cum a deo de rescript. c. exhibi-
 ta de iud. Crescent. decis. 5. de fide inst. in princ. Rot.
 decis. 1. de off. deleg. in antiq. Rot. decis.
 30. de rescript. in nou. aut dati sint in forma
 digni, vel cum clausula amoto, c. proposuit in
 fin. de concess. preb. Pan. in c. de cetero n. 8. & Fe-
 lin. n. 9. de re iud. & ibi Can. Felin. in c. fin. n. 17. de
 presumpt. Rot. Farin. decis. 52. & 159. num. 3. part.
 2. Pan. in cap. cum nostris num. 21. de concess. preb.
 & c. aut per verba importantia conditione,
 videlicet per ablatiuos absolute positos, at-
 tenta lite, l. ab emptione in princ. & ibi Bart. &
 DD. ff. de pact. l. à testatore ff. de cond. & demonst.

Felin. in cap. cum dilecta & c. secundum signum de
 rescript. & c. dummodo non sit alteri ius quæ-
 situm. Greg. xv. decis. 91. sub num. 2. cap. presenti
 de preb. in 6. cap. super eo 1. de testib. cum similib.
 seu alius reperiat in possessione, cap. si. &
 ibi Butr. num. 7. Felin. num. 24. & Can. de pra-
 sumpt. Rot. diuers. decis. 202. part. 1. Greg. xv. de-
 cis. 69. numero 4. & seqq. quia licet executor
 possit procedere, ad collationem siue pro-
 uisionem, possessore non vocato, tamen nõ
 potest possessorem amouere à possessione,
 siue colorẽ possidendi habeat, siue non, si-
 ne causæ cognitione, cap. licet episcopus & ibi
 gloss. de preb. in 6. Ioan. And. in cap. cum nostris n.
 7. & sub num. 16. de concess. preb. Butr. inc. con-
 quereute num. 8. de rest. spoliat. Idem obtinet in
 omnibus alijs casibus, in quibus executores
 assumunt partes iudicis ex necessitate, vt
 qui arctantur ad sic procedendum, notatis
 per Innoc. in d. cap. fin. & ibidem Felin. num.
 22. & 23. & seqq. & Can. de presumpt. Sed quã-
 do ad id non tenentur, sed voluntarie assu-
 munt partes iudicis, quod facere possunt ex
 notatis in d. cap. fin. per Innoc. & Felin. num.
 17. & 18. de presumpt. tunc in istis non habet
 locum dispositio d. cap. statutum, quoad per-
 sonas, & quoad loca, quia non principaliter
 dati sunt vt iudices, sed vt ministri, & pos-
 sunt committere extra locum sibi commis-
 sum, vt releuent partes ab expensis, ex quo
 habuerunt validum principium, Franc. in d.
 cap. statutum §. in nullo post num. 6. vers. & ad-
 uerte & ibidem Gemin. sub num. 6. post vers. & i-
 deo non requiritur & c. & ibidem Can. communi-
 ter, iurisdictione & potestas executorum, si-
 ue deputati sint à Papa, legato à latere, siue
 ab ordinario, Anchar. in cap. si super gratia in fi-
 ne hoc tit. Lapus alleg. 17. siue sint meri, &
 mixti, Franc. in d. c. si super sub n. 4. vers. 2. intel-
 lige in fine, & dati cum clausula, contradi-
 ctories auctoritate Apostolica per censuras

ecclesiasticas compescendo, d. c. si cui nulla de
 prab. & ibi nos. Ioan. And. Super gratia iam fa-
 cta tribuente ius in beneficio, vel ad illud, e-
 tiam si non sit acceptata per illum, cui facta
 est, aut super sententia lata, non expirat
 morte mandantis, aut iudicis, etiam re in-
 tegra, nec extinguitur potestas eorum, si
 pronunciant, se non executores illius gra-
 tia facta, quia talis pronuntiatio gratia
 ius suum auferre non potest, iam in esse de-
 ductum; & iurisdictio illis datur, non prin-
 cipaliter, sed accessorie: Franc. in d. c. si super
 num. 4. glos. fin. circa finem in c. si soli de conces.
 prab. & ibi Gemin. in § nisi nos num. 8. & Can. si
 dati sunt super gratia facienda, de beneficio
 vacaturo, re integra, Franc. in c. si super nu. 2.
 hoc tit. in 6. & ibi Can. communiter dictum est su-
 prati. de rescript. §. 2. rescripta gratia, morte
 mandantis expirat: desinit autem res esse in-
 tegra, si ante mortem Papæ executor mihi
 contulit, licet ante executionem Papa mo-
 riatur, d. c. si super gratia & ibi Franc. nu. 2. &
 Anch. in princ. & num. 1. & Can. communiter hoc
 tit. d. c. si cui nulla & ibi glos. fin. & DD. de prab.
 c. presentis & glos. in verbo finitur vers. & est mira-
 bili de off. deleg. in 6. l. glos. C. de re iud. Bart. in l.
 fundi n. 4. ff. de acquir. posses. Præterea execu-
 torum potestas expirat, post obtentam pacifi-
 cam possessionem beneficii, cum modera-
 mine c. querenti de off. deleg. nam si est ne-
 gotium tale, in quo ferenda est sententia,
 non durat potestas eorum, nisi per annum
 post sententiam laram; d. c. querenti, si vero
 non fertur sententia, ut puta mandatur ut
 provideat, vel faciat providei, tunc durat
 potestas, donec mandatum adimpleuerit;
 & si obtenta possessione pacifica, prouiso
 quaestio moueatur super titulo, possessione,
 aut fructibus beneficii, adhuc durat execu-
 torum potestas, quia in limine possessionis
 contradictor apparet, arg. l. si post perfectam C.

de ciuit. Vital. in cl. si plures n. 63. de prab. si vero
 prouisus aliqua diu pacifice possedit, expira-
 rat prorsus, citra annum, potestas executo-
 rum, quia annus non datur, nisi pro execu-
 tione facienda, unde cessat, ex quo est exe-
 cutio facta, Pan. in c. pro illorum post Ioan. And.
 n. 9. & 10. de prab. & ibi Can. Staphyl. de lit. grat.
 tit. de vi & effectu claus. §. significatio clausula in-
 ducentes, &c. Quod si post annum prouiso
 quaestio moueatur super titulo, executores
 nullo modo se possunt immiscere, Vital. in
 cl. si plures n. 61. & seq. de prab. & ibi Anch. n. 4.
 Zab. n. 1. & Can. communiter de prab. Garc. de be-
 nef. part. 6. cap. 2. §. 1. num. 146. vsque ad fin. De
 quaestionibus, infra annum motis, quæ ti-
 tulum beneficii non concernunt, sed iura
 beneficii, non potest executor se intromittere
 sed via ordinaria est agendum, quia est
 quaestio omnino separata, ab eo, quod sibi
 est mandatum, c. in litteris & ibi Can. de offic. de-
 leg. l. à Dno Pio §. si super rebus ff. de re iud. Vital.
 in d. clem. si plures n. 63. & ibidem Can. de prab.
 Sententia quoque & processus generalis
 fulminatus contra quoscunque rebelles,
 tantum durat, quantum durat potestas exe-
 cutorum fulminantium, etiam si in litteris a-
 postolicis caueretur, quod inducant in pos-
 sessionem, & inductum defendant, cum
 clausula contradictores compescat, quoniam
 huiusmodi defensio intelligitur aduersus
 contradictionem superuenientem de facto,
 in tempore vel limine assentionis posses-
 sionis, non postea, ne præiudicetur ordina-
 riæ iurisdictioni, arg. d. l. si post perfectam C. de
 euit. Zab. in clem. x. pro illorum in 7. q. de prab.
 & ibi pulchre Pan. n. 9. & 10. Vital. in d. cl. si plures
 n. 67. & 68. & ibi Anchar. in si. Zab. n. 3. & Can.
 communiter an credatur executori testificati
 sub suis litteris sigillatis suo sigillo, illum
 super cuius gratia fuit deputatus execu-
 tor acceptasse, vide d. c. §. 7. de off. deleg. in antiq.

- 31 Conseruator † est iudex datus ad tuendum aliquos contra manifestas iniurias, vel violentias omnes, vel certas, absque iudiciali indagine, c. 1. & ibi gl. 1. & pen. Franc. n. 2. & c. fin. in princ. & §. vt autē hoc tit. in 6. retinet nomen si eius potestas, per rescriptum amplietur, Ioan. And. in d. c. fin. in verbo dietam.
- 32 Datur † à summo Pontifice, & sede Apostolica, d. c. 1. & ibi gloss. 1. & d. cap. fin. 2. hoc
- 33 ut in 6. Datipossunt conseruatores † Episcopi, his maiores, Abbates, dignitates vel personatus in cathedralibus, vel collegiatis ecclesiis obtinentes, nullus deputati sibi conseruatoris, conseruator esse potest, nec aliquis conseruatorem habere potest eum, qui sub ipsius iurisdictione, dominio, vel districtu ecclesiastico, vel temporali, consistit, exceptis regibus & reginis, d. c. fin. 2. resp. Potestas conseruatoris † pender ex forma rescripti, cenferur delegatus, gl. 1. in d. c. 1. & ibi Io. And. Anchar. & Can. hoc tit. in 6. gloss. penult. in d. cap. fin. hoc tit. in 6. & ibi Can. Extra ciuitatem vel diocesim, in quibus est deputatus, contra quoscunque procedere, aut aliquos, vltra vnam dietam à fine diocesis euidenter, trahere minime potest. cap. fin. §. conseruatores hoc tit. in 6. Circa munera, expensas, afflores, notarios & personas testimonii causa vocandos, obseruare tenetur dispositionem, d. cap. statutum, §. in super cum §. §. seqq. de rescript. in 6. Morre † Papæ dantis, eius officium expirat, eo ipso, quoad non capta negotia, d. cap. fin. §. officium & §. circa munera hoc tit. in 6. Non potest subdelegare, & vices suas alteri committere, nisi ei competat ex beneficio rescripti, & tunc intra ciuitatem, vel diocesim in qua deputatus est, & personis tantum, quæ conseruatores dari possunt, citationibus, & denunciationibus sententiarum duntaxat exceptis, quas per alios potest exercere, d. c. fin. §.
- vices. Cessante † rescripto, ex dispositione iuris Canonici, conseruator nullam potestatem habet, nisi in notoriis & manifestis iniuriis & violentiis, Ioan. And. in gl. penult. c. 1. h. t. in 6. commissis vel committendis, gl. pen. in d. c. 1. contra res personas, priuilegia, gl. 1. in c. 1. vers. scire debes & ibi Anchar. n. 4. & Can. hoc tit. in 6. in quibus citata parte, habet iudicalem indagine quæ fiat ad eius instructionem, an iuste possit excommunicare, & fulminare censuras, non vt super eis iudicet: c. ad nostram el. 3. de iure iur. Fr. in ca. final. §. conseruatores in princ. & Gemin. post alios in cap. 1. in fine hoc tit. in 6. & ibi Ioan. And. in fine Anchar. ibidem numero 6. dicens non requiri ordinem iuris ex toto sed qualem & discurret per singulas partes iudicis, imo si in notoriis seruetur processus iudiciarius, partibus non contradicentibus, vitiabitur processus. Clement. sepe §. fin. de verb. signif. Clement. dispendiosum & ibi gloss. in verbo valeat de iud. Si iniuriæ, vel violentiæ illatæ rebus, aut personis, à conuento negentur, manifestæ, vel notoriæ iniuriæ: conseruator recipiet probationes, an factum sit notorium & sic cognoscat, an suæ sit iurisdictione, & si inueniat notorium, per rei euidentiam, famam, aut alias probationes, Ioan. And. post Host. in cap. 1. num. 4. hoc tit. in 6. cap. euidentia & ibi gloss. de accusat. Dec. in cap. cum speciali §. porro num. 6. & seqq. de appell. procedet, alias desister. gloss. 1. mag. in d. cap. 1. vers. sed quid si negetur. Si reus confiteretur delictum, sed neget notorium esse, poterit procedere absque alia informatione notorii, cum talis confessio faciat notorium: c. nostra & c. fin. de cohab. cler. & mulier. 10. And. in c. 1. n. 3. hoc tit. in 6. & ibi Can. Dec. in d. §. porro n. 8. & 9. aut male fictum publice à se factum, dicit se fecisse iuste, nullam allegans probabilem rationem: & poterit punire vt notorium, quia maleficia omni iure reprobantur. c. 1.

& ibi gloss. fin. & Can. de presumpt. Si allegat probabilem causam, vt puta de mandato iudicis, vel ad sui defensionem, tunc conseruator super hoc recipiet testes, & si non probat, poterit reum excommunicare. *Ioann. And. in c. 1. in gloss. super verbo probabilis & ibi Gemin. num. 6. & seqq. Anchar. in 5. quest. Franc. n. 4. & 5. hoc tit.* De notoria turbatione priuilegiarum facile non potest constare, quia priuilegiati sæpius abutuntur priuilegijs. *c. accedentibus de excess. pralat. & subd.* Turbatori priuilegiarum citato per conseruatorem, sufficit mittere nuncium, cum sua epistola, continente veram excusationem; de cuius presentatione fiat instrumentum: in quo dubio conseruator, non potest se intromittere, & excommunicatio lata non valeret; *Io. An. in d. c. 1. in gloss. super verbo priuilegia & ibidem Gemin. Franc. & Can.* Quia hoc non est dubium facti, sed dubium iuris, super quo non est data ei potestas, *c. accusatus §. sane & ibi gloss. in verbo manifeste de heret. in 6. prout eam intelligunt Gemin. in c. 1. sub nu. 6. vers. sed aduerse & Franc. sub num. 4. vers. sed citatus hoc tit. in 6. & indago iudicialis illi est prohibita, c. 1. & fin. hoc tit. in 6.* Si scienter ad ea, quæ iudicalem indaginem exigunt, suam potestatem extenderit, ipso iure, per annum, ab officio & beneficio est suspensus: pars procurans eo ipso sententiam excommunicationis incurrit, à qua non potest absolui, nisi primo integraliter satisfaciatur de expensis parti indebite fatigatæ, & processus est ipso iure nullus, *c. fin. §. vt autem & §. seq. hoc tit. in 6. quod habet in fine clausulam irritantem actorum contra promissa vel eorum aliquod, Concilium ¶ Tridentinum statuit, vt conseruatoriæ nemini, cuiuscunque dignitatis, & conditionis sit, etiam si capitulum fuerit, cum quibusuis clausulis &c. aut quocunque præterito, aut colore concessæ iustrentur, ad*

hoc, vt coram suo episcopo, siue alio superiore ordinario in criminalibus, & mixtis causis, accusari, conueniri, & contra eum inquiri, & procedi non possit: aut quo minus super iuribus, si quæ illi ex cessione competierint, libere valeat apud eundem ordinarium conueniri. In ciuilibus ¶ causis, si habens, ¶ conseruatorias actor fuerit, non licet ei aliquem apud suos conseruatores, in iudicium trahere; si reus fuerit, & conseruator ab actore suspectus dicatur, aut inter conseruatorem, & ordinarium, orta fuerit controuersia super competentia iurisdictionis, nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros in forma iuris electos super suspicionem aut competentia iurisdictionis fuerit iudicatum. Familiaribus ¶ non prosunt, ¶ præterquam duobus, si tamen illi proprijs ipsius sumptibus vixerint. Conseruatoriæ ¶ ultra quinquennium non durant, quo decaiso, finitur officium conseruatoris, etiam in negotijs cæptis. *Ioan. And. in c. fin. num. 3. in gloss. super verb. per obitum hoc tit. in 6. Rot. decis. 5. de offic. deleg. in antiq.* Conseruatoribus ¶ non liceat habere erectum tribunal: ¶ excipit ¶ ab hoc decreto vniuersitates generales, ac collegia Doctorum, ac scholarium, & regularia loca, nec non hospitalia, actu hospitalitatem seruantia, ac vniuersitatum, collegiorum, locorum & hospitalium huiusmodi personas, *c. 5. §. 14.*

De officio legati.

Titulus XXX.

S V M M A R I A.

1. Cardinales missi ad regendam prouinciam aquirantur proconsulibus, ceteri legati presidibus.
2. Legati sunt triplices. Legati de latere, legati missi, siue nuncijs apostolicis & legati nati.

3. Lega.

- 3 Legatus à latere confert beneficia vacantia.
- 4 Excipe cathedrales, regulares, & collegiatas ecclesiasticas.
- 5 Item dignitates Cathedralium, ad quas, si, qui praeficiuntur eisdem, post episcopos maiores praelatione existentes, assumuntur per viam electionis, &c.
- 6 Vacantia in Curia, & specialiter aut generaliter reservata.
- 7 Beneficiorum resignationes recipit.
- 8 Non potest commutare alicui quod recipiat resignationem beneficij, & illud conferat.
- 9 Concurrunt iure decret. aliam in iurisdictionalibus cum quolibet ordinario, sed ex decreto Concilii Tridentini, episcopo requisito eoque negligente.
- 10 Non concurrunt in iurisdictione Papa.
- 11 Aut cum legato ad unam vel plures causas.
- 12 Egressus absoluit excommunicator propter iniuriam manuum sacrilegam in clericos.
- 13 Dispensat in certis casibus.
- 14 Utitur insignijs apostolicis.
- 15 Recipit procuracionem extra prouinciam.
- 16 Legati Missi facultates.
- 17 Legati Nati facultates.
- 18 Legatorum officium finitur multis modis.

DICTVM est de his qui iurisdictionem alterius gerunt, & exercent generaliter, vel in vna, aut certis causis, nunc tradit de eis qui ordinariam habent iurisdictionem, primo de Legatis propter excellentiam. Cardinales, qui ex latere Papae, & ex consilijs suis, (assistunt enim sibi, in concilijs secretis, fundamenta § decet de elect. in 6.) mittuntur ad regendam prouinciam, æquiparantur proconsulibus. cap. ad eminentiam de sent. excomm. l. 2. ff. de off. procons. c. legatos hoc tit. in 6. & ibi gloss. in verbo proconsulum & Can. Reliqui qui secretis consilijs non assistunt, missi ad regendas prouincias, æquiparan-

tur praesidibus, d. c. legatos & ibi gl. in verbo proconsulum l. 1. ff. de off. praes. & ibi gl. Proconsules & praesides ordinariam habent iurisdictionem, l. 2. l. & ideo cum l. seq. ff. de off. procons. l. praeses la. 2. l. de omnibus cum duabus ll. seqq. ff. de off. praesid. ac etiam legati in tota sua prouincia, & legatione, in ciuilibus & criminalibus; Bald. in c. quod translationem n. 7. hoc tit. & possunt adiri à subditis episcoporum, etiam suffraganeorum per viam appellationis, & per viam querelae, c. 1. hoc tit. in concernentibus iurisdictionem contentiosam, voluntariam, extra prouinciam exercet proconsul, l. 1. & ibi gl. pen. & l. 2. ff. de off. procons. praeses, d. l. praeses la. 2. & ibi gl. 1. mag. ac etiam legati extra prouinciam & legationem existentes; c. nouit & ibi gl. circa finem & Can. hoc tit. gloss. in c. si abbatem in verbo in prouincia & ibi Gemin. & Can. de elect. in 6. qua pulchre distinguit. à proconsulibus, & praesidibus, ac consequenter à legatis appellatur, l. à proconsulibus c. de appell. Praepos. in rub. de appell. nu. 38. sub communi forma dicendo sententiam nullam & iniuriam. l. si quis prouocatione c. de appell. Hic titulus non tractat de Legatis Nuncijs, & non iudicibus, qui saepe mittuntur à Papa pro ambasciata vel ad aliquod nudum ministerium: c. ius gentium dist. 1. c. nobilissimus 97. dist. l. fin. ff. de leg. Sed delegatis, iudicibus ordinarijs, quibus certa prouincia, siue patria gerenda, & administranda committitur, c. 1. c. nouit hoc tit. d. c. legatos hoc tit. in 6. & vicem mittentis gerunt, d. c. 1. hoc tit. De legatione, facienda est fides per litteras, l. vnica c. de mand. princ. c. ego N. & ibi gloss. pen. de iureiur. sunt triplices legati de latere, vt sunt Cardinales, qui mittuntur de curia Papae, c. pen. hoc tit. c. 1. hoc tit. in 6. Legati missi siue Nuncijs Apostolici, quibus Papa committit, ratione personae, legationis officium, in aliqua prouincia sua, vel aliena, c. volentes h. r. & Legati nati,

fic

sic nuncupati, qui nati in sua dignitate, efficiuntur legati Papæ, prætextu suarum ecclesiarum, vt Archiepiscopus Cantuariensis d. c. 1. hoc tit. Eboracensis, c. 1. de appell. Rex potest esse legatus sedis apostolicæ, vt fuit S. Stephanus in regno Hungariæ, Innoc. in c. veniens in princ. in verbo Regis de præscript. de quibus ordine videamus, nam omnium non est eadem potestas & prærogatiua.

3 Legatus † à latere confert beneficia vacantia, c. 1. c. fin. hoc tit. in 6. Garc. de benef. part. 5. cap. 3 per tot. etiam ad sedem apostolicam deuoluta, c. venerabilis & Clem. si de beneficio & ibi gloss. in verbo siue ad nos, in fine de præb. gloss. in d. c. 1. in verbo ampliori hoc tit. in 6. & ibi Gemin. n. 17. & Can. quia beneficia deuoluta non sunt reseruata, sed Papa ea confert, vt ordinarius, illa de plenitudine potestatis, Lapsus alleg. 84. post nu. 5. etiam si extra prouinciam suæ legationis existat, gl. in c. nouit. in fine hoc tit. Archid. in c. fin. in princ. hoc tit. in 6. & beneficia spectent ad præsentationem alicuius clerici, eo inconsulto, c. dilectus hoc tit. secus si ius patronatus pertinet alicui iure patrimonij, gl. pen. in d. c. dilectus & ibi Can. Concurrit cum quolibet ordinario, in sua prouincia, & inter eos locus est præuentioni in beneficalibus: gl. fin. in fine in c. 1. hoc tit. in 6. & ibi Franc. num. 8. Pan. in c. 1. & 2. hoc tit. Mohed. decis. 3. de offic. deleg. Put. decis. 335. lib. 2. non autem cum delegato, in his quæ specialiter sunt commissa, gl. in d. Clem. si de beneficio in verbo siue ad nos in fine & ibi Can. Excipe ab hac regula † cathedrales, regulares, & collegiatas ecclesias, siue actu & habitu, aut habitu tantum, sint tales, Gemin. in d. c. de liberatione §. volentes num. 5. hoc tit. in 6. & ibi Franc. in fine princ. siue per viam electionis, seu collationis assumatur ibi prælatus, quocunque nominæ nuncupetur, ac ipsarum cathedralium dignitates, ad quas, ij, qui præficiuntur ijs-

dem, in earum capitulis, post episcopos maiores, prælatione perpetua, non temporali, aut aduentitia, vel habitu existentes, habent, per viam electionis assumi, (secus si virumque, vel alterum deficit) quatuor ordinationi, collationi, dispositioni, non potest legatus se aliquatenus intromittere: quicquid contra actum fuerit, eo ipso, irritum est & inane, c. deliberatione iuncta gl. in verbo elect. & ibi Franc. in fine num. 3. in gloss. in verbo electionis Anch. n. 1. Ioan. And. post num. 1. Gemin. post nu. 4. in prima quest. & n. 6. hoc tit. in 6. Ex quo inferitur, quod legatus non potest præfata beneficia vnire, c. si tibi absenti & ibi gl. in verbo personam de præb. in 6. Franc. in d. c. deliberatione num. 2. & ibi Gemin. in §. volentes num. 3. Anch. post num. 2. vers. quaro. commendare, Archid. in c. nemo deinceps in princ. in verbo parochialem ecclesiam de elect. in 6. Franc. in d. c. deliberatione n. 3. in eorum permutatione auctoritatem interponere, etiam si interueniret consensus collegiorum, vel eorum ad quos pertinet electio, vel collatio, Franc. in d. c. deliberatione post nu. 3. & ibidem Gemin. in §. volentes num. 4. Anch. vers. circa permutationem. nec conferte deuoluta, siue ad inferiores prælatos, aut etiam ad sedem apostolicam, Gemin. in d. c. deliberatione sub nu. 5. vers. quaro an iste textus & ibi Franc. post nu. 4. vers. quid autem si beneficia. de quo controuertunt Doctores, Ioan. Andr. in d. c. deliberatione in princ. in verbo pertinuerit & ibi Anch. in 1. not. Cæteras dignitates † in cathedralibus, etiam si hi qui præficiuntur in eis, sint maiores post episcopos, si eis prouideatur per aliam viam, quam electionis, vel etiam si prouideatur per viam electionis, dummodo præficiendi non sint, maiores post episcopos, legatus confert vt dictum est, d. c. deliberatione & ibi gloss. in verbo electionis & ibi Franc. numer. 4. & Can. communiter. Secundo excipe à regula, vacantia † in Curia, c. licet de 6 præb.

7 *prob. in 6. & specialiter, aut generaliter re-*
feruat; Franc. in d. cap. 1. num. 7. hoc tit. in 6. &
ibi; Can. Rot. decis. 3. hoc tit. in nou. Item legitus
iure decretalium vacatura. suæ dispositioni
reteruat cap. presenti hoc tit. in 6. in quo nõ in-
 8 *sisto, quia Concilium Trident. reterua-*
tionem sustulit; cap. decernit sess. 24. Resigna-
tionem f. beneficiorum recipit, illaque sic
vacantia confert sed prohibetur, f. ne in ge-
neri, aut specie, cuiuscunque simul & semel
concedat, vt ab ijs, qui beneficia intra le-
gationem eius habentes, ea in illius mani-
bus voluerint resignare libere (secus si ex
causa permutacionis) Franc. in cap. penult. §.
final. in princ. hoc tit. in 6. ipsorum resigna-
tionem recepta, illa valeat idoneis personis, ex-
pressis, siue non expressis conferre: quia per
hoc aperiri possit via, ad vacatura benefi-
cia, contra Lateranense Concilium, cap. pen.
§. final. hoc tit. & ibi Franc. in princ. Ioan. Aud.
& Can. in 6. Idem iuris est, si talis concessio
coniunctim fiat pluribus, aut permixtum sim-
ul & semel, vni, vt resignatio recipiat,
alteri, quod reteruata conferat: quia enim ra-
tionem committendo vni aperitur via ad va-
catura, eadem ratione committendo hæc
pluribus, simul coniunctim, vel diuisim glos.
in d. cap. penult. §. final. in verbo cuiuscunque & ibi
Can. dictaque concessio, & quicquid ex ea,
vel ob eam, secutum extiterit, nullam obti-
net roboris firmitatem; d. cap. pen. §. final.
vers. nos enim, renuntians itaque non amittit
proprietas beneficij, cap. Gonsaldus 17. q.
2. & ibi glos. 1. & 2. & Can. sed possessionem,
Innoc. in cap. quod in dubijs sub num. 1. de renun-
tiat. Archid. in d. cap. pen. in verbo infirmitatem &
ibi Gemin. post num. 6. in 1. quest. Eadem prohi-
bitio ligat omnes collatores, cap. constitutus
cap. final. de concess. prob. Gemin. in d. cap. penult.
§. final. sub num. 4. Garc. de benef. part. 10. cap. 1.
num. 67. & seqq. excepto episcopo, à quo si-
 Summe in Decretales.

milis cõcessio facti, in genere, Vicario suo
 generali valet, facta in specie, non valet: al-
 teri vero in genere, aut specie facta, non va-
 let: quamuis à legato, vel episcopo, diuerso
 tempore in specie vni, & cuiuscunque facta
 valeat; nempe primum mandât, vt recipiat
 resignationem, talis beneficij, postea admis-
 sa resignatione iterum mandant, vt benefi-
 cium sic resignatum conferat; Franc. in d. cap.
 pen. §. fin. circa fin. hoc tit. in 6. Rot. decis. 5. de offi.
 Vicar. in nou. in 1. dub. Probatum hæc conce-
 sio per testes, & instrumenta, Rot. d. decis. 5. in
 2. dub. specul. de probat. §. videndū sub n. 1. quia
 lex vnica C. de mand. Princip. & c. cū in iu-
 re de off. & potest. deleg. tantum procedunt
 in legatione & delegatione facta à Papa vel
 Imperatore. Concurrit f. iure decretalium
 in iurisdictionalibus, cum quolibet ordina-
 rio, qualiscunque sit, & est locus præuentio-
 nis. Pan. in c. 1. n. 2. & seqq. hoc tit. Franc. in c. 1. n.
 8. in 6. Franc. Marc. q. 341. n. 56. & seqq. p. 1. sed
 non aduocat ad se causam motam, vel mo-
 uendam coram iudice inferiore competen-
 te, Pan. in d. c. 1. n. 4. & 6. & ibi Can. aut inhi-
 bet, ne subditi accedant ad episcopum, in
 his, quæ sunt suæ iurisdictionis, c. peruenit xi.
 q. 1. Franc. in c. 1. in fin. hoc tit. in 6. quando quis
 multos habet iudices, optio datur actori. gl.
 in l. fin. C. vbi in rem actio & in c. dil. d. de for. cõp.
 & in c. statutum §. cum vero de rescript. in 6. Ex
 decretis Conc. Trid. Legati de latere, Nunci-
 cii, Gubernatores ecclesiastici, aut alij, qua-
 rumcunque facultatum vigore, non solum
 episcopos in causis ad forum ecclesiasticum
 quomodolibet pertinentibus, impedire,
 aut aliquo modo iurisdictionem eis præri-
 pere, aut turbare non possunt: sed nec con-
 tra clericos aliasue personas ecclesiasticas,
 nisi episcopo prius requisito, eoque negli-
 gente, procedunt: alias eorū processus, or-
 dinationesque nullius momenti sunt, atque

T ad

ad damni satisfactionem partibus illati tenentur. *c. causa omnes §. legati quoque sess. 24.*
 10 Non concurrit † in iurisdictione Papæ, nec iudicat laicos, in casibus, in quibus Papa iudicat, notatis in *c. nouit* & ibi gloss. 1. de iud. Franc. in *c. 1. in fine hoc tit. in 6.* aut extendit manus ad ea, quæ in signum priuilegij singularis sunt tantum summo pontifici reseruata, enumerata in *c. nisi specialis & cap. quod translationem*, & ibi gloss. 1. mag. hoc tit. & in *c. sicut vnire de excess. prelat.* & ibi gl. magistralis, quæ utrobique ponunt hos versus, & explicant.

Restituit Papa solus, deponit & ipse.

Diuidit atque vnit, eximit, atque probat,

Articulos soluit, synodumque facit generalem.

Transfert, & mutat, appellat nullus ab ipso.

Hofst. in *c. primo, hoc tit. in 6. ponit versus copiosiores.* Item non concurrit in iurisdictione, cum delegato ad † vnā, vel plures causas, quod mandatum speciale derogat generali; *cap. 1. & cap. pastoralis §. 1. de rescript. Ang. de perus. in l. cum pretor. sub n. 3. ff. de re iud.* cuius processum impedire, eius sententiam irritare, vel ab eo excommunicatum absolueri non potest; sed potest & debet sententiam delegati ad eius petitionem, executioni demandare, *c. studuisti hoc tit. & ibi gloss. fin.* specialis enim delegatus, quantum ad causam illam, maiorem, generali legato, habet potestatem, vel saltem ei est par; quia vice principis cognouit, *c. innotuit §. quamuis de elect. l. aduersus rem iud. l. ille à quo §. rempestuum ff. ad Trebell. l. nam magistratus ff. de arbit.* Habet iurisdictionem in exemptos sedis apostolicæ immediate subiectos; *c. 1. resp. de verb. signif. in 6. c. si abbatem de elect. in 6. gl. fin. in cap. 1. & ibi Pan. nu. 9. & gl. circa finem in c. quod translationem & ibi Pan. n. 10. hoc tit.* appellatur ad ipsum in sua prouincia, omisso medio, *Pan. in d. c. n. 8. hoc tit. cont. gloss. 1. in c. quod translatio-*

nem versitem ad ipsum solum hoc tit. Pan. sequitur Bald. in d. c. quod translationem num. 10. præfente legato de latere, cæteri legati, executionem officij sui debent dimittere, c. volentes hoc tit. quam eo recedente, reassumunt. gloss. in *d. c. volentes* Egressus † urbem absoluit, 12 excommunicatos, propter iniectioem manuum sacrilegium in clericos, tam homines suæ prouinciæ, quam alterius cuiuscunque in prouincia, & extra prouinciam, *cap. quod translationem in prin. gloss. 1. in c. excommunicatis & ibi gloss. fin. Franc. Marc. quest. 615. part. 2. li. Mors, aut membri mutilatio, secuta non fuerit, Franc. Marc. quest. 616. part. 2.* quod speciale est in violenta manuum iniectioe in clericos. In absoluteione à reliquis excommunicationibus adhibenda est distinctio, an requirat causæ cognitionem, & non possit extra prouinciam absolueri, alias possit, *c. 2. de constit. c. nouit. hoc tit. & ibi gloss. 1. l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. Franc. post Ioan. Andr. in c. 1. n. 4. hoc tit. in 6.* eo casu, quo potest absolueri extra prouinciam, si comparet læsus coram legato, & petit satisfactionem, tunc debet committere ordinario loci, vt de hoc cognoscat, & vice sua absoluat: vel si periculum est in mora; absoluet eum, & mandabit, quod nisi satisfaciatur, in eandem sententiam reducatur, *Hofst. in c. 1. hoc tit. in 6. attestans ita seruare Curiam Romanam,* Dispensat in certis † casibus recensitis per speculat. tit. 17. de dispensat. §. 6. consequenter, *c. dilectus & ibi gloss. in verbo non obstant e de fil. presbyt.* sed nõ contra concilia generalia, *c. pen. & ibi gloss. in verb. non obstant in fine & c. fin. & Can. utrobique de fil. presb. c. dilectus de prob.* non potest tollere constitutiones canonicas in totum, sed potest in prouincia sibi commissa, statuta facere, & canones coadiuando supplere, addendo ad pœnam antiquam, faciendõ statuta præceptorã, prohibitorã, pœnalã,

Pan. in c. vi. singula n. 2. de off. archipresb. quæ, finita etiam legatione, sunt perpetua. *c. fin. 1. resp. & ibi gloss. 1. & Can. hoc tit.* Vtitur t̄ insignijs apostolicis, cruce, chlamide rubea, pascifredo, albo, freno deaurato, & similibus etiã in diœcesibus, & præsentia patriarcharum quatuor sedium principalium, qui vexillum dominicæ crucis, vbi præsens fuerit legatus apostolicus, non debent ante se facere deferri, aut dictis insignijs vti, *c. antiqua §. dominicæ de priuileg. Host. in c. 1. n. 12. hoc tit. in*

156 Recipit t̄ procuracionem extra prouinciam, eundo, & redeundo, ceteri in prouincia sibi decreta, *c. ego n. de iure iur. Host. in c. cum instantia sub n. 10. verb. legatorum & in cap. procuraciones numer. 10. de censib. & in exactiõne procuracionum non tenetur ostendere originale potestatem, Hostien. in c. procuraciones de censib. Rota decis. 2. de off. legat. in antiq. Creditur eius simplici verbo super legatione, 97. dist. c. nobilissimus, nisi velit vti referuatis. Papæ: *c. nisi specialit̄ c. quod translationem hoc tit. Ioan. And. post Host. in c. 1. sub n. 1. in fine cod.* ratio diuersitatis est, quia raro cardinalis à Papa recedit, sine legatione, sed Papa raro concedit sibi specialia. Legatus missus t̄ non confert beneficia iure legationis, *c. 1. hoc tit. in 6. nisi hoc specialiter ei sit indultum: c. litteras de suppl. neglig. Pralat. c. 1. hoc tit. in 6. vnde prouiso Nuncij non est bona pro colore in spolio, aut pro noua prouisione expedienda; quia non habet collationem, iure communi, sed speciali: quæ non suffragatur, antequam probetur: aut sit missus, cum potestate legati à latere, *Dec. conf. 128. licet in casu Paris. conf. 17. de bono iure vol. 4. cui in facultatibus conceditur potestas conferendi beneficia simplicia per obitum vacatura, quæ non excedunt valorem 24. ducatorum computatis distributionibus, extra tamen metropolitanas, cathedrales, & colle-***

giatas ecclesias, velatius persequitur Garcia de benef. part. 5. c. 3. §. 1. de facultate nuncij, vbi decidit 19. quæstiones, Constitutus in prouincia sibi decreta, absoluit excommunicatos, propter violentam manuum iniectiõnem in clericos prouinciales existentes in prouincia, & non alios aliunde venientes: *c. excommunicatus hoc tit. & ibi gloss. mag. & Can. tota eius potestas pendet ex forma commissiõnis, siue rescripti, c. dilectus & ibi gloss. in verbo non obstante de fil. presbyt. ord. & c. Bald. in c. quod translatione sub n. 10. hoc tit. non cognoscit de causis exemptorum, c. si abbatem de elect. in 6. c. 1. de verb. signif. in 6. Pan. in c. 1. n. 9. & in c. quod translationem sub n. 1. hoc tit.* Legati t̄ Nati non conferunt beneficia, *d. c. 17. 1. hoc tit.* non possunt subditis excommunicatis, propter iniectiõnem manuum in clericos, quamuis in prouincia sua existentes, beneficium absolutionis impartiri, *d. cap. excommunicatis 2. resp. illorumque potestas pendet ex tenore priuilegij concessi à sede Apostolica. d. c. excommunicatis in fine, Finitur officium t̄ legati: Primo, translatione negotij ad 18. Papã, c. licet hoc tit. c. nomen presbyt. 2. q. 1. l. 1. C. de rel. l. ex illo C. de appell. Secundo reuocatiõne legationis, secuta notificatiõne, etiam reuocatio, in Consistorio publico, alias gesta valent, *c. audita de restit. spoliat. Mohed. decis. 29. de renuntiat. Coch. decis. 2. n. 10. & seq. de preb.* Tertio egressu ex prouincia, sibi decreta, animo non redeundi: *c. fin. & ibi gl. pen. c. nouit. & ibi gl. 1. in fine hoc tit. l. 2. ff. de off. presid. si in pluribus prouincijs iniunctam sibi legationis sollicitudinem suscepit, in vna exiens, de alia iudicat, etiã quoad iurisdictione contentiõlam, Franc. Marc. q. 341. per tot. part. 1. in vtramq; partem plures adducit rationes, & tunc non finitur eius officium, nisi terminos suæ legationis, & omnes prouincias egressus fuerit: *c. nouit. & ibi gloss. 1. mag. hoc tit.* quia**

in qualibet parte legationis existens iurisdictionē exequitur; sicut episcopus in qualibet parte diœcesis. *c. cum. episcopus de offic. ord. in 6.* Quarto, morte legati, si legatio est personalis, non tamen morte constituentis, quia habet ordinariam iurisdictionem: *c. legatus hoc tit. in 6.* realis competens dignitati, morte legati non extinguitur, *c. 1. hoc tit. c. quoniam abbas de offic. d. leg. legatus abd. cando fe, non amittit imperium, l. pen. ff. de off. præfid.*

De officio iudicis ordinarij;

Titulus XXXI.

S V M M A R I A.

1. Ordinarij } appellatione veniunt episcopi, huius
Prælati } superiores, & inferiores, habentes iurisdictionem.
2. Diœcesani appellatione veniunt episcopus, non inferior.
3. Ordinarium qui constituunt.
4. Auditores Rotæ sunt ordinarij in cognoscendo.
5. Ordinarius qui esse possit.
6. Ordinarius cognoscit an sua sit iurisdictione.
7. Episcopi ecclesie sub sunt lege diœcesana, & lege iurisdictionis.
8. Ad Diœcesanam legem pertinentia enumerantur.
9. Ad iurisdictionis legem pertinentia enumerantur.
10. Monasteria sunt exempta à lege diœcesana, & sub sunt legi iurisdictionis.
11. Cause civiles ad forum ecclesiasticum pertinentes, debent cognosci in prima instantia, coram ordinarijs.
12. Circa iurisdictionem inter episcopum, & Capitulum Cathedralē, iura canonica rotum deserunt privilegij, consuetudinibus præscriptioni, & indulgentijs.
13. Prælati inferior potest acquirere que sunt dignitatis seu potestatis episcopalis tam respectu legis diœcesana quam legis iurisdictionis.
14. Matrimoniales } causa episcopi tantum examini
Criminales } & iurisdictioni relinquuntur.
15. Carceres an possit habere episcopus & incarcerare laicos in criminibus ecclesiasticis, ac eis imponere poenam pecuniariam.
16. Episcopus in quolibet loco ipsius diœcesis de Cause cognoscit per se vel alium.
17. Episcopus in aliena diœcesi iurisdictionem voluntariam exercet inter suos subditos, sed non contentiosam, exceptis episcopis expulsis à proprijs sedibus.
18. At in aliena diœcesi insignijs, in quibus representatur officium, uti non potest, insignijs ipsius dignitatis uti potest.
19. Metropolitanus siue Archiepiscopus in quaavis ecclesia etiam exempta utitur pallio & Baldachino, & facit ante se deferri crucem.
20. Est iudex ordinarius & competens episcoporum suffraganeorum in causis civilibus, & criminalibus sub distinctione.
21. Contra officiales episcoporum suffraganeorum civilem & criminalem iurisdictionem non habet, nisi quatenus peccant in officialatu.
22. Ea que statum prouincie contingunt, ad eum pertinent.
23. Eorum qui suffraganeis sub sunt est iudex ordinarius, sed non competens, nisi certis casibus in iure expressis.
24. Patriarcha & primates diuersorum sunt nominum eiusdem officij, sunt iudices Archiepiscoporum.
25. Ordinarius non debet habere expensas, etiam quando proficiscitur extra domicilium.
26. Certi sunt casus in quibus episcopo debentur sumptus.
27. Ordinario creditur, in spectantibus ad eius officium.
28. Ordinario quando Papa mandat, ut id faciat, quod

quod alias ex officio facere tenetur, non facit eum delegatum, quando vero mandat id. quod Ordinarius non tenetur facere saltem ita precise, tunc Ordinarius in eadem causa potest exercere dupl. potestatem, videlicet ordinariam & delegatam.

- 29) Pralati inferiores citra episcopos non dispensant, nisi in casibus sibi specificè permisis.
 30) Archiepiscopus non dispensat cum subditis suffraganeorum suorum.
 31) Episcopi nunquam dispensant contra iura, quando Canon dat Episcopos executores iurium expr. sse, non possunt in integrum restituere quoad honores, rehabilitare ad ordines, vel beneficia, aut infamiam remittere.
 32) Episcopi semper dispensant ubique permittitur dispensatio in genere.
 33) In adulterio & minoribus delictis dispensant, & non in criminibus adulterio maioribus.
 34) Contra constitutionem suam.
 35) Commutant penam iur. in pecuniariam.
 36) Ordinaria iurisdictio finitur multis modis.

POST titulum de officio Legati subnectitur titulum generalem, de officio iudicis ordinarij. Verbo ordinarij, comprehenduntur omnes, etiam inferiores ab episcopis, qui habent ordinariam iurisditionem: c. 2. & ibi gl. in verbo loci ordinario de usur. in 6. & ibi Gemin. num. 1. 4. gl. 1. in c. ordinarij hoc tit. in 6. gl. in clem. 1. in verbo dicecesanus de iurepar. item appellatione prelatorum veniunt non solum episcopi, & superiores, sed etiam inferiores habentes iurisditionem: c. vt fama & ibi Pan. num. 6. de sent. excomm. c. cum ab ecclesiarij & ibi Pan. in 1. not. & Can. hoc tit. Quoties canones aut Concilij Trident. de ex. a aliquid relinquunt explicandum, & exequendum ab ordinario, vel eius arbitrio omnes, qui habent iurisditionem ordinariam, possunt exequi huiusmodi decre-

ta indistincte. gl. 1. in d. c. ordinarij & ibi Gemin. n. 5. Anch. in princ. ac etiam Vicarius Episcopi, c. Romana de appell. in 6. & ibi Gemin. & Can. notam Bart. in l. 1. §. ab eo ff. quis & a quo. Idem dicendum, quando Concil. Tridentin. remittit aliquid explicandum prelati, quia posteriores canones recipiunt interpretationem passivam, à iure communi: c. l. 1. §. lex salcidia ff. ad l. salcid. l. si serui vestri C. de noxalib. Appellatione ¶ dicecesani venit episcopus, & non inferior, gloss. in d. clem. 1. in verbo dicecesanis de iurepar. & ibi Can. Pan. in c. cum olim num. 1. & 2. de prescri. pr. Ordinarium constituit ¶ Princeps, c. à iudicibus 2. quæst. 3. 6. c. omnes basilica 16. quæst. 7. c. perlectus §. ad episcopos in fine & §. seq. 2. §. dist. l. 1. in pr. vers. cum urbem. ff. de off. preb. v. b. l. qui ordinariam C. de off. rect. provincie. vniuersitas, gloss. 1. in c. cum ab ecclesiarij hoc tit. l. fin. C. de iuris. omn. iud. Auth. de d. fens. Ciuit. §. interim illud & §. & iudicare vers. & si cadere. consuetudo. c. duo & ibi gl. in verbo consuetudo hoc tit. l. 1. & l. fin. C. de emancipat. l. x. l. 1. ff. de off. eius cui mand. est iuris. l. & quia ff. de iuris. d. om. iud. & ibi gl. mag. in verbo, nec ipsa lex & ibi Bart. n. 9. & DD. communiter Innoc. in d. c. cum ab ecclesiarij. non autem priuatorum consensus: l. priuatorum C. de iuris. d. om. iud. sunt itaque ordinarij, Cardinales in suis titulis, in quibus habent iurisditionem, quasi episcopalem, & in Capellis titulo subiectis: c. his qua & ibi Pan. in 2. not. de maiorit. & obed. Ioan. And. in c. sua nobis nu. xj. de off. Vic. & in d. c. bu. quantum. 2. 3. & 9. & seqq. Pan. in d. c. dilectus sub num. 11. de Capell. monach. Extra hunc casum, Domini Cardinales nullam causam attingere possunt, in Romana Curia, nisi eis à Domino Papa, specialiter fuerit commissa, vel nisi iure proprio ad eos spectet, ratione episcopatus, quem obtinent: Specul. de lib. concept. §. 12. iam nunc videndum n. 7. Patriarchæ: Primatus: Archiepiscopi:

Episcopi: Abbates: & quilibet Prælati
 Collegiæ Ecclesiæ, iuribus 5. alleg. cap. quæ in
 ecclesiarum & ibi Pan. n. 5. & seq. & ibi Can. hoc
 tit. In Curia Romana Vicecancellarius, Ca-
 merarius, Marscalcus, auditor contradic-
 tum, & auditor Cameræ sunt ordinarii, glos.
 i. in clem. auditor de rescript. & ibi Canon. Franc.
 Marc. quest. 985. part. 1. vacante sede aposto-
 lica iurisdictionem suam exercent: Spec. tit. de
 off. ord. §. 1. n. 2. & 3. clem. ne Romani §. 1. de elect.
 Auditor Cameræ nullam habet iurisdictionem
 in beneficialibus, in petitorio vel pos-
 sessorio, Achil. decis. 24. de appell. Greg. xv. decis.
 118. num. 4. & ibi annot. Gar. de benef. part. 10. c.
 3. n. 14. & seqq. Pœnitentiariorum quoque
 officium, morte Papæ non expirat, d. clem. ne
 4 Romani §. 1. Auditores ¶ Rotæ sunt ordina-
 rii in procedendo, & cognoscendo, & de-
 legati in iudicando, d. glos. 1. in el. auditor de re-
 script. & ibi Can. Mohed. decis. 7. num. 2. de testib.
 Rot. decis. 61. de appell. in nou. Bart. in l. præcip.
 §. 1. C. de appell. Gemi. in cap. nobilissimus, num. 1.
 97. dist. Auditor, cui causa non est distribu-
 ta, non potest aliquam iurisdictionem ex-
 ercere, in causa alteri auditori distributa,
 Mohed. d. decis. 7. per l. vbi caprum & ibi Bart. nu.
 3 ff. de iud. Quando aliqua causa commissa
 est duobus, ille cognoscit, cui commissio
 prius est præsentata, Rot. decis. 1. de constit. in
 antiq. Put. decis. 460. lib. 2. alter nullo modo
 cognoscit: & tenetur bene, perfecte, & non
 perfunctorie videre processus causarum & ex
 eis elicere dubia, in quibus vult habere con-
 silia coadutorum, Rot. decis. 3. de constit. in an-
 tiq. imo omnes auditores vnum faciunt tri-
 bunal, & vna est omnium iurisdictione, ita vt
 vnus loco alterius surrogatus dicatur, adeo
 quod acta facta coram vno, in causa alteri
 commissa, solent reputari valida, Put. d. decis.
 339. lib. 3. & vnus auditor subscribit Senten-
 tiam Auditoris defuncti absque noua

partis Citationem quia vnus auditor non
 profert sententiam nisi de consilio aliorum
 & in fauorem certæ personæ, Put. decis. 338.
 lib. 1. & promotus auditor ad Cardinalatū,
 remanet iurisdictione quoad illius causas pe-
 nes coadiutorem, Greg. xv. decis. 369. num. 2.
 & 3. & ibi annot. & dec. 399. in princ. dicit quod
 domini in illo non conueniebant. Put. decis. 339. lib.
 30. & in dubio iurisdictionis sibi ipsi cau-
 sas remittunt, & processus per illum cui fa-
 cta est remissio postquam acceptauit tenet,
 Rot. decis. 13. de offic. deleg. in nou. Item ordi-
 narius est, qui præficitur vniuersitati ab eo,
 qui habet administrationem cum iurisdic-
 tione: vt Vicarius deputatus ab episcopo,
 dictum est in tit. de off. Vicarii. Quilibet ¶ po-
 test esse ordinarius, nisi prohibeatur. Pro-
 hibiti continentur hoc versu, *Conditio sexus,*
et as, discretio, fama late Capra conclus. 20. Con-
ditio, seruus non potest esse ordinarius, l. cum
prætor vers. non autem ff. de re iud. l. seruitutem
ff. de reg. iur. nec monachus, aut conuersus, gl.
fin. in d. l. cum prætor. Sexus, nec fœmina, c.
mulierem 33. quest. fin. nisi sit de magnatibus,
c. dilecti de arbit. vel habeat administratio-
nem, c. dilecti de maior. & obed. Etas, iure ci-
uili maior decem & octo annis, aut etiam
minor 18. annis, dummodo sit pubes, & ex
certa scientia principis detur, possunt esse
ordinarii, l. quidam consulebant ff. de re iud. nisi
detur iurisdictione cum administratione bo-
norum, l. spurii vers. minores ff. de decurionibus
Bart. in l. quidam consulebant in princ. ff. de re iud.
de ætate requisita in episcopo dictum est,
tit. de elect. & in cæteris prælati, tit. de orate
qualit. & ord. præfic. Discretio, pupillus, & fu-
riosus non possunt esse ordinarii, quia nul-
lum negotium recte gerunt, l. cum prætor vers.
non autem ff. de re iud. Fama, nec etiam infamis,
c. infamis 3. quest. 7. Bart. in l. quidam ff. de re iud.
 excommunicatus, schismaticus, hæreticus,
 c. quod

1. quod sedem in fine hoc tit. c. audiuius 24. quest.
 1. c. excommunicamus de hær. tenet sententia
 ab infamata, quamdiu toleratur ab Ec-
 clesia, gloss. in summa & c. nonne 8. quest. 4. cap.
 vestra & ibi gloss. & Canon. de cohabit. cleric. &
 mul. Ordinarius ꝑ cognoscit, an sua sit iuris-
 dictio: l. ex quacunq. & ibi las. sub n. 1. & n. 19. &
 20. limit. ff. si quis in ius vocat. non ierit Felin inc.
 super listeris n. 18. & seq. qui ampliat & limitat
 de rescript. si dubium est, an iurisdic-
 tio spectet ad ecclesiasticum, vel sæcularem iudi-
 cem, uterque non cognoscit, sed ecclesiasti-
 cus præfertur. Butr. inc. ceterum de iud. n. 9. &
 7 ibi mol. & Can. Dux ꝑ sunt leges quibus ec-
 clesie Episcopis subsunt, lex diœcesana, &
 lex iurisdictionis, c. dilectus & ibi gloss. fin. cap.
 conquerente si. nos autem hoc tit. in quibus in-
 variabilis doctrina dari non potest, aliter
 quam per exempla, Innoc. inc. 1. num. 1. de stat.
 monach. Anchar. inc. dilectus vers. 2. quæro hoc tit.
 Pan. in d. c. dilectus num. 4. dicit, quod ea,
 à quibus monasteria reperiuntur à iure ex-
 emptæ, sunt sub lege diœcesana, reliqua ve-
 ro spectant ad legem iurisdictionis. Ad le-
 gem diœcesanam ꝑ pertinent conuocatio
 ad Synodum, c. final. 18. dist. cap. sicut de accus.
 Innoc. in c. graue de prob. num. 1. & 2. Synodati-
 ci solutio, c. conquerente & ibi gloss. in verb. duos
 solidos hoc tit. & Can. sepultura mortuorum;
 s. placuit 1. & 2. 16. quest. 1. 10. quest. 1. in sum-
 ma & ibi gl. quarta funeralium, c. decernit sess.
 25. decimarum, cap. conquerente & ibi gloss. in
 verbo decimatione hoc tit. c. de quarta de prescrip. c.
 sum olim de cens. Greg. xv. decis. 519. & ibi annor.
 Quam exigit ab ecclesiis decime percipi-
 entibus & non à laicis, ipsis, c. conquerente,
 & ibi his iuribus in prædictis ecclesiis con-
 tentus existens, non amplius ab eis exigas.
 hoc tit. & ibi Abb. antiq. in fine Pan. sub num. 2.
 vers. duodecimo Greg. xv. decis. 519. c. cumque o-
 lim de censib. Ac quarta legatorum, c. requis-

si de testa. d. c. conquerente & ibi gl. in verbo mor-
 tuariorum Rot. diuers. decis. 732. numer. 4. part. 1.
 cathedralici nomine, annui solidi duos, cap.
 quam sit vers. fin. 18. q. 2. gloss. in d. c. conquerente
 in verbo duos solidos cap. inter cetera 10. quest. 3.
 missas publicas, præterquam in monasteriis
 religiosorum nisi ab Abbate fuerint roga-
 ti, c. abbas & c. luminoso 18. quest. 2. vbi volue-
 rint cantare, licet Vital. in clem. 1. nu. 24. in 9.
 not. dicat, quod celebrare in Pontificalibus,
 sit de lege iurisdictionis, per illum text. de
 pœn. cathedram ponere causa prædicandi,
 vel audiendi S. Jesu Christi Euangelium; ad
 quam prædicationem ex decretis Synodi
 Tridentinæ Episcopi, Archiepiscopi, & om-
 nes ecclesiarum Prælati tenentur, per seip-
 sos, si legitimè impediti non fuerint, si veto
 contigerit legitimo eos detineri impedimē-
 to, tenentur viros idoneos assumere, ad hu-
 iusmodi prædicationis officium, salubriter
 exequendum; si quis autem hoc adimplere
 contempserit, districtæ subiaceat ultioni:
 c. 2. in prin. sess. 5. c. prædicationis sess. 24. Legiti-
 mum impedimentum non est inciticia, vel
 quæcunque sæcularis potentia, vel titulus;
 à subditis moderatum auxilium, si manife-
 sta & rationabilis causa extiterit, cum cha-
 ritate petere, cap. cum apostolus §. prohibemus de
 censib. d. c. conquerente in fine Fran. Marc. quest.
 471. & 1623 part. 1. & ad præstandum com-
 pellere; Anchar. in c. cum apostolus nu. 10. & xij
 de censib. pro negoriis ecclesie, monachos, c.
 adicimus circa finem 16. quest. 1. c. qui vere §. eos
 in fine 16. quest. 1. etiam inuito abbate, c. cum
 pastoris & ibi gloss. pen. 2. quest. 7. & clericos
 mittere, & eis imperare, c. de cetero de cler. non
 resid. & ibi gloss. 1. c. 2. de maioris. & obed. c. quia
 frater 6. quest. 1. & ibi gloss. in verbo obedientiam.
 Solemnis, & non in itinere, etiam si sit in-
 dutus Pontificalibus, Vital. in clem. fin. n. 58. de
 priuileg. ponderando verba benedicat populo sed
 Zab.

Zab. *ibidem* num. 9. ponderat verba transiunt facienti. benedictio populi. Clem. fin. de priuil. c. abbates & ibi gl. in verb. solemnem de priuileg. in 6. in locis subditis, & exemptis, Clem. fin. & ibi Vitall. num. 21. 59. 62. & 66. de priuileg. tertia aut quarta oblationum, c. de his & ibi gloss. mag. c. antiquos 10. quest. 1. c. vobis 12. q. 2. qua exacta episcopi tenentur, ad reparatiōem ecclesiarum, c. 1. & 2. c. vno 10. quest. 3. hospitium, gloss. fin. in d. c. dilectus d. c. quam sit 18. quest. 2. c. seruitium ibi crebra receptiones 8. q. 2. Litanie; & alie processiones, sunt de lege diocesana, ad quas, clerici seculares, vocati venire tenentur, c. quando 38. dist. c. cum inter de re iud. Episcopus iure decretorum, ex leui causa, non potest precipere monachis, ut vadant cum eo processionaliter, secus si ex graui causa fieret processio, c. nimis el. 2. de excess. prelat. Ex decretis Concilii Tridentini exempti omnes, tam clerici seculares, quam regulares, quicumque etiam monachi, ad publicas processiones vocati, accedere cōpelluntur, iis tantum exceptis, qui in strictiori claustra perpetuo viuunt, c. controuersias §. fin. sess. 25. Ad legem jurisdictionis pertinent beneficiorum collatio; c. transmissam & ibi gloss. fin. de elect. & Can. c. omnes basilica 16. quest. 7. & ibi gloss. alleg. concord. c. nouerunt 16. q. 1. Pan. in c. cum olim post num. 2. vers. hac ratio de maior. & obed. datio curæ animarum, c. cum satis de off. Archid. ius faciendi concurrentium; c. dilectus & ibi gloss. in verbo de lege jurisdictionis & Cap. de off. ord. Rot. d. cis. 632 numer. 4. part. 2. in recollectis per Farinac. canonica manualis obedientia, c. quanguam 23. dist. c. omnes principes de maiorit. & obed. & ibi gloss. pen. c. his qua de maiorit. & obed. cap. olim in causam de rest. spoliat. non tamen scripta aut iurata, c. 3. de maior. & obed. Zab. in Clem. 2. §. demque in 6. quest. de re iud. nisi ratione administrationis concessæ, c. pen. & fin. 2. quest. 5. cap. nullus de iureiur. formam iuramenti ponit Pan. in c. tua nos 1. num.

5. eodem, vel curæ animarum, Pan. in d. c. 3. in princ. de maior. & obed. post gloss. 1. & ibi Anchar. num. 3. & c. significasti de elect. vel nisi prius tulissent rebolles, c. cum in ecclesiis de maior. & obed. aut excommunicati, c. cum desideres de sent. excomm. aut esset consuetudinis, c. cum clerici de verb. signif. subiectio, c. l. grauem de excess. prelat. c. esto subiectus 95. dist. reuerentia; cap. his qua de maior. & obed. Constitutio œconomi siue syndici, in causis monasterii, in casu negligentie abbatis, siue conuentus; c. cum imp. ratorum de iur. calum. custodia ecclesiarum, hospitalium; beneficiorum; & capellarum, vacantium, c. cum ad sedem & ibi Pan. sub num. 1. de rest. spoliat. Pan. in c. bona numer. 25. & 12. vbi pulchre distinguit de appell. Pan. in c. cum vos hoc tit. prap. in c. illud 12. quest. 2. & ibi Can. institutio; c. cum ex iuncto in fine de heret. Quando collatio spectat ad alium, cap. 1. de Cap. d. monach. in 6. vel presentatio ad patronum, c. decernimus c. piamentis 16. quest. 7. Quando electio pertinet ad collegium, confirmatio pertinet ad episcopum; c. 1. 15. quest. 2. c. nihil de elect. deturatio, etiam si ad alium pertinet collatio, d. cap. ex iuncto in fine & ibi gloss. & Can. c. visis in fine 16. quest. 2. dictum est in tit. de renunc. correctio excessuum, c. irrefragabili c. licet hoc tit. Reformatio morum, c. si cui de accus. d. c. irrefragabili & ibi Pan. in 2. not. hoc tit. Censura ecclesiastica cum solemnitate, cap. debent xi. quest. 3. iurisdictio causarum omnium, ad forum ecclesiasticum, de iure spectantium, cap. cum ab ecclesiarum hoc tit. & ibi Pan. num. 9. c. causa omnes in princ. & sine sess. 24. in presentia, & cum consensu, aut consilio. capituli, late Put. decis. 203. lib. 1. & decis. 92. lib. 3. plures citans c. si quid 88. dist. c. si quid, & c. si autem is quest. 7. c. qualiter & quando de accus. & c. el. 2. Bell. in c. irrefragabili num. 10. hoc tit. Pecuniarum publicæ, & aliorum maiorum criminum, in casibus episcopo referentis, c. 2. de

de pœnit & remiss. in 6. & ibi gloss. in verbo referuntur & Can. factorum & minorum ordinum datio, c. cum nullus de temp. ord. in 6. c. cum ex eo de elect. in 6. & ibi Can. quæ est voluntaria iurisdictionis, Gabr. conf. 281. per tot. vol. 2. c. episcopus 74. dist. c. quando 75. dist. Sacramentorum omnium, quæ ab episcopo sunt recipienda, collatio, confectio chrisimatis, consecratio ecclesiarum, altarium, virginum, quæ sunt ordinis episcopalis, & à proprio episcopo; & non alieno sunt recipienda, cap. nullus 9. quæst. 2. & per totum c. veniens §. chrisma de prescript. c. nullus de paroch. Quia nullus episcopus, alterius parochianum iudicare potest, c. nullus de paroch. etiamsi priuilegium habuerit alienos subditos puniendi, nisi cum interuentu proprii episcopi, si apud ecclesiam resederit, aut personæ ab ipso episcopo deputandæ; alias processus & inde lecta quæcunque viribus omnino carent: c. 8. sess. 14. aut in alterius diœcesis pontificalia exercere, nisi de ordinarii loci expressa licentia, quæ ex sola ordinantis attestacione probatur, Pui. decif. 349. num. 1. lib. 1. & decif. 397. lib. 2. Felin. in c. sicut post num. 17. de re iud. & ibi Can. Zab. in c. alterius de test. in 1. quæst. in fine. & in personas eidem ord. subiectas tantum, c. fin. sess. 6. aut in propria diœcesis, clericos, aut laicos alienæ diœcesis ordinare, c. pen. & c. fin. de temp. ord. in 6. alioquin episcopus ab exercitio pontificalium, & sic ordinari ab executione ordinum ipso iure sunt suspensi, c. fin. sess. 6. c. placuit 2. & c. seq. 7. quæst. 1. cap. scriptum est 6. quæst. 3. & ibi gloss. Ad eandem legem iurisdictionis pertinent concursus episcopi in sua diœcesis, cum quolibet presbytero parochiali, in administratione Sacramentorum, c. pen. de pœnit. & remiss. c. 2. & ibi gloss. 1. eodem in 6. c. 3. de offic. Archid. Pan. in c. apostolica numer. secundo de donat. ipsi autè abbates, canonici cathedralium, & rectores

Summa in Decretales,

parochialium ecclesiarum, qui immediate sublunt episcopo, ad eum debent recurrere, pro confessionibus & omnibus Sacramentis, & ab aliis non possunt absolui, cum à iudice non suo absolutio facta non teneat, c. cum omnis de pœnit. & remiss. c. 2. in fine eod. in 6. inquisitio tam de clericorum vita, quam de officiis & statu ecclesiarum, Arch. in c. dilectus vers. venio ad glos. mag. controuersiarum omnium de præcedentia compositio, c. controuersias sess. 25. examen notariorum, eorumque suspensio perpetua, vel temporalis ab officio, in negotiis & causis ecclesiasticis, ob inidoneitatem, vel delictum in officio, c. cum notariorum sess. 22. Cognitio & executio omnium piarum dispositionum, tam in vltima voluntate, quam inter viuos, cap. episcopi el. 2. sess. 22. Statuta facere super iudiciis, vel accessoriis eorum, ac etiã de vita, officiis, & aliis huiusmodi, Innoc. in cap. 1. numero 3. de statu monach. visitatio, cap. primo §. hanc autem de censib. in 6. cap. 4. sess. 6. cap. 3. sess. 24. cap. 6. sess. 25. cap. conquerente ibi visitationem & c. dilectus & ibi gloss. fin. hoc titul. quæ est voluntaria, vel contentiosa iurisdictionis, Ioann. Francisc. de paninis de visitat. parte prima q. prima numero 8. imo ad vtramque legem pertinere videtur. Marcan. Soc. de visitat. libro 1. circa finem. Procuracionum exactio, quæ debet exigi consideratis facultatibus ecclesiæ, cap. Sopita cap. venerabili de censib. Iurisdictionis temporalis, quam episcopus habet in sua ciuitate, de neutra lege est, quia Episcopus illam non habet, de iure communi, sed ex accidente. Cald. conf. fin. hoc tit.

Monasteria † sunt exempta à lege diœcesana, fauore relig. c. 1. 10. quæst. 1. c. inter 10. q. 3. c. cum pro vtilitate 16. quæst. 1. præterquã ab eulogiis, c. eleuterius circa finem 18. quæst. 2. quarta legatorum, quæ relinquuntur monasteriis, seu capellis, cap. requisisti vers. secus de testam.

V

testam.

restam. synodo si subsit causa rationabilis, d. cap. abbates 18. quest. 2. & ibi gl. in verb. uocatione c. fin. ead. quest. & caus. aut populum habeant, cap. quod super de maior. & obed. & ibi gloss. & Can. personæ tam regulares quam seculares, curam populi exercentes, subsunt episcopo, immediate in ijs, quæ ad dictam curam pertinent, cap. in monasterio sess. 25. seruitio ex prima constitutione, siue fundatione, cap. eleutherius 18. quest. 2. vel debito per consuetudinem; c. seruitium 18. quest. 2. & ibi gloss. mag. c. questum in fine 1. quest. 3. & subsunt legi iurisdictionis, c. 1. cap. cognouimus c. abbates cum c. seq. & fere per totam 18. quest. 2. gloss. mag. in sum. 10. quest. 1. gloss. fin. in d. c. dilectus hoc tit. nisi speciali priuilegio ab ea sint exempta, dicitur infra tit. de priuileg. capellæ monasteriorum subsunt episcopo, quantum ad vtramque legem, d. c. conquerente hoc tit. c. sane 16. quest. 2. & c. cum & plantare §. in ecclesiis de priuileg. gloss. pen. & fin. in c. ex ore eod. nisi pleno iure subsunt monasterijs, c. quoniam per confessionem de priuileg. c. fin. 16. q. 2. gl. mag. in verb. pleno iure in d. §. in ecclesiis d. c. cum & plantare; Hinc infertur, quod episcopus de iure communis, tam in ciuilibus, quam in criminalibus habet iurisdictionem, & correctionem, contra abbates, & regulares, cap. si quis abbas & c. seq. 18. quest. 2. c. de persona 21. quest. 1. c. 1. & ibi gloss. fin. 18. quest. 2. c. quanto & ibi gloss. fin. & DD. communiter hoc tit. Cap. 1. holo. decis. 309. Rot. diuers. decis. 78. part. 1. qua reprobatur opinionem Pan. in c. si quis contra n. 42. & seq. in c. cum contingat n. 21. & seqq. de for. compet. tenentis quod monachi coram abbate sunt conueniendi ciuilitate & criminaliter, siue agatur ad depolitionem ab ordine, c. degradatio de pœn. in 6. c. visis in fin. 16. q. 2. siue à dignitate abbatie, c. si quis abbas & ibi glo. in verb. arceatur 18. quest. 2. in concernentibus regulam, & regularem disciplinam, quæ alias, extra regulam, non

essent delicta, abbas sine conuentu, c. fin. de regul. & trans. ad relig. c. ad nostram & Host. in c. reprobabilis de appell. n. 3. & ibi Franc. num. 12. Ioan. Andr. n. 7. Archid. in c. nullam 18. quest. 2. n. 3. habet iurisdictionem priuatim, quoad episcopum, c. cum in ecclesiis de maior. & obed. c. corripantur, 24. quest. gloss. in d. c. de persona in verb. aut monachum c. cum ad monasterium §. abbates de stat. monach. & c. Put. decis. 238. lib. 3. vbi explicat, cap. 3. si §. 6. Concilij Trid. Pan. in c. cum contingat n. 21. & seq. de foro comp. Rot. Farin. decis. 17. part. 1. etiam si monachus committat delictum extra claustrum, vel in alia diocesi, in qua non est situm monasterium: quia monachus, vbicumque sit, semper est in iurisdictione abbatis: c. statuimus 19. quest. 3. c. cum illorum §. si vero claustralis de sent. excomm. & prouidentia episcopi diocesanis, est adhibenda, si discretio abbatis ad monachi correctionem non sufficit, d. c. illorum §. quid si claustrales, aut abbas monitus ab episcopo, Pan. in c. quanto sub n. 2. vers. item nota vbi si prelatorum & hoc tit. sit negligens in corrigendo, c. quanto Pan. in c. cum ab ecclesiis nu. 10. & in c. pastoralis n. 6. hoc tit. & in c. fin. num. 1. de c. appell. monach. lex itaque iurisdictionis & lex diocesanatunt diuersa, & res iudicata in vna, non obstat in alia, c. dilectus filius & ibi gloss. fin. in fine & Can. Causæ ciuiles & omnes ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, debent cognosci in prima instantia coram ordinarijs locorum dumtaxat, etiam si causæ beneficiales sint, atque omnino saltem infra biennium, à die motæ litis terminari, alioquin post id spatium, liberum est partibus, vel alteri earum, iudices adire superiores, qui eandem in eodem statu assumant, transportatis per recurrentem, expensis suis, actis omnibus coram episcopo gestis, d. c. causa omnes §. prater ea si quis. acta diuersæ causæ, & iudicij, non sunt per eum trans-

portanda, etiamsi multum conferrent ad causam, de qua agitur. *Greg. xv. decis. 55. plures alias decisiones referens & decis. 508. num. 11. dicens Conc. Trid. habere locum in causa ecclesiastica non prophana & ibi annot.* neque antea aliis committi, nec auocari, nec appellationes, ab eisdem interpositæ per quoscunque superiores recipi debent, Exceptis ijs, quæ iuxta canonicas sanctiones apud sedem Apostolicam sunt tractandæ, *c. vt dilectus in fine de appell. c. quod translationem de offic. leg. Gabriel. cons. 182. vol. 2. vel quas summus pontifex per speciale rescriptum signaturæ sanctitatis suæ, manu propria subscribendum, iudicauerit committere, aut auocare; c. causa omnes sess. 24. in causis ad forum ecclesiasticum pertinentibus, episcopus etiam eorum, qui subsunt prælatis inferioribus suæ diocesis, est competens & ordinarius iudex, & inter eum & prælatos inferiores sæculares habentes subditos, Pan. in 6. fin. sub n. 1. de c. monach. & ibi Can. est locus præuentioni; in concursu episcopus præfertur, Pan. in c. pastoralis nu. 6. hoc tit. 10. Andr. n. 17. & seqq. & Anchar. sub n. 3. in 1. quæst. Felin. n. 2. qui limitat. octo modis c. de persona XI. quæst. 1. & ibi late gloss. 2. l. fin. & ibi gloss. pen. C. de iurisd. omn. iud. Capra concl. 33. nam omnes causæ clericorum apud episcopum, quasi maius tribunal, tractari debent, d. c. pastoralis & ibi gloss. I. Pan. in c. cum ab ecclesiarum n. 9. hoc tit. habetque episcopus fundamentam intentionem suam, in tota diocesi, & qualibet eius parte, c. cum episcopus hoc tit. in 6. c. omnes basilicæ 16. quæst. 7. Pan. in c. cum capella n. 3. de priuileg. contra omnes homines diocesis, etiam reges & principes, quando in eius territorio, habent larem principalem, c. omnes & ibi gl. & Pan. cap. soluta & ibi Pan. n. 7. de maiorit. & obed. c. duo sunt 96. dist. eorumque capellas & Capellanos, c. decretum a. regenda & c. seq. 10. q. 1. in d. c. cum capella Rot.*

diuers. decis. 736. part. 1. ac etiam in causa ecclesiæ, quæ non est propria episcopi, c. si quis eroga & ibi gl. fin. 2. quæst. 7. c. 1. & ibi gl. in verb. punire de pen. in 6. Felin. inc. insinuante nu. 3. vers. causa ecclesiæ de offic. deleg. & ibi Pan. post num. 4. Bald. in l. vnica n. 3. & 4. C. ne quis in sua causa iudicet & c. Ias. in l. qui iurisdictioni n. 10. & seqq. ff. de iurisd. omn. iud. Circa † iurisdictionem 12 inter episcopum & capitulum cathedrale, iura canonica expresse non statuunt, sed totum deferunt priuilegijs, consuetudinibus, præscriptioni, & indulgentiis, quorū vigore potest capitulum procedere, contra canonicos singulares, c. irrefragabili §. excessus hoc tit. ac alios beneficiatos, & clericos, capitulo deseruientes, c. cum contingat de foro. compet. c. significauit de appell. & illos incarcerare, excommunicare, & alia facere, quæ sunt meri imperij, c. dilectus de appell. c. dilecto de sent. excom. in 6. dictaque priuilegia, consuetudines, præscriptiones, & indulgentiæ censentur licita & honesta, & iure communi approbata, Old. cons. 172. & cons. 244. num. 10. & 11. & cons. 154. Pan. in d. c. cum contingat sub n. xi. circa fin. & n. 12. de foro comp. & ibi Can. Præterea inferior † prælatus potest, consuetudine, ac priuilegio, acquirere, cap. cum contingat & ibi post gloss. fin. late Socin. sen. à n. 8. & 9. vsq. ad fin. Pan. n. 5. & 9. & seq. de foro compet. c. Romana §. 1. & ibi gloss. in verbo consuetudine & Can. de appell. in 6. c. conquestus & ibi gl. in verb. consuetudo & Can. hoc tit. 9. quæst. 3. c. irrefragabili de offic. ordij, ac etiam præscribere quæ sunt dignitatis, seu potestatis episcopalis, tam respectu legis diocelanz, quam respectu iurisdictionis: c. auditis c. cum olim. de prescript. & vtroque Can. Pan. in d. cap. cum contingat sub num. 12. & 21. 28. & 29. & latius Ancha. nu. 9. & Can. sed inferior non habet territorium in diocesi, sed diocesis est territorium episcopi in spiritualibus: Pan. in c. cum ab ecclesia-

rum nu. 10. in fine & n. xi. de offic. ordij Pan. in c. cum contingat n. 29. de foro cōpet. Boerius qua. 227. n. 3. quod nō acquirit privilegio, aut consuetudine, nisi forsan hoc modo, quod episcopus intelligeretur habere vniuersalem iurisdictionē, quasi habitu, & iste inferior actu, Socin. sen. in d. c. cum contingat num. 9. & sub nu. 35. vers. sed quare vtrum ille & ibi notat quatuor effectus acquisita iurisdictionis accumulatiue Bald. in l. fin. §. vbi autem n. 6. in fine C. de cad. tol. Dec. in c. caterum n. 28. & Can. de iud. quia non præscribit iurisdictionem priuatiue contra episcopum, sed cumulatiue, quando episcopus tacuit, & nunquam contradixit curren- te præscriptione, Quod si episcopus semel voluisset iurisdictionem exercere, & prohibitus per istum inferiorem, se abstinuisset, tunc non esset dubium, quod esset præscriptum exclusiue, Pan. in d. c. pastoralis n. 7. in fine & ibi Felin. n. 5. vbi limitat duobus modis Collect. in c. 1. n. 2. de foro compet. Zab. in c. quia contingit §. in quo sub n. 2. vers. oppono ad hoc de relig. domib. Anchar. in clem. 1. n. xi. de celeb. miss. & ibi Zab. §. 1. n. 1. & non possit per episcopum præueniri, Ioan. Andr. in d. c. pastoralis sub num. 17. & Can. & quando iste inferior in figura iudicij cognoscit, vbi debeat locare sedem suam, vide Pan. distinguentem in c. cum contingat, n. 33. de foro compet. Item Inferior acquirit iurisdictionem, in quantum est sollicitus, & vigil in ea exercenda, eoque negligente episcopus reassumit iurisdictionem, Pan. in c. irrefragabili num. 1. & 2. hoc tit. & inc. caterum n. 5. & 6. de iud. Rot. diuers. decis. 51. 4. in princ. part. 1. & decis. 259. n. 1. & 2. & seqq. part. 2. clem. 1. §. ne igitur de celeb. missar. & ibi Pan. n. 10. & Can. communiter c. quanto de offic. ordin. & ibi Can. Dec. in c. caterum n. 16. & seqq. & ibi Can. de iud. Ideo si abbas pro certis iuribus episcopalibus, in quorum possessione se asserit, agat contra episcopum turbatam, interdi-

cto vti possidetis, & e contra episcopus agat contra abbatem, pro eisdem iuribus, quibus se asserit spoliatum interdicto vnde vi, pro eorum restitutione; & vterque sufficienter probet intentionem suam, solum pro episcopo in interdicto vnde vi fertur sententia, & non pro abbate in interdicto, vti possidetis. Innoc. in c. veniens in princ. in verb. nisi in aliquo de præscript. Rot. Bisign. decis. 19. de restit. spoliat. Causæ matrimoniales & criminales non inferiorum iudicio, etiam visitando, nisi habeant iurisdictionem priuatiue ad episcopos, ex privilegio Apostolico, vel immemoriabili consuetudine, Pan. in c. accedentibus num. 2. & seqq. de excessib. pralat. & ibi Can. Anch. in c. cum episcopus vers. quare dicitur hoc tit. in 6. & ibi Ioan. Andr. post princ. Butr. n. 4. sed episcopi tantum examini, & iurisdictioni relinquuntur, iuxta Concilium Tridentinum d. c. causa omnes §. ad hac. qui potest habere & carceres, & incarcerare clericos¹⁵ (pro debito civili capi & incarcerari non possunt, etiam si ad id se obligassent, Franc. in d. c. clericos n. 3. de sent. excom. in 6.) ac etiam laicos in criminibus ecclesiasticis, late Gemin. in d. c. cum episcopus num. 59. & seqq. hoc tit. in 6. vbi respondit rationibus in contrarium adductis Anch. ibidem in fine quaest. arguit pro vtraque parte text. in c. contra 26. q. 5. ac etiam imponere pœnam pecuniariam laico, sibi temporaliter non subiecto, c. statuimus & ibi gl. in verb. ban. nu. 16. quaest. c. qui quu 17. quaest. 4. Pan. in c. licet n. 8. de pœn. Franc. in d. c. cum episcopus, tenet episcopum in criminibus ecclesiasticis, non posse laicum incarcerare, præterquam in crimine hæresis, c. vt commissi de hæret. in 6. Clem. 1. de hæret. idem sentit ibidem Ioan. Andr. quia textus d. c. cum episcopus, cum de captione loquitur, restringit se ad personas ecclesiasticas, Oldrad. cons. 86. tum etiam quia licet episcopus certis casibus

nota-

notatis, in e cum sit generale, de foro compet. habeat iurisdictionem in laicos, non tamen habet territorium. *gl. in c. 1. §. contrabentes in 2. nos. de for. comp. in 6. sed procedit per censuras ecclesiasticas, c. fin. de for. compet. in 6. Tul. clar. lib. 5. pract. crimin. §. fin. quaest. 37. n. 8. & implorabit brachium saeculare: c. 1. hoc tit. late Franc. Marc. quaest. 448. part. 1. Felin. in c. cum sit n. 20. in utramque partem. de for. compet. praeterea iuxta aliquorum opinionem, episcopus non potest punire laicum, temporaliter sibi non subiectum poena pecuniaria, pro delicto ecclesiastico; sed destringere debet dominum temporalem ad illam imponendam: c. 1. & ibi lo. And. post numer. 4. Franc. num. 2. in fine de homicid. in 6. alij contradicunt, iudices ecclesiasticos ordinarios, & delegatos posse imponere poenas, & multas pecuniarias, c. 2. de poen. c. in archiepiscopatu de raptoribus & c. venerabilibus §. deniq. de sent. excomm. in 6. c. antiquis 12. quaest. 2. & ibi gloss. & Can. & quod episcopus possit laicum incarcerare, in crimine ecclesiastico, est textus in c. contra idolorum 26. quaest. 5. & ibi gloss. & Can. Felin. in c. cum sit generale numer. 2. de for. comp. c. attendendum 17. quaest. 4. & ibi gloss. fin. & Can. Ego in hoc conflictu Doctorum standum puto consuetudini interpretatiuae, & haecenus observatae in qualibet dioecesi, l. si de interpretationibus cum l. seq. ff. de leg. Vel priorem opinionem esse de iure veriotem, nam territorium Episcopi est tota dioecesis cum ciuitate, Pan. in c. cum contingat num. 29. de foro comp. c. si quisquam §. 1. ac quaest. 1. Acepiscopus habet filicum, gloss. in c. quia in verbo praeter de concess. praeb. & ibi Pan. sub nu. 14. Bur. in fine Ioan. de Anan. in fine & Can. communiter cap. excommunicamus 1. §. 1. de haeret. & ibi DD. Felin. in c. irrefragabili sub num. 5. vers. 1. conclusio & n. 8. & num. xi. de offic. ordin. Felin. in c. postulasti n. 3. de iudic. & c. elem. nolentes de haeret. Rot. decis. 7.*

de test. in antiqu. Couarr. variar. resolut. lib. 2. c. 9. num. xi. Dictique carceres publici significant merum & mixtum imperium, sicut erectio furcarum, c. quamuis de poen. in 6. c. pen. de apostat. Franc. in d. c. cum Episcopus num. 3. hoc tit. iure decretalium non solum Episcopus, sed quilibet, qui iurisdictioni praeratur, & delicta punire poterat, clericos incarcerabat, c. quamuis & ibi gloss. in verbo tibi de poen. in 6. & clericos capi & incarcerari faciebat, licet nondum apparebant incorrigibiles, etiam per laicos, absque meru incurfus excommunicationis: si clericos & ibi gloss. 1. de sent. excomm. in 6. qui canones per Concilium Tridentinum sublatis videntur, quod loquitur taxatiue, & tollit litem pendentem super istarum causarum cognitione, inter Episcopum & Decanum, leu archidiaconum, aut alios inferiores, in quacunque instantia, d. c. causa omnes §. ad haec. Ita quod expresse constat de mente Concilij Tridentini corrigere volentis dicta iura vetera, c. 1. cum ibi not. de constit. in 6. c. contra haereticos & ibi gloss. fin. de haeret. in 6. & Can. Detentus in carcere debet seipsum alere, & soluere expensas carceris, & si non habet unde se alar, & soluat, tunc creditor, vel alius, siue denunciatus, siue fiscus, qui facit ipsum detineri, alias iudex faciet eum relaxari, l. fin. & ibi gloss. in verbo agnoscere C. de erogat. milit. ann. lib. 12. Barr. in l. sanctum ff. de rerum diuis. Arotin. in §. fin. in fine Instit. de act. Franc. Marc. quaest. 199. part. 2. Boer. qu. 305. n. 2.

Episcopus ¶ in quolibet loco ipsius dioecelis d. c. cum episcopus hoc tit. in 6. Nauar. cons. 2. de off. ord. Caputq. decis. 306. legatus in qualibet parte legationis, c. nouis. de offic. legat. ac ordinarij omnes habentes territorium, siue districtum limitatum, possunt de causis cognoscere, per se, vel alium, in qualibet parte ipsius districtus: l. pen. vers. fin. ff. de iust.

& iur. l. si locus ff. de iud. gloss. in c. presenti in verb. finitur post princ. de off. leg. in 6. Anchar. in d. c. cum episcopus in 2. not. & ibi Can. communiter post gloss. 1. potest itaque episcopus iurisdictionem exercere, in ecclesia, palatio, camera sua, non camera regis, c. qua fronte de appell. nec est necesse quod pronunciet, illum locum pro iuridico, cum sufficiat quod illum eligat: Pan. in d. c. cum episcopus post num. 13. in gloss. super verb. libere. tamen citatus, debet fieri certus de loco, in citatione, alias in dubio censetur quis citatus, & tenetur comparere in loco, ubi solitum est iudicari, & sententia in alio loco lata est ipso iure nulla, c. fin. & ibi gloss. in verbo indeterminate & ibi Pan. & Can. de rescript. l. si ut proponis 2. & ibi Bart. C. quoni. & quand. index fuisse Bald. in l. ut perfectius n. 6. & seqq. C. de ann. except. cap. cum parati de appell. Quando locus est remotus valde, & causa modica, debet episcopus, vel ipse accedere ad locum, in quo litigium vertitur, vel delegare, Felin. in c. nonnulli in princ. & num. 1. & ibi Can. de rescript. per l. cum post C. de appell. approbatus à Rota diuers. dec. s. 297. nu. 7. & 8. part. 2. Eadem regula militat in archiepiscopo, circa propriam suam diocesim sed non quoad prouinciã. c. 1. hoc tit. in 6. c. nullus primas
 17 9. quest. 2. ut inferius dicitur. In aliena ÷ diocesi Episcopus iurisdictionem voluntariam potest exercere, inter suos subditos, l. si consul. ff. de adopt. l. 21. ff. de off. procons. c. nouit de offic. leg. & ibi not. clem. 1. & ibi Zab. in 1. opposit. de foro compet. Sed non contentiosam, d. clem. 1. in princ. & ibi gloss. 1. allegat. concord. & Can. l. 1. ff. de off. procons. l. 3. ff. de off. presid. Quia iurisdictione cohæret loco seu territorio: d. l. 1. & ibi gloss. 1. ff. de off. presid. l. fin. & ibi Bart. C. ubi & apud quos & c. Exceptis episcopis expulsis à proprijs sedibus, qui possunt in loco insigni, alienæ diocesis, viciniori suis sedibus, procedere contra luosexpulsores, consilia-

rios, & fautores citatos, & inter suos subditos omnimodam suam iurisdictionem exercere, petita à diœcesanis locorum, ante omnia licentia, quamuis non obtenta, clem. 1. de foro compet. Præterea episcopus in aliena diœcesi ÷ insignijs, in quibus repræsentatur officium, uti non potest; vt Archiepiscopus pallio, episcopus baculo: cap. ex iuarum de auct. & vsu pallij. insignijs ipsius dignitatis, uti potest; vt annulo, mitra & c. l. 1. ff. de offic. procons. & leg. Anchar. in d. clem. 1. num. 3. de foro comp. & ibi Zab. num. xj. & Can. Pan. in cap. 1. num. 3. & 9. vt lit. pend. & c. Franc. Marc. quest. 1078. num. 8. & 9. part. 1. Zab. in clem. fin. §. 1. nu. 6. & seq. de priuileg. & ibi Can. in locis exemptis suæ diœcesis, utitur omnibus Pontificalibus, ac etiam baldachino, quia episcopus in tota diœcesi eis uti potest, & locus exemptus est in diœcesi, licet non de diœcesi, tum quia non sunt de falce iudicij, aut potestatis, sed de falce salutari deuotionali, quæ magis exercetur, ratione honoris, quæ officij, clem. fin. §. simili modo & ibi Vital. n. 27. & 31. de priuileg. Bald. in l. 1. ff. de off. procons. & leg. Metropolitanus ÷ siue Archiepiscopus, Vitalin. in clem. fin. n. 32. & seqq. de priuileg. in quauis ecclesia suæ prouinciæ, c. cum sis de auct. & vsu pallij. etiam exempta utitur pallio, clem. fin. ibi post gloss. in verb. pontificalibus de priuileg. Can. Pan. in c. 1. nu. 7. de auct. & vsu pallij ac baldachino, & facit ante sedem deferre crucem, Pan. in c. 1. num. 2. & seqq. vt lit. pend. & ibi Can. Quia Archiepiscopus, in tota sua prouincia, eis uti potest, & locus exemptus est in prouincia, clem. fin. in princ. & ibi Vital. nu. 27. & 31. de priuileg. & multo magis insignijs, voluntariæ iurisdictionis, & honoris, absque mixtura iurisdictionis, siue officij, Pan. in c. 1. nu. 7. vt lit. pend. & ibi Can. Solemniter, & non in itinere per vias publicas, etiam si indutus sit Pontificalibus, Vital. in clem. fin. nu. 98. &

18. & ibi gloss. in verb. benedicat. de priuileg. ponderando verba benedicat populo sed Zab. ibidem nu. 9. ponderat verba transitum facienti, populo benedicat, eiusque benedictio, quoad infusionem gratiæ prodest subditis & exemptis, Vital. in clem. fin. nu. 59. & 66. de priuileg. Audit diuina, & ea celebrat in pontificalibus, & facit celebrari sine pontificalibus in sua præsentia: clem. fin. de priuileg. & ibi Zab. in not. & An. h. & Can. Pan. in c. 1. num. 7. vt lit. pendente, Extra suã dioccesin propriam nisi per diocesanum Episcopum cui hoc competit suo iure, Zab. in cl. fin. in 5. not. & op. os. de priuileg. post gl. in verbo sine pontificalibus, & ibi Can. In subditos suffraganeorum exercet iurisdictionem voluntariam, 6. pastoralis & ibi Zab. in 5. not. hoc tit. Butr. num. 2. & Can. In his quæ sunt iurisdictionis contentiosæ, est ¶ iudex ordinarius & competens episcoporum, suffraganeorum, d. c. quia cognouimus 10. quest. 3. Pan. in c. postulat. nu. xj. de clerici excomm. & c. minist. Anchar. in cl. fin. nu. 5. de priuileg. qui tenentur ei iurare fidelitatem & obedientiam, c. dilectis de maior. & obed. 6. antiqua de priuileg. & ibi post gloss. Can. & eorum officialium principalium, in quantum officium gerunt; c. pastoralis in princ. hoc tit. c. 1. de off. ordin. in 6. & ibi gl. in verborationabili causa & Can. anch. in clem. fin. n. 5. & ibidem Zab. in §. simili nu. 2. de priuileg. & c. contra quos potest adiri per simplicem querelam, c. venerabilibus in princ. vers. sed si excommunicatus de sent. excom. in 6. & ibi gloss. & DD. De causis ciuilibus contra episcopos motis, indifferenter cognoscit, Pan. in d. c. pastoralis num. 2. In causis criminalibus adhibenda est distinctio, Grauiores, quæ depositione, aut priuatione, dignæ sunt, ab ipso summo pontifice cognoscuntur, & terminantur, cap. 2. de translat. episcop. cap. causa criminalis in princ. sess. 24. c. causa episcoporum sess. 13. & episcopi, nisi ob causam ex qua depo-

nendi, seu priuandi veniunt, etiam si ex officio, aut per inquisitionem, seu denunciationem, vel accusationem, siue alio quouis modo procedatur, vt personaliter compareant Romæ, ne quaquam citantur vel moventur, c. quoniam & c. seqq. sess. 13. Quod si causa huiusmodi, necessario extra Romanam Curiam sit committenda, debet ista commissio esse specialis, manu Papæ signata, fierique debet metropolitanis & episcopis à Papa eligendis; nec vnquam plus his tribuat, quam vt solam facti instructionem sumant, reseruata summo Pontifici definitiua: c. causa criminales §. quod si causa huiusmodi sess. 24. & correctæ sunt iradita per Zab. in c. graue in 7. quest. & tribus seqq. de præb. Minores causæ criminales episcoporum, in Concilio tantum prouinciali cognoscuntur, & terminantur, vel à deputandis per Concilium prouinciale, d. c. causa criminales §. minores 6. saluo & ibi fin. 9. q. 3. Paruæ à metropolitano, c. sacro vers. cum aduersus de sent. excom. 10. And. in c. vi litigantes post princ. vers. huic autem questionem hoc tit. in 6. Testes vero in causa criminali ad informationem, vel indicia, seu alias in causa principali contra episcopum, nisi contestes bonæ conuersationis, existimationis, & famæ fuerint, non recipiuntur. c. testes sess. 13. Contra ¶ officiales episcoporum suffraganeorum, ciuilem, aut criminalem iurisdictionem non habet, nisi quatenus peccant in officialatu; c. Romana §. nec etiam & ibi glo. 1. & §. fin. & ibi gloss. fin. & Can. de foro compet. non tamen exclusiue, quoad suffraganeos, glo. inc. 1. in verborationabili causa de off. vicary. Quia episcopus cognoscit & punit familiarē delinquentem in officio sibi commisso, l. 2. C. de sport. Anch. in c. 1. in fine de poen. in 6. ac etiam cognoscit & punit iniuriã familiaris suo illatã, quæ concernit executione officij sibi commissi, Anch. in d. c. 1. de poen. in 6.

in 6. circa finem & ibi Gemin. n. 8. Franc. num. 3. Dicuntur autem peccare in officialatu, siue in his, quæ sunt iurisdictionis, quando non conseruant priuilegia sedis apostolicæ, cap. quanto de priuileg. Quando peccant contra cap. 1. de re iud. in 6. & c. Romana §. pen. & fin. de sent. excomm. in 6. impediunt causam delatam ad Archiepiscopum per appellationem; vel sunt criminosi; aut incidunt in c. Romana de pœn. in 6. Gemin. in c. 1. post n. 6. vers. in fine gl. de offic. Vicarij in 6.

22. Ea quæ statum ¶ prouinciæ contingunt, ad metropolitanum pertinent, 9. quest. 3. in summa & ibi gloss. 1. & 2. & c. 1. & 2. & seqq. congregat concilium prouinciale, & statuta in eo exequitur, c. sicut de accus. 6. graue de prob. c. quoniam 19. dist. in eo concedit priuilegia subditis suffraganeorum suorum de consensu omnium episcoporum, c. placuit & ibi gl. in verbo retulerit & Can. 16. quest. 6. Felix in c. pastorali sub num. 7. in fine vers. limita de offic. ord. vbi ponit regulam quod archiepiscopus non potest dare priuilegia subditis suffraganeorum suorum eamque limitat. compellit totius suæ prouinciæ pontifices, vel sacerdotes vt vnum eundemque in psallendo teneant modum, quem à metropolitana sede cognouerint institutum, quando discrepant in diuinis officijs, à consuetudine Metropolitanæ ecclesiæ, c. pen. & fin. 12. dist. interponit assensum, siue auctoritatem, si inter suffraganeum episcopum & Capitulum suum, sit permutatio, super immobilibus, aut cum parochianis compositio, super decimis episcopalibus, c. statuimus de transact. iudicat de communi vitio prouinciæ, cap. ad extirpandas de sil. presbyt. & ibi Ioan. Andr. n. 2. c. ex frequentibus de instic. notorijs criminibus, c. 1. §. notoria de cens. in 6. notoria iniusticia sententiæ per episcopum lata, cap. sollicitudinem §. si vero notorium de appell. & ibi gloss. & DD. concedit

indulgentias in tota prouincia, cap. nostro de pœnit. & remiss. non tamen in loco exempto, cum sint iurisdictionis, & concessæ in loco exempto profunt subditis, non exemptis, Vital. in d. ilem. fin. n. 58. & 66. & Can. quando visitat prouinciam ex causa cognita & probata, in concilio prouinciali, cap. patriarcha §. à metropolitanis sess. 24. audit confessiones, impendit absolutiones, pœnitentias iniungit subditis suffraganeorum, c. si de cens. in 6. & cum eis dispensat in foro pœnitentiali, non contentioso, Ioan. Andr. in cap. ad extirpandas num. 3. de sil. presbyt. Quando in prouincia iurisdictionem suam exequitur, punit notorios & manifestos iniuriantes sibi, nuncijs, & familiæ suæ, siue per iniuriam, eius iurdictio impediatur, siue non; cap. 1. de pœn. in 6. si iniuria infertur non personæ, sed dignitati, de ea cognoscit & punit iniuriantem, siue notoria sit, siue occulta; c. si quis erga & ibi gloss. fin. 2. quest. 7. cognoscit de iuribus ad Prælaturam pertinentibus, de iure communi; vt est procuratio, & denegantes punit, c. venerabilis de censib. c. cum ex officij de prescript. Eorum vero, qui ¶ suffraganeis ¶ subsunt, est iudex ordinarius, sed non competens c. cum venerabilibus de sent. excomm. in 6. & ibi gl. & Can. c. 1. hoc tit. in 6. ideo si episcopus litigat ciuilitè, contra subditum clericum, eliguntur arbitri, cap. si clericus §. 1. xi. quest. 1. vel impetratur delegatus à sede Apostolica: cap. statutum §. cum vero de rescript. in 6. si vero criminaliter agit contra clericum, tunc causa deducitur ad synodum; cap. 1. 6. quest. 2. & ibi gloss. fin. quia metropolitanus in diœcesibus suffraganeorum suorum propria auctoritate ecclesiam, parochiam, vel aliquem de eius diœcesi non iudicat, licet in ipsam iudem clerici de facto contentiant, absque diœcesanorum suorum voluntate; c. 1. in princ. de for. compet. in 6. aut disponit, aliquid

quidue aliud agit, si aliquid tentauerit, gradus sui periculo subiaceret, & quod egerit irritum est & vacuum, c. nullus c. conquestus 9. quast. 3. Pan. in d. c. pastoralis n. xj. in fine hoc tit. c. sicut vnire de excess. pralat. in fine c. 1. hoc tit. in 6. nisi in certis articulis in iure expressis; cap. duo c. pastoralis hoc tit. & ibi gloss. in verbo exceptis Zab. in 4. quast. Anch. n. 7. Butr. n. 18. Pan. n. xj. Host. in c. Romana nu. 10. cc. seqq. de suppl. n. gl. pral. in 6. gloss. ord. 1. & 2. in sum. 9. quast. 3. vt puta, quando constat de suffraganeorum voluntate, potest archiepiscopus per subditos suffraganeorum adiri, in prima instantia super causa principali; ac omisso appellationis articulo, vel per viam querelæ, requiritur autem voluntas suffraganeorum, nec sufficeret officialium ipsorum consensus, cum eorum officium ad hoc se non extendat; c. 1. & ibi Franc. in vlt. not. & Can. communiter de foro compet. in 6. c. fin. 9. quast. 3. c. significasti & ibi Can. de foro compet. item quando causa ad illum defertur, per appellationem, d. c. dico d. c. pastoralis, necdum in ciuilibus, sed etiam criminalibus, siue procedatur per accusationem, siue per viam inquisitionis: Pan. in cap. licet nu. 3. in fine hoc tit. nec non per nullitatem principaliter intentatam; Pan. in c. in luteri. de offi. deleg. in fine contra quem aliter sentit Felin. ibidem in fin. pulchre Ferret. conf. 44. relationem, cap. licet & ibi Pan. num. 3. de offi. legat. vel consultationem episcopi, c. cum multis §. si vero 17. dist. cap. intinasti de appell. per episcopi reculationem, quando ad metropolitanam causam remittit vt in ea ipse procedat, c. cum speciali de app. quia ipse recusat, prout expedire videbitur, dat delegatum, c. si quis contra clericum §. 1. & 2. de foro compet. aut eligit arbitros, qui de causa cognoscant, per negligentiam episcopi, ex com. muni DD. opinione, c. fin. 9. q. 3. & ibi gloss. in verbo negligentes cap. pastoralis & ibi gl. in verbo

Summa in Decretales.

exceptis quibusdam articulis in fine de offic. ord. & vtrouique Can. late Quarant. in summa bullarii in verbo archiepiscopus vers. 19. auctoritas. verum Pan. tenet, quod Archiepiscopus, data quilibet negligentia episcopi quia potest episcopum compellere, ad suum officium, debite exercendum, Pan. (contra Host. in c. 1. nu. 4. de suppl. neglig. pral. & gloss. ibi in verb. culpis, & Felin. in c. pastoralis n. 6. hoc tit.) in c. si quis contra clericum n. 40. & 41. de foro compet. & in c. nullus numero tertio, de iurepat. & in c. pastoralis n. 18. hoc tit. Archid. in c. Romana in verb. culpis de suppl. neglig. pral. in 6. non succedat in exercitio; nisi in casibus in iure expressis, scilicet in constitutione œconomi, c. cum simus 9. quast. 3. & ex aliquorum opinione Vicarii, aut Officialis, lapsa termino per archiepiscopum episcopo ad eorum constitutionem præfigendo; Felin. in c. pastoralis nu. 8. hoc tit. post Pan. in c. quoniam hoc tit. num. 3. Nau. cons. 2. hoc tit. ab lolutione ab excommunicatione, c. ad reprimendam hoc tit. punitione notiorum criminum, c. 1. §. notoria de cens. in 6. executione vltimæ voluntatis, §. si quis autem auct. de eccli. rit. collatione beneficiorum, c. 2. de concess. præb. c. fin. de suppl. neglig. pralat. suppletionem negligentia capituli, circa electionem prælati, c. ne pro defectu de elect. c. quanquam ead. in 6. nusquam enim in iure cautum reperitur, quod suppleat negligentias episcoporum in cognoscendo, sed recurrendum est ad summum pontificem; Pan. in iuribus supra allegatis Arch. in c. Romana de foro compet. Innoc. in c. quia diuersitatem in verb. ad illum de concess. præb. Certi iuris est, quod propter culpas suffraganei, non valentis exercere iurisdictionem, quia forsitan est excommunicatus, vel suspensus propter delictum suum; archiepiscopus non succedat in iurisdictione, sed recurritur ad summum pontificem cap. Romana de suppl. neglig. pral. in 6. Pan. in cap. veniens numero 10. de

X

pra-

prescript. Item defertur iurisdicção per cathedralis ecclesiæ vacationem, ad archiepiscopum, si idoneos clericos non habeat, *cap. non liceat 3. 12. quest. 2.* aut capitulum in temporalibus, aut spiritualibus negligenter aut perperam administret, quo casu archiepiscopus, capitulo vocato, & præmissa causæ cognitione, potest visitatorem deputare, qui legitimam temporalium & spiritualium administrationem habeat, excepta beneficiorum collatione, ad episcopum pertinente; *cap. fin. §. 1. & §. fin. de suppl. neglig. pralat. in 6* nec non per duorum contentiosam electionem, *cap. fin. 63. dist. 9. quest. 3. in sum. & ibi gl. fin.* aut vigore priuilegii, *cap. dico hoc titul. vel antiquæ consuetudinis, & c. cap. Romana §. 1. & 2. de for. comp. in 6. cap. Romana §. 1. in fine de appell. in 6.* Dictæque causas in propria sua ciuitate vel diocesi, aut in eis, in quibus appellatum exiit, & causæ ipsæ existunt, & non alibi audit, & audiendas committit, *c. ut litigantes hoc titul. in 6.* etiam subditis suorū suffraganeorum, quos non potest compellere ad delegationem suam suscipiendam, quia deuoluitur iurisdicção quoad partes, non quoad alios subditos, *d. cap. pastoralis hoc titul. sed mandare potest episcopo ut subditum compellat delegationem suscipere, d. cap. pastoralis & ibi gl. in verb. nullam Pan. num. 12. & Can. communiter.* Patriarchæ † vel primates, diæcesorum sunt nominum eiusdem officii, *99. dist. in summa §. primates & c. 1. & 2. & seqq. Vital. in clem. fin. num. 35. & seqq. de priuileg. cap. periculoso §. final. & ibi gloss. in verbo patriarchis & Can. de stat. reg. in 6.* sunt iudices archiepiscoporum, *c. si quis aduers. xj. quest. 1.* qui debent primatibus obedientiam in omnibus, quæ sibi fuerint ab eis iuste imperata, *99. dist. in summa §. final. & ad eos episcopi à sententiis archiepiscoporum appellant, 29. dist. cap. 1. §. ipsi quoque cap. antiqua §.*

in omnibus de priuileg. non habent iurisdicçãonem in subditos archiepiscoporum, vel episcoporum nisi per appellationem ex priuilegio, c. duob. 1. & ibi Can. notant. c. conquestus & ibi gl. 2. 9. 7. 3. Quatuor patriarchæ principales, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus, dominicæ crucis vexillum ante se faciunt ubiq; differri; nisi in vrbe Romana, & ubicunque summus Pontifex præsens extiterit, aut eius legatus, utens insigniis apostolicæ dignitatis, & ad eos appellatur, omnis medus, ab his qui eorum iurisdicçãoni subsunt, *d. c. antiqua de priuileg.*

Ordinarius † non debet habere expensas, etiam quando proficiscitur extra domicilium, sed expendit, quæ domi expensurus erat, cum certa sint illi constituta salaria: *Auth. de mand. princip. §. illud tamen auth. iusurandum quod præst. ab ijs & c. circa med. c. militare in fin. 23. q. 1. cap. 1. cum ab omni de vit. & honest. cleric. Franc. in c. statutum §. in super n. 10. de rescript. in 6.* si delegatum dederit, tenetur ei facere expensas, si datus sit ad vniuersitatē causarum: *c. inter cetera de offic. ordin. cap. statutum §. in super & ibi gloss. in verbo moderatas de rescript. in 6. d. c. cum ab omni & ibi gloss. in verbo præter expensas in fine.* idem iuris est, si malitiose delegatum dederit, ad vnam causam, sed si delegat sine malitia, delegatus ad vnam causam, poterit petere expensas, quando proficiscitur extra domicilium, pro utilitate, aut necessitate causæ, ad instar delegati apostolici: *Pan. in d. c. cum ab omni numer. 13. & ibid. Can.* Certi sunt † casus in iure canonico, in quibus episcopo debentur sumptus, ut in consecrationibus ecclesiarum, altarium, *c. cum sit Romana de simon. & ibi gl. & Can. & visitatione cap. sopita cap. cum nuper de censib.* de quibus opportunis titulis dicitur, Decimam, aut aliam quotam litis, ordinarij

narij non possunt exigere, non obstante,
 quod in fraudem à quibusdam proponitur,
 quod exigatur nomine assessorum. *d. cap. cum*
 27 *ab omni.* Ordinario creditur in spectanti-
 bus ad eius officium, quando omnia enun-
 ciata, eodem tempore, & contextu. potue-
 runt interuenire; *Felin. in cap. post cessionem post*
num. 3. vbi ampliat. & limitat de prob. gloss. in l.
1. & ibi Bart. numero 2. C. de fid. instrum. lib. 10.
Ias. post alios in l. sciendum numero 15. ff. de verb.
oblig. Felin. post alios in cap. sicut numero 27. de re
iud. Et in sibi commissis per Concilium
 Tridentinum, *Cas. decis. 1. numero 18. & seqq.*
de reb. eccles. non alien. Felin. in cap. post cessionem
post num. 10. de probat. etiam quando proce-
 dit visitando: vt attestanti de maximo nu-
 mero animarum, & necessitate coadiuto-
 ris, in parochiali ecclesia: *Casar. decisione vnica*
de paroch. & alien. paroch. Grammat. conf. 24. in
ciuilibus num. 8. Innoc. in c. 1. de fid. instr. immo
 vicario creditur in litteris dimissorijs, pa-
 tientiam defectum nataliū datis, dicenti post-
 quam hodie tecum auctoritate ordinaria
 ad primam tonsuram, & quatuor minores,
 non obstante natalium defectu, dispensauim-
 us, vt clericali caractere extra diœcesim
 insigniri valeas, licentiam impartimur. *late*
Crescent. decis. 15. de prob. per not. per Pan. & DD.
in cap. post cessionem de prob. & ibi Bald. & Felin.
 28 Quando Papa mandat ordinario, vt id fa-
 ciat, quod alias ex officio facere tenetur,
 non faciteum delegatum, sed remanet ordi-
 narius, & iure ordinariæ potestatis vt
 censetur. *cap. licet & cap. graue hoc titul. late*
Franc. Marc. quest. 73. libro 1. Quando man-
 dat id, quod ordinarius non tenetur facere,
 saltem ita præcise, tunc ordinarius habet in
 eadem causa, & potest exercere duplicem
 potestatem, videlicet ordinariam, & dele-
 gatam, *Pan. in cap. licet sub num. 3. hoc titul. cap.*
cum ex officio & ibi Felin. num. 19. & seqq. de pra-
script. & Can. ac potest in vna parte procel-

sus vt vna potestate, & in alia parte, potest
 vt alia potestate: *Pan. in d. c. cum ex officio num.*
18. Imol. num. xj. Zab. in sine & Can. communi-
ter, si processerit ex vtraque potestate, regu-
latur ipsa sententia & processus ex aucto-
ritate delegata; vnde appellabitur ad Pa-
pam, Felin. in d. c. cum ex officio num. 24. & Can.
communiter, Quod si aliquid addat, vel de-
trahat ordinariæ potestati, c. cum aliquibus de
rescriptis, in c. Pan. in d. cap. licet numer. 3. & ibi
Felin. & Can. Achil. decis. 2. de rescript. tunc non
 procedit ex ordinaria, quæ quoad istam
 causam est suspensa, & si ex ea procederet,
 processus esset nullus, *Felin. in d. cap. cum ex*
officio num. 20. eo magis si princeps causam
 ad se aduocauit, & ordinario commisit,
Pan. in d. c. cum ex officio num. 22. & seqq. vel di-
cat autoritate nostra, Pan. in d. c. licet numer.
 3. Eadem ratione sententia lata per ordina-
 rium, qui per errorem iudicat, vt delegatus,
 est nulla. *c. cum super abbacia de off. deleg. cap. ex*
parte Astensis de concess. præb. Felin. in d. c. cum ex
officio num. 25. plures cumulans. Hinc inferitur
 non posse episcopum, prætextu, quod sit a-
 postolicæ sedis delegatus, declinare iurisdic-
 tionem metropolitani, in casibus illis, in
 quibus ante Concil. Trid. tanquam ordi-
 narius poterat vt eadem potestate; quan-
 do vero ex concilio procedit vt sedis apo-
 stolicæ delegatus, in causis, quæ sub eius iu-
 risdictione ordinaria non comprehendun-
 tur, non potest ab eo nisi ad sedem aposto-
 licam prouocari, *Garc. de benef. part. 4. c. 5. n. 11.*
 & 12. Inferiores prælati citra ¶ episcopos
 non dispensant, nisi in casibus sibi specificè
 permittis: *Pan. inc. fin. sub numer. 10. de postul.*
præl. Innoc. in c. 2. de eo qui furt. ord. suscepit Felin.
inc. at si clerici §. de adulter. n. xj. vbi ampliat &
limitat de iud. In quibus dispensare possint ar-
 chiepiscopi, & episcopi, variæ sunt DD. o-
 piniones, *glossa in cap. at si clerici §. final. in*
 X 2 verb.

verb. dispensare de iud. & ibi Can. Butr. in c. dilectus num. 9. de temp. ord. & ibi Pan. n. 6. & Canon. communiter speculat. tit. de dispens. §. 9. nunc. de episcoporum num. 24. Ioan. Raudens §. si. enumerat casus episcopi special. permittos & prohibitos. c. mirror & ibi gloss. mag. 50. dist. Franc. Marc. q. 1123. part. prima, nos breues trademus regulas,

30 Archiepiscopus † non dispensat cum subditis suffraganeorum suorum, quia non potest dispensatio in non subiectum exerceri; Butr. in c. ad extirpandas num. 5. de fil. presbyt. Butr. in c. quia circa. sub num. 8. de bigam. non ord. Felin. in c. pastoralis sub num. 7. vers. archiepiscopus hoc tit. nisi esset casus, in quo posset cognoscere, quia ibi etiam posset dispensare; Felin. in d. c. at si clerici §. de adulter. num. 19. de iud. quia archiepiscopus habet archiepiscopalem iurisdictionem in tota prouincia, sed non episcopalem, quam habet in sua diœcesi, Ioan. Andr. in c. pastoralis num. 20. hoc tit. c. 1. §. ordo 2. 1. dist. archiepiscopus praesidi, episcopus defensori ciuitatis comparatur. c. 1. & ibi gloss. in verbo canonica hoc tit. in 6. Quando † Canon dat episcopos executores iurium expresse; non possunt contra dicta iura dispensare, Gemin. in c. decet §. ordinarij in 6. de immunit. ecclesi. in 6. & ibi Anb. in 8. noi. & Can. Non possunt in integrum restituere, quoad honores & similia; reabilitare ad ordines & beneficia, nec infamiam remittere, quando super infamia volunt dispensare, aut ad ordines & beneficia reabilitare principaliter, §. cum autem & ibi gloss. in verbo principis & DD. Insit. quib. mod. ius par. potest & c. l. 1. §. de qua & §. seqq. ff. de postul. Garc. de benef. part. 8. cap. 1. num. 74. secus si veniat accessorie ad casum sibi permissum, c. hi qui & ibi glo. in verbo potestate in fine 15. quest. 8. cap. euphemium §. hinc colligitur & ibi gloss. in verbo infamiam 2. quest. 3. c. Domino sancto & ibi gloss. in verb. atque ignemiam 50. dist. Pan. in c. cum te. n. 14. & seqq.

de re iud. idem in d. §. de adulterij num. 15. & ibi Felin. num. 12. imo inferior absoluit ab infamia, quando veniebat accessorie ad sententiam, contra quam, ex causa, restitutionem in integrum concessit, l. 1. §. an autem & praetor ff. de postul. Pan. in d. c. cum te num. 14. & seqq. quibus casibus per dispensationem factam per episcopum intelligitur dispensatum, in acquisitis, & acquirendis ordinibus & beneficijs, Pan. inc. at si clerici §. de adulter. num. 21. de iud. & Can. Semper † dispensant, vbicumque à iure, permittitur dispensatio in genere, licet specificè non permittatur episcopis; Pan. inc. fin. sub num. 10. in fine de postul. pralat. & in c. at si clerici §. de adulter. sub nu. 5. vers. si vero expresse non indulget & c. de iud. Prob. ad monach. in c. 1. num. 14. de etat. qualit. & ord. presic. & c. in 6. c. in quibusdam & ibi gloss. fin. Pan. numero quinto, & Can. hoc tit. c. 1. & ibi gloss. penult. de homicid. in 6. Felin. in c. nuper num. 3. & plurib. seq. de sent. excom. In irregularibus & suspensio- nibus omnibus, ex delicto occulto, prouenientibus, etiam in casibus post concilium Tridentinum ex noua lege, seu constitutione, summo pontifici, aut Sedi Apostolicæ reservatis, late in vtramque partem Garc. de benef. part. 11. cap. 10. §. 1. num. 122. & 125. excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum possunt dispensare ex decretis Concilii Tridentini. c. liceat se §. 24. quod fuso explicat Garc. de benef. part. 7. cap. xi. à num. 12. & per totum, In † adulterio, sacrilegio, c. si qui presbyt. 50. dist. nisi sit enorme, c. de viro 12. quest. 2. & minoribus delictis ad forum contentiosum deductis; post peractam penitentiam, inuito accusatore, quando non tangitur eius inter esse priuatum, dispensant, nisi specialiter prohibeantur, d. §. de adulter. & ibi Felin. post gloss. in verbo minora num. 4. vbi limitat quinque modis Pan. sub num. 4. §. & 18. In cri-
mini

minibus adulterio maioribus non dispensant, nisi sibi alias à iure permillum reperiantur. gloss. in d. §. de adulterijs in verbo *minora* & ibi Felin. num. 1. ponens tres fallentias Anchar. ibidem num. xj. Quæ procedunt, quando post pœnam, ab homine vel iure inflatam, super ista pœna petitur dispensatio: quando vero à iure imponitur pœna ministerio hominis, iudex potest illam mitigare, vel exasperare adhibita causæ cognitione, l. quid ergo §. pœna grauior ff. de hiis qua not. infam. & ibi gloss. & DD. Innoc. in c. 1. de constit. Pan. in c. licet numer. 6. de pœnis. Dispensant ¶ contra constitutionem suam, Felin. in d. §. de adulterijs num. 6. ponens duas fallentias, sed non contra statutum ecclesie, in quo agitur de interesse canonicorum, Innoc. in c. fin. de cleric. non resid. Rom. sing. 491. & ibi addit: neque contra constitutionem concilij generalis, Archid. in cap. licet canon de elect. in 6. Rom. sing. 492. ubi ipse & add. ponunt plures limitat. c. ex parte de Capell. Monach. & ibi DD. Rot. diuersi. decis. 222. & decis. 223. part. 1. Felin. in c. nonnulli num. 2. & 3. de rescript. las. in l. fin. n. 4. C. si contr. ius vel util. pub. plures cumulans Rot. decis. 1. de iurepat. in nouis. nisi forsan necessitas aut utilitas ecclesie dispensationem inducant, præmissa de super per episcopum causæ cognitione, Archid. in c. licet canon in gloss. super verb. *carere de elect. in 6. per cap. tali & cap. sequi. quasi. 1. qui refert alios contrarium tenentes, Staphyl. de lite grat. tit. de qualir. & statu benef. §. 1. quod sit legitimus num. 6. asserens quod hac opinio procedit de iure sed curiam Romanam tenere contrarium. Solus episcopus non inferior dispensat super pœnis, & commutat ¶ pœnam iuris in pœnam pecuniariam, quando super crimine potest dispensare, gloss. 2. in c. licet de pœn. Felin. c. irrefragabili num. 7. de off. ordm. Vicarius episcopi ex generali mandato nunquam dispensat. cap. 3. de off. vicarij in 6. Cald. cons. 3. de off.*

Vicarij Rot. decis. 9. eodem in antiq. Ordinaria ¶ 36 iurisdic. finitur morte, depositione, translatione, renunciatione, de quibus opportunis titulis dictum est, & inferius dicitur.

De officio iudicis.

Titulus XXXII.

S V M M A R I A.

- 1 Officium iudicis est duplex, nobile & mercenarium.
- 2 Officium iudicis nobile est duplex, quoddam tendit ius commune coadiuuandum.
- 3 Quoddam tendit ad impugnandum ius commune.
- 4 Iudex supplet ad priuatam utilitatem in iure, non in his qua sunt facti.

POST titulos, de officijs singularum dignitatum, & iudicum, subiungit titulum generalem de officio iudicis, dignitatibus & iudicibus delegatis & ordinarijs, communi, similem titulum habemus in Instit. Imper. lib. 4. Duplex est officium ¶ iudicis, nobile & mercenarium, & mercenarium. Nobile est quod per se substitit, nulli actioni, vel exceptioni deseruiens: Mercenarium est quod adhæret actioni, siue exceptioni, impotens state per semetipsum, Pan. in d. cap. 2. num. 5. hoc tit. Inst. in l. nec quicquam §. vbi decretum n. 73. post Bart. ff. de off. procons. & ibi DD. de quo tractat titulus Instit. Imper. lib. 4. Nobile ¶ duplex est, quoddam tendit ad ius commune coadiuuandū, vt in dando aduocatū, non habenti, etiam domesticum iudicis, c. 1. hoc tit. l. 1. §. ait prator ff. de post. Myns. obs. 32 cent. 4. in dando pupillo tutorem, litigantibus iudicem, l. 1. ff. de iurisd. omn. iud. quoddam tendit ad ¶ impugnandum ius commune, vt quando petitur restitutio in integrum,

X 3;

grum,

grum, per quam rescindatur & rescindi postulatur contractus, sententia, præscriptio, aditio hæreditatis, alias communi iure valida, Tit. ff. de restit. in integr. & tit. seqq. tit. C. de rest. in integr. minor & titulus seqq. in quo requiritur litis contestatio, vbicunque pro actione proponitur, c. 2. hoc tit. Panor. in c. cum ex litteris num. 15. & 16. de in integr. rest. post gl. & plena probatio c. 1. in verbo manifeste apparet de in integr. rest. cap. ex litteris eodem tit. Panor. in d. c. cum ex litteris num. 16. Myns. obj. 49. in fin. cent. 1. nemini datur nisi tunc demum, cum alia actio non superest; nam si comuni quis est munitus auxilio, non debet ei tribui extraordinarium; l. in cause ff. de minor. 25. ann. & c. l. cum sine beneficio ff. de Carb. edit. Iudex

4 † supplet ad priuatam utilitatem in iure, non in his quæ sunt facti, nisi sint ei nota ut iudici, l. vnica C. vt que desunt aduoc. part. & c. & ibi glos. pen. & DD. c. bon. mem. cl. 1. & ibi glos. in verbo curauimus allegari de postul. pralat. & ibi Pan. num. 9. & Can. præterquam in casibus in quibus potest deueniri ad sententiam definitiuam lite non contestata, c. vnico in verbo diligenter examinato & ibi Franc. post num. 3. vers. vltimo nota de eo qui mittit. in possess. caus. & c. in 6. c. cum nobis olim & ibi glos. in verbo ex officio de elect. d. c. bona mem. el. 1. & ibi glos. in verbo curauimus allegare de postul. pralat. & vtrouique Can.

De maioritate & obedientia.

Titulus XXXIII.

S V M M A R I A.

- 1 Maioritas inter sacerdotes considerantur ex quinque prerogatiuis.
- 2 Obedientia consistit in tribus, reuerentia exhibenda, iudicio subeundo, præcepto suscipiendo.
- 3 Inferior superiorem soluere nequit vel ligare.
- 4 In Precedentia materia, membra non separantur à capite.

DIGNITATVM & iudicum gradus sunt diuersi, & ordines distincti, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, concors ex diuersitate fieret contextio, c. ad hoc 89. dist. Maioritas † consideratur ex sacerdotio, quod præest imperio, & imperium lubest sacerdotio, c. soluta hoc tit. c. non potest sess. 23. Inter sacerdotes maioritas consideratur ex quinque prerogatiuis, Pan. inc. statuumus in 2. not. hoc tit. & ibi Anchar. in 3. not. loco sessionis, c. quam periculosum 7. quast. 1. & ibi glos. in verb. primatus Felin. in rubr. huius tituli. sub num. 8. Tiraq. de iure primogen. in præfat. n. 13. & seq. potestate siue iurisdictione, d. c. 1. de off. Archid. c. pastoralis de off. ord. ordine, & statuumus hoc tit. c. à subdiacono 93. dist. consecratione, c. esto subiectus 95. dist. c. cum inferiorum hoc tit. antiquitate, c. 1. & ibi glos. pen. hoc tit. Caputaq. elect. 357. part. 2. vbi limitat duobus modis, c. Episcoporum 74. dist. c. fin. in fin. 75. dist. prerogatiua ordinantis, c. per tuas hoc tit. Gemin. in c. 1. de offic. legati in 6. numer. 9. & ibi Ioan. And. sub num. 1. post Hostien. ponunt vndecim prerogatiuas honoris, gloss. in c. lex 2. dist. in verbo maiores natu, ponit quatuor. Obedientia † consistit in tribus, reuerentia exhibenda, iudicio subeundo, 2 præcepta suscipiendo: 93. dist. in summa & ibi glos. reuerentia, vt minor allurgat maiori, c. non oportet 1. & c. diaconus 93. dist. c. non oportet 95. dist. & minor honesta consueta seruitia maiori faciat, c. statuumus in fine hoc tit. maior ordine, licet posterius receptus, præfertur in loco, & portione, d. c. statuumus in princ. & ibi glos. pen. cap. fin. §. presenti de concess. præb. in 6. in ecclesijs vbi non sunt distinctæ præbendæ: Pan. in d. c. statuumus num. 1. obedientia iudicij, vel præcepti debetur eis, qui præsuunt ratione administrationis, vel iurisdictione.

ditionis, aut consecrationis, *c. quia frater 7. quasi. 1. c. 2. c. quod super hū cum c. seq. & c. dilecta hoc tit. nisi ab eo absoluitur per appellationem, reculationem, vt suis locis dicitur, vel si à prælato moueatur controuersia clerico, c. de persona xi. quest. 1. cap. si quis contra de foro compet. gloss. in summa 93. dist. Infra scriptæ regulæ perperuæ sunt: Inferior ꝑ superior rem soluere nequit, vel ligare, sed superior inferiorem ligat & absoluit: *c. cum inferior & ibi gloss. 1. hoc tit. c. inferior sedes 21. dist.* Contra obedientiam non currit præscriptio, quia semper est in mala fide, *c. cum non licet & ibi gloss. 1. de præscript. c. fin. de regul. l. 1. c. de seru. fugit.* in obedientia possibilitas semper subauditur, *c. 1. & ibi gloss. fin. de voto cap. querelam c. breuis de iureiur.* obedientia etiam iuramento firmata, non extendit se ad ea, quæ de iure præstanda non sunt, *c. dilecti hoc tit. & ibi glo. pen. & fin. & Can.* In materia ꝑ præcedentiæ membra non separantur à capite, *c. 1. 12. dist. Fel. in c. pastoralis sub n. 10. de off. deleg. & in c. cum non liceat sub n. 2. vers. gusta bene de præscript. & in rub. de maior. & obed. Greg. xv. decif. 284. & ibi annot.* Cum de honocificentia agitur grauis causa tractati dicitur vt fufius probat Freccia de sub frudi lib. 1. §. fuit dubitatum in parlamento sub nu. 41. vers. ista sunt notanda.*

Te Treuga & pace.

Titulus XXXIV.

S V M M A R I A.

- 1 Treuga definitio.
- 2 Pacis definitio.
- 3 Treuga sunt species duæ Conventionalis, & Canonica.
- 4 Pax si fuerit fracta, pertinet talis cognitio ad iudicem ecclesiasticum.

EPISCOPI, obtinentes dignitates, & ordinarij debent discordantes ad concordiam reuocare, & sibi inuicem præstare auxilium ad pacem seruandam: *c. 1. §. & quoniam hoc tit. c. disidentes c. precipimus & c. fin. 90. dist.* Iudex ex officio suo prouidet, vt vna pars cedat liti super spiritualibus, & pro bono pacis recipiat expensas, quas fuerat ab alia parte, vel vt alia pars det sibi annuatim pensionem; *c. nisi de præb. Pan. in c. pridem num. 8. de pact. quod obtinet etiam in criminalibus, c. nisi de præb. Pan. in d. c. pridem n. 8. de pact.* Treuga ꝑ est securitas in personis & rebus, ad tempus concessa, discordia nondum finita, Pax ꝑ est finis discordiæ, quæ debet haberi in voluntate, & bellum in necessitate, *cap. fin. de transact.* Si aliquis treugam siue inducias ex parte sua violauerit, alter nihilominus eas obseruare debet, sed frangenti pacem fides frangatur eidem, *Ioan. And. in c. peruerit el. 2. sub nu. 5. & ibi Butr. & Can. de iureiur. Myns. obs. & cent. 4.* Treugæ ꝑ sunt species duæ, alia conuentionalis, quæ etiam infidelibus est seruanda, *c. 1. & ibi gloss. 1. hoc tit. c. nisi bella & c. noli estimare 23. quasi. 1.* Alia est canonica, quam à quarta feria post occasum solis, vsque ad secundam feriam, in ortu solis, ab aduentu Domini, vsque ad octauam Epiphaniæ, & à septuagesima, vsque ad octauam paschæ canones inter Christianos inuolabiliter, ab omnibus obseruari præcipiunt: si quis eam frangere ꝑ præsumperit, post tertiam monitionem, si non satisfecerit, suus episcopus sententiam excommunicationis dicat in eum, & scriptum vicinis episcopis annunciat, vt nullus excommunicato comunicet, si quis hoc violare præsumperit, ordinis sui periculo subiaceat, *c. 1. h. n. quia excommunicatus in vno loco est excommunicatus per totum orbem: cap. cura sit xi. quasi. 3. præterea tempore belli congrua securitas.*

securitate lætantur, presbyteri, monachi, conuersi, peregrini, mercatores, rustici euntes, vel redeuntes, vel in agricultura existentes, & animalia, quibus arant & semina portant ad agrum, c. 2. hoc tit. Quæ omnia hodie non tenent, & episcopi, qui non seruant has cõstitutiones, non dicuntur transgressores, quia hæc treuga non fuerunt motibus vtriusque approbata, gloss. in c. 1. in verbo frangere in fine hoc tit. & ibi Pan. n. 4. & Can. Pax si fuerit fracta, pertinet talis cognitio ad iudicem ecclesiasticum, cap. nouit. de iud. Pan. in c. cum sit generale n. 28. de foro compet.

De pactis.

TITVLVS XXXV.

SYMMARIA.

1. Pacti definitio.
2. Pactum aliud est Vestitum.
3. Aliud nudum.
4. Pactorum quedam sunt in rem, quedam in personam.
5. Pactum factum cum vna persona non extenditur ad aliam.
6. Pactio omnis & conuentio illicita est iure Canonico pro spiritualibus obtinendis.

Post titulos de potestate & officio iudicum, competens erat vt de iudiciis videretur, sed quia vocati ad iudicia, pacifici vel transigere consueuerunt, de his præmittit, & primo de pactis, quia honorabilius est gratis facere, quam pretio recepto. Pactum est ¶ duorum vel plurium in idem placitum consensus, l. 1. in princip. ff. de pactis Instit. de oblig. in princip. & ibi D. D. Myns. obs. 97. cent. 2. Pactum ¶ aliud est vestitum aliud nudum. Vestitur pactum re, Tit. Instit. quib. mod. re cont. oblig. verbis; tit. Instit. de verb. oblig. & tit. seqq. literis; tit. Instit. de lit. oblig. consensu;

tit. Instit. de oblig. ex cons. & tit. seqq. iuramento; l. vt. iusiurandi ff. de oper. lib. interuentu rei in contractibus innominatis, in quibus nascitur actio implenti, ex pacto demum re tradita, l. 1. §. item emptio 2. resp. ff. de iur. permut. l. explicatio C. eod. Bald. in l. petens. n. 24. C. de pact. non alteri qui non impleuit contra implentem, gloss. 1. in d. l. explicatio in fine Bart. in l. si certis annis C. hoc tit. cohærentia contractus, l. iuris gentium §. quin imo & l. petens C. hoc tit. cohærentia voluntariæ traditionis, l. in traditionibus ff. & l. legem C. hoc tit. quando pactum respicit fauorem eius, pro quo initur contractus, cuius cohærentia pactum vestitur, aut fauorem tradentis, secus si apponitur in fauorem alterius, quia impossibile est actionem descendantem ex contractu in formari ad eius fauorem, cui non competeat actio. Anch. in d. §. quin imo sub num. 10. sequitur, in gloss. & num. xj. l. 1. in d. l. si certis annis num. 1. auctoritate legis, l. legitima ff. hoc tit. l. si quis argentum C. de donat. §. alia autem donationes Instit. de donat. xxi principio vt in pollicitatione facta reipublicæ. l. 1. ff. de pollicit. Nudum est, quod ¶ non est vestitum, aliquo præfatorum modorum, sed hæret in meris & puris finibus conuentionis, patiturque exceptionem, non actionem iure ciuili; l. iuris gentium §. si cum nulla ff. hoc tit. Pan. in c. 1. num. 4. vers. si enim pactum hoc tit. iure canonico & in conscientia obligat sub pœna mortalis peccati, c. 1. hoc tit. c. iuramenta 22. q. 5. daturque ex eo actio, siue condictio ex canone. c. qualiter & ibi Pan. hoc tit. Host. in d. c. 1. eod. & ibi Pan. num. 3. & 5. Stipulatio pœnalis nunquam iulit pactum nudum, Angel. in d. §. quin imo num. xj. Bald. in l. petens num. 43. l. si pacto quo pœnam C. hoc tit. l. nuda C. de contr. stipul. Quinam pacifici possint, & super quibus rebus, traditur in Instit. imperial. tit. de oblig. & tit. de inutil. stipul. Procurator vel aduocatus

vocatus de quota litis pacisci non potest. l. quisquis §. preterea nullum & l. qui C. de postul. l. si contra C. mand. l. litem C. de Procurat. l. sumptus ff. de pact. l. nec quicquam §. circa aduocatos ff. de off. procons. l. si remunerandi §. fin. cum l. seq. ff. mand. Sed ratiōne Palmarii id est victoriæ pactū valet: l. i. §. litis ff. de var. & extraord. cog. nit. d. l. quisquis §. preterea Gail. obser. 4. 4. lib. 1.

4 Pactorum quædam ꝑ in rem sunt, quædam in personam, l. iurisgentium §. pactorum ff. hoc tit. & ibi gloss. in verbo personale, in dubio præsumuntur realia, quia pacti persona inseritur, non vi pactum faciat personale, sed vt demonstraretur cum quo factum sit: d. §. pactorum l. si sic stipulatus 2. & ibi Bart. num. 2. ff. de verb. oblig. & potest ex vna parte esse in personam, ex altera in rem, & ex ea parte qua pactum est in personam non transit in hæredem, sed ex alia parte, qua est in rem, bene transit in hæredem, l. qui in futurum §. si ex altera ff. hoc tit. Pactum factum ꝑ eam vna persona non extenditur ad alias, l. si vnus §. ante omnia l. si sibi §. si pactus, & l. as. in l. iurisgentium §. prator ait num. 7. & seq. ff. hoc tit. l. i. C. de transact. l. imperatores in princ. & §. fin. ff. eod. nisi in casibus in quibus sententia, inter alios lata. inter alios tenet, l. sape ff. de re iud. alteri per alterum actio acquiritur, §. ei vero Instit. de inutil. stipul. & ibi glo. mag. & DD. si principaliter inter sit paciscentis, l. fideiussoris §. cum alio conuentio ff. hoc tit. §. sed si quis Instit. de inutil. stipul. aut vna persona reputentur, l. si cum empore ff. hoc tit. vel pactum sit celebratum cum principe, ciuitate, siue alio habente potestatem condendæ legis, l. pen. & ibi DD. C. de donat. inter Vir. & vxor. Bart. in l. Cesar. num. 3. ff. de publ. & veltigal. Bart. in l. ciuitas n. 3. & 6. ff. si cere. per. Item pactum factum in vna re, non extenditur ad aliam, d. §. ante omnia l. 3. C. de transact. fallit quando alia est accessoria illius, in qua pactum sit, d. l. si vnus §. sed si stipulatus in Decretales.

pulatus vers. fin. ff. hoc tit. l. i. in princip. ff. si quis cautionibus & c. nullus est ꝑ momenti omnis pactio & conuentio, pro spiritualibus obtinendis, c. fin. i. resp. & ibi gl. i. allegat concordantes textus hoc titul. de soluendo collatori maiores solito pensiones, ex ipsis ecclesiis, c. cum clericis hoc tit. de futura successione in beneficiis, cap. accepimus hoc tit. eligenda sepultura est, & electa non immutanda cum clericis secularibus, vel regularibus, cap. i. de sepult. in 6. clem. cupientes §. fin. de pæn. solutione decimarum alteri ecclesiæ vel pio loco, in præiudicium parochialium ecclesiarum, c. plerique hoc tit. redemptione ecclesiæ alienatæ, c. quarelam de simon. item remissio iuris spiritualis, renunciatio beneficii, cessio litis super beneficio, pro aliquo temporali, etiam si illud recipiat nomine expensarum, quando renuncians habet ius in beneficio, vel de eo dubitabatur, quia videtur renunciare iuri spirituali pro temporali, & nomen expensarum posset fingi in fraudem, c. cum pridem hoc tit. & ibi gloss. in verbo illicita pactionis & ibi Pan. numer. 9. & Can. tum quod iuri spirituali debet quis libere renunciare, c. ex parte & ibi not. de off. deleg. tum etiam quia pro iure quærendo in spiritualibus, non est licitum dare pecuniam, etiam ad redimendam vexationem, secus pro iure quæsito conseruando, vnde qui certus est se habere bonū ius in beneficio, nō peccat, si dat pecuniam ei, qui mouit iniuste litem, vt desistat ab illa vexatione, Pan. in c. aud. uimus sub. num. 1. vers. aduerte & in c. Matheus numero quarto, & fustus in c. dilectus filius el. 1. num. 3. & 4. de simon. Collect. in cap. foras num. 23. de verb. signif. Sarn. in reg. de amali quæstione 2. numer. 7. pactum quoque rei turpis, vt impossibilis de iure, aut de facto, nullam obligationem inducit. c. fin. in fine & ibi gloss. pen. hoc tit. §. quod turpi stipul. de inutil. stipul.

Y

De

De transactionibus

Titulus XXXVI.

S V M M A R I A.

- 1 Transactionis definitio.
- 2 Transactio fit per pactum, aut Aquilianam stipulationem.
- 3 Transigere qui possint.
- 4 Transigere licet super delictis publicis capitalibus imponentibus pœnam sanguinis, puta mortis, aut mutilationis membri.
- 5 Excipe ab hac regula adulterium verum.
- 6 Transigere non licet in alijs criminibus publicis, qua pœnam sanguinis non irrogant.
- 7 Excipe crimen falsi.
- 8 Excipe crimen fracta pacis.
- 9 Transigere, an sit licitum in priuatis delictis.
- 10 Transigere aut pacisci non licet iure canonico de aliquo delicto.
- 11 Transactio est licita super lite & controuersia civili.
- 12 Nisi prohibeatur specialiter, vt in casibus enumeratis in textu.
- 13 Transactionis effectus.
- 14 Transactionem vitiant error, calumnia ex parte actoris, falsitas instrumentorum & testium.

DICTVM est de pactis quæ sunt gratuito super re certa, nunc subdit de transactionibus quæ non gratuito fiunt, super re dubia; Est enim † transactio de re dubia, & lite incerta præsentem vel futura, l. eleganter §. si post ff. de cond. indeb. de iure aut de facto, l. secundo, C. hoc tit. & ibi las. numero secundo, non gratuita pactio, sed aliquo data, retento, remisso, vel promisso, l. i. ff. hoc tit. & ibi las. num. 5. l. de fidei commissis l. si super & l. transactio C. eod. & ibi las. numero pri-

mo l. Lucius §. fin. ff. ad Trebel. Gail. obs. 71. lib. 2. siue totum detur pro toto, siue totum pro parte, vel plus detur quam petatur, aut nihil detur, sed aliquo præstetur, l. Lucius §. fin. ff. ad Trebel. Vald. in l. fin. nu. 6. C. de execut. rei iud. las. in d. l. transactio nullo num. 1. C. hoc tit. fit per pactum † aut aquilianam stipulationem l. 2. l. aquiliana cum l. seq. & l. pacto ff. hoc tit.

Transigere † possunt Dominus rerum siue actionum, tutor, curator cum decreto quando res immobilis vel mobilis pretiosa occasione transactionis alienatur, & sine decreto, quando eandem retinent; l. non solum & ibi gl. pen. C. de prad. minor. Procurator habens speciale mandatum, aut liberam administrationem bonorum, vel causæ, vel datus sit in rem suam, c. qui ad agendum §. si hoc tit. in 6. & ibi glo. fin. & Can. l. procuratore in rem l. procurator cui generaliter libera ff. de procur. l. ius iurandum l. 2. §. fin. & l. seq. ff. de iure iur. Prælati cum consensu capituli & auctoritate superioris, quando res immobilis vel mobilis pretiosa per transactionem alienatur, sed si eam retineat aliquo dato vel facto penes ecclesiam, tunc potest transigere sine alterius consilio, vel consensu, l. nulli & ibi glo. & Bart. & DD. ff. hoc tit. Pan. in c. contingit n. eodem. ac sine regio assensu, Afflic. decis. 232. sub num. 8. Greg. xv. decis. 354. n. 14. Valet quoque transactio Prælati sine superioris auctoritate, in qua agitur de recuperando iure deperdito, quod competit Ecclesiæ de iure communi, c. 1. de pact. in 6. Velin. in cap. veniens sub num. 5. de prescript. administrator ciuitatis, l. præses C. hoc tit. & glo. fin. ibidem. vasallus de feudo, c. si vasallus feudum §. si vasallus de beneficio si de feud. cont. sit int. dom. & agn. vasall. c. vnico de controu. inter vasall. & alium de beneficio, Super delictis † 4 publi-

publicis capitalibus imponentibus pœnam sanguinis puta mortis, aut mutilationis membri, *l. imperium & ibi gloss. 2. ff. de iurisd. omni. iud.* non ictus fustium, quia non est capitalis, *l. capitalium ff. de pœn.* licitum est transigere & pacisci. *l. transigere C. hoc tit.* post inscriptionem factam, ac datum fideiussores, de persequenda accusatione, *Bald. in d. l. transigere sub num. 4. vers. ista solutio videtur falsa,* qualicet vnicuique sanguinem suum quocumque modo redimere, *l. 1. ff. de bon. eor. qui sibi mort. consec. & c.* tam accusato, quam accusatori, quia si ipse accusator non probaret, puniretur eadem pœna, qua reus accusatus, *l. fin. C. de accus.* Diœtaque transactio operatur Primo, respectu accusatoris & accusati, quantum ad impediendum ne iudex ex officio suo, aut illi transigentes, vel extraneus super eodem processu procedant, & desinat: ac respectu veteris processus, & illius instantiæ præiudicat omnibus: *Bart. in l. transigere n. 7. & 8. & in l. si maritus §. si negauerint nu. 2. & 3. ff. ad l. iul. de adult.* sicque accusatus euadit pœnam, quæ imponeretur si accusator probaret delictum, accusator euadit pœnam capitalem, in quam incidere, si in calumnia reperiretur; incidit tamen in Turpilianum, quia destitit, *l. ab accusatione ff. ad SC. Turpill.* cuius pœna est pecuniaria *l. prauaricationis in fine ff. de prouar.* & infamia, *l. qui destitit ff. ad SC. Turpill. l. quia accusare ff. de accus.* Secundo operatur respectu accusatoris, quia quamuis alius de eodem crimine, eundem de nouo accusare, & nouum processum facere possit, *l. qui cœtu §. fin. ff. ad legem iul. de vi publ.* & iudex de nouo inquirere, *c. 1. & 2. de Collus. deteg.* ipse tamen accusator, qui tranlegit non potest post transactionem amplius accusare, *d. l. si maritus §. si negauerint & ibi Bart. n. 4. l. qui destitit. ff. ad SC. Turpill.*

Tertio operatur respectu accusati, cui non imponitur pœna, quæ alias imponitur corruptenti accusatorem. *l. Imperatores ff. de iure fisci.* nec habetur pro confesso prout alias haberetur; *l. fin. ff. de procur. Bart. in d. §. si negauerint n. 2. Ias. in d. l. transigere n. 3.* & generaliter leges, quæ puniunt transigentem, non habent locum, neq; leges quæ disponunt de alijs effectibus transactionis; quia permissa est transactio, sed d. lex, transigere, non dat robur transactioni, alias sequeretur quod transactio esset totaliter extinctiua pœnæ delicti, & tolleret accusationem competentem vnicuique de populo, *l. diuus & ibi gl. ff. ad Syllan. Bald. in d. l. transigere n. 4. in fine.* Excipitur ab hac regula adulterium verum, in quo non est licita transactio, vel pactio fauore castitatis, & matrimonij, quia non solum delinquens puniendus est, sed accusator dissimulans interpretatur committere lenocinium, vnde pactum in se habet admixtum delictum: *l. auxilium §. fin. ff. de minor. l. de crimine C. de adult.* Super adulterio præsumpto licita est transactio. *Ias. in d. l. transigere n. 5.* quod præsumitur, quando præmissa trina protestatione, reperitur aliquis alloqui mulierem, *auth. si quis ei C. de adult.* In alijs criminibus publicis, quæ sanguinis pœnam nõ irrogant, non licet transigere, quando committuntur faciendo, secus si delinquatur omittere; *l. 2. ff. ad SC. Syll. Bald. in d. l. transigere n. 28 & ibidem Ias. n. 7.* ne delicta remaneant impunita; *d. l. transigere,* transactio non valet, *l. iurugentium §. si paciscar ff. de pact.* ex parte rei, quia in causis fiscalibus aduersarium corrumpens data pecunia, habetur pro confesso, & conuicto, *l. eius qui delatorem ff. de iure fisci.* ipso facto est infamis, *l. athletas §. fin. cum l. seqq. ff. de his qui not. infamia l. si tutor C. de interd. matrim. & c.* & ad aliam pœnam iudex, ex eodem processu,

cessu, potest condemnare reum, l. 2. C. de abolit. Bart. in d. l. transigere sub num. 7. & las. nu. 20. dans tres cautelas per quas reus transigens cum accusatore non intelligitur sibi præiudicare Bald. num. 4. cui temporis præscriptio non patrocinator: l. 1. §. fin. in fine ff. de iure fisci. aut ex parte actoris, quia extra ordinem punitur, l. si quis repetere §. 1. ff. ad Turpill. & amplius non audietur, non quod eum impediatur transactio, sed eum impedit desistentia, & infamia, quæ sequitur ex desistentia, l. qui accusare ff. de accus. l. qui desistit ff. ad Turpill. Bart. in d. l. transigere num. 19. C. hoc tit. Cæterisque non præiudicat, non vi pactionis, quia non extendi ad alias personas, l. si vnus §. ante omnia ff. de pact. l. imperatores in princ. & §. fin. ff. hoc tit. non vi præuentionis, quia non dicitur præuenisse, qui desistit, d. §. si negauerint.

7 Excipe ab hac ¶ regula crimen falsi, in quo licita est transactio, quia post probationem, ei, qui falsum commisit, imminet supplicium capitale, si id extrigat magnitudo commissi, l. vbi falsi C. ad leg. Corn. de fals. tum quia licet honorem & statum redimere, cum crimine falsi sit maxime opprobriosum, & accusatione introducta, accedente, tollit priuilegia personæ, l. si quis decurio C. ad l. Corn. de fals. ac priuilegia causæ, l. 1. C. ad leg. Corn. de fals. Excipe 2. quia ¶ transactio super crimine fractæ pacis valet, licet sit publicum inter partes saluo tamen iure Fisci, Myns. obs. 79. cent. 2. & obs. 62. cent. 5. Pacisci licet accusato in his criminibus publicis, quæ non irrogant pœnam sanguinis, quantum ad euitandam infamiam, quia reus paciscens non habetur pro confesso, l. furti §. pactusve ff. de hi qui nos. infam. Sed non quantum ad impediendum processum, quia nullo modo licet desistere: d. l. 2. C. de abolit. l. priuatis l. si quis repetere §. 1. ff. ad Turpill. Intelligitur autem transigere data pecunia, pacisci gratis, d. l. furti §.

pactusve glo. in d. l. transigere in verbo prohibitum in fine. In priuatis criminibus, ¶ siquidem mota sint criminaliter, non licet transigere, neque pacisci l. iurigentum §. si paciscar ff. de pact. l. licitatio §. quod illicite ff. de publican. & c. ad impediendum processum, etiam quo minus iudex inquirat, quia tunc pœna venit applicanda fisco, Bart. in d. l. transigere nu. 16. & 17. in fine & rationibus supra allegatis, ante accusationem potest quis pacisci, ad impediendum se, non alium; Bart. in d. l. transigere num. 28. & seqq. Si vero ciuilitè agatur potest transigi & pacisci, l. post decisionem l. interdum §. qui tutelam ff. de furt. l. si pro fure ff. de condict. furt. l. si tibi §. quædam ff. de pact. Præterquam in actionibus furti; vi bonorum raptorum, iniuriarum, & de dolo, in quibus pacisci licet, transigere non licet, quia reus transigens habetur pro confesso, & ipso facto infamatur, §. ex quibusdam Instit. de pœn. tem. liiig. & ibi gl. & DD. licet quantum ad impediendum processum & instantiam, pactum & transactio valeant, l. 1. l. furti §. pactus de hi qui nos. infam. Bart. in l. transigere n. 16. hoc tit. & ibi DD. Præfata ¶ distinctio non procedit de iure canonico, quia nunquam pro aliquo delicto imponitur pœna sanguinis, & omne crimen quasi publicum censetur; vnde non licet per pactum, siue transactionem ab accusatione recedere, c. 1. & ibi gl. pen. de coll. de reg. & ibi Pan. n. 8. c. si quem §. prauaricator & ibi glos. in verbo in omnibus 2. quæst. 3. Zab. in c. final. in 8. quæst. hoc tit. nisi in crimine falsi, Faber in d. l. transigere in fine, aut quando potest tradituræ læculari, Pan. in c. 1. n. 8. de coll. de reg. vel venit imponenda pœna perpetuæ detentionis, quæ æquiparatur morti, Zab. in c. fin. in 8. quæst. in fine de transact. Pan. in d. c. 1. sub num. 8. de coll. de reg. aut iudex super crimine dispensaret, auctoritatem præstando volentibus inter se gratiam facere, cap. fin. hoc tit. & ibi

ibi Zab. in 4. quast. c. si prelates & ibi gloss. in verbo pacificare §. quast. 2. & ibi Archid. num. 1. l. furi §. qui iussit. ff. de hu. quinos. infam. Archid. in c. studendum 90. dist.

¶ Super lite ¶ & controuersia civili licita est transactio, c. 1. c. fin. hoc tit. l. causas C. eod. etiam famosa, §. ex quibusdam Inst. de poena temere litig. l. in actionibus ff. de ijs qui nor. infam. ac criminali ciuilitate intentata, l. non distinguemus §. Iulianus & ibi g. in verbo famoso delicto ff. de arbit. Bart. & DD. in l. quid ergo §. cum autem res ex compromisso ff. de hu. quinos. infam. Pan. in c. veniens in 2. not. & in c. quinta vallis in 1. not. de iureiur. quia agitur de solo preiudicio partium, Pan. in c. litterarum num. 7. de presumpt. Bart. in d. l. non distinguemus §. Iulianus ff. de arbit. & DD. & super serui & alcriptitia conditione, l. fin. C. hoc tit. Pan. in c. praterita el. 2. num. 4. hoc tit. & causa conuersionis & monachationis, gloss. fin. in d. l. fin. C. hoc tit. interueniente decreto episcopi, Bald. in d. l. fin. post gloss. & DD. nisi specialiter prohibeatur, prohibetur ¶ autem super sententia, l. si causa C. hoc tit. Myns. obs. 47. & seq. cent. 4. nisi appellatio intercesserit, aut appellari possit, l. & postrem. ff. hoc tit. l. eleganter §. si quis post ff. de cond. indeb. vel si ignoretur iudicatum, aut ignorari possit, an iudicatum sit, l. & post rem. ff. hoc tit. controuersijs quæ ex testamento proficiscuntur, nisi inspectis & cognitis verbis testamenti, l. de his controuersijs ff. hoc tit. qualescunque sit illud testamentum, siue nuncupatiuum, siue inscriptis, Casar. decis. 1. & 2. hoc tit. qui explicat l. de his ff. de transact. sed transactio super existentia testamenti sustinetur ex fama, & vociferatione existentie testamenti, l. 2. C. de transact. l. 1. ff. eod. Greg. xv. decis. 149. futuris alimentis, secus de preteritis, l. de alim. C. hoc tit. quæ testamento, codicillis, aut mortis causa donata, vel ab eo cui mortis causa donata, vel si implen-

da conditionis gratia, relicta sint, absque prætoris auctoritate; de alimentis, quæ non mortis causa donata sunt, licet sine prætoris auctore transigere, l. cum hi ff. hoc tit. matrimonio, quando per transactionem aliquid fit, contra vinculum matrimoniale, secus si transactio fieri pro matrimonio, ut quando partes contententes de matrimonio per transactionem inducuntur ad contrahendum de nouo, si nullum subsit impedimentum, vel tale quod dependet ab eorum voluntate; c. fin. & ibi Pan. n. 8. hoc tit. super futuris decimis cum laico, ut omnino in perpetuum remittantur, vel minus soluant, nisi auctoritate Papæ, qui solus potest eximere laicum a solutione decimarum, c. à nobis de decimis super perceptis & subtractis decimis libere transigi potest; item ecclesiæ liberius inter se possunt de decimis transigere, Pan. in cap. statuimus num. 7. hoc tit. & ibi Anch. in fine & Can. Capr. conclus. 100. re sacra, vel spirituali, aut beneficio litigosis, c. super eo hoc tit. c. fin. de rei permut. iure præsentandi, c. praterita 1. hoc tit. spirituali subiectione, cap. praterita 2. hoc tit. etiam cum iuramenti interpositione; c. constitutus hoc tit. Quæ procedunt primo, quando temporale pro spirituali datur; sed valet transactio, si spirituale pro spirituali datur auctoritate archiepiscopi, non eius Vicarij vel officialis, Innoc. in c. 2. in fine hoc tit. o. Tholos. quast. 98. in ipso actu transactionis, & non ex post facto, interposita; Collect. in c. veniens n. 3. hoc tit. Capell. Tholos. quast. 98. Quando episcopus cum ecclesiæ sibi subdita; vel episcopi, quando ecclesiæ sibi subdita; vel etiam inferioris prælati, quando ecclesiæ pleno iure sibi subiectæ transigunt super decimis, aut alio iure spirituali; gl. in d. c. super eo in verb. super re sacra d. c. statuimus & ibi Pan. nu. 2. 3. 4. & 5. & in c. praterita el. 2. num. 2. hoc tit. Limita 2. quando eccle-

V. 3.

eccle-

ecclesia, vel alia res sacra deducitur in iudicium tanquam proprietas, gloss. 1. in d. c. super eo circa finem Pan. in d. c. statumus num. 8. Limita 3. in amicabile compositione nullo dato, vel retento, etiam absque superioris auctoritate, d. c. super eo in fine in verbo inter se & ibi Pan. nu. 2. & 3. nisi per compositionem alter dimittat beneficium à se possessum, nam nō potest possessor quoquo modo beneficium dimittere, sine superioris auctoritate, c. admonet c. quod in dubijs de renunc. Pan. in cap. cum pridem de pact. num. 3. Transactio inita post citationem emanatam ad instantiam actoris pendente termino ad comparandum circumducit ipsam citationem vt reus amplius comparere non teneatur, Alex. in l. 2. in fin. ff. si quis in ius voc. non ierit, Myns. obser. 47. in princ. cent. 4. & tollit instrumenta, & omnia iura, quæ partibus vel ex temporis præscriptione, seu aliter opem de lege, aut quocunque priuilegio ferre poterant, & sola partium habitorum pagina validum perpetuumque robur obtinet, cap. 1. hoc tit. Mohed. decis. 3. de transact. Iason & DD. in l. fratres C. de transact. & ex ea nudo pacto inita, iure canonico datur actio, c. 1. & c. qualiter de pact. iure ciuili etiam si facta sit apud acta, in præsentia iudicis, reo datur exceptio, actori nō datur actio, quia actori lupere est vetus actio, ad quam potest redire, si fides transactionis non seruetur, l. siue apud acta C. hoc tit. nisi subdita illuxerit Aquiliana stipulatio, quæ omnem actum ipso iure perimit, l. actione l. vt responsum l. vbi pactum C. hoc tit. l. Aquiliana ff. eod. Secundo non minor est auctoritas transactionis quam rei iudicatæ, l. non minorem C. hoc tit. Tertio non rescinditur prætextu instrumenti postea reperti, l. sub prætextu C. hoc tit. aut prætextu læsionis, vltra dimidium iusti pretii, Balā. in l. 2. C. de rescind. vend. num. 7. & 8. & ibi DD. Ias. in l. si quis cum aliter

num. 13. ff. de verb. oblig. & ibi DD. Afflic. decis. 220. num. 2. Gail. obser. 70. lib. 2. Mynsing. obser. 33. centur. 1. Quarto impedit litis ingressum siue litis contestationem, l. fratris C. hoc tit. Quinto in ea non habet locum pœnitentia, l. quamuis C. hoc tit. ab ea receditur mutuo consensu restituta pecunia accepta, & causa ex integro agitur, l. si diuersa C. de transact. Greg. xv. decis. 354. & ibi annot. ampliat. 3. & limitat. 6. modis. Sexto si fundus dimittitur ex causa transactionis, non debetur euictio, secus si datur, l. si pro fundo C. hoc tit. Septimo facta super re spirituali, auctoritate superioris ligat ecclesiam, & successorem, alias ligat tantum ipsum transigentem, c. de cetero c. veniens hoc tit. Greg. xv. decis. 152. Octauo concordia quæ in iuribus priuilegijs, vel præscriptione, non dicitur contra ius, ac sacros canones, ac iurata & confirmata à sede apostolica est omnino seruanda, Seraph. decisione 460. & decis. 475. per c. irrefragabilis §. 1. de offic. ord. nec indiget verificatione, c. pen. de confirm. vtil. Seraph. decis. 709. nume. 2. Vitiatur 14 transactionem error etiam in parte, quia remouet consensum: Angel. in l. qui Roma §. duo fratres in 1. quest. num. 8. ff. de verb. obligat. & ibidem Alex. num. 54. Casar. decis. 1. hoc tit. calumnia siue dolus, ex parte actoris, glossa in l. 1. in verbo qui transigit ff. hoc tit. Ias. in l. 2. sub n. 2. C. eod. c. super eo. & ibi gloss. in verbo dato eod. & Can. ex parte vero rei non vitiatur ipso iure, sed in esse etu, & rescinditur per actionem de dolo; Ias. in l. sub prætextu num. 8. C. hoc tit. Zab. in d. cap. super eo. in 3. quest. falsitas instrumentorum, & testium productorum, quatenus eorum prætextu facta reperitur nisi lupet falso fuerit transactum, l. si ex falsis C. hoc tit. & ibi Bartol. numero 5. & 8.

De postulando.
Titulus XXVII.
S V M M A R I A.

- 1 Postulare quid sit.
- 2 Postulare quilibet potest.
- 3 Postulare prohibitorum tres sunt ordines, quidam in totum postulare prohibentur.
- 4 Quibusdam pro aliis ne postulent prohibetur.
- 5 Quibusdam non in totum denegatur postulandi facultas, sed ne pro omnibus postulent.
- 6 Sacerdotibus indifferenter prohibetur postulatio.
- 7 Diaconi, subdiaconi, etiam sine titulo promoti, & clerici in minoribus ordinibus constituti si stipendii ecclesiasticis sustentantur, coram iudice seculari advocati in secularibus negotiis fieri prohibentur.
- 8 Secus in causis ecclesiasticis.
- 9 Clerici contra ecclesiam, à qua beneficium obtinet, pro extraneis advocati poena.
- 10 Clerici omnes indistincte in foro ecclesiastico advocati & procuratores esse possunt.
- 11 Monachi & Canonici regulares non possunt esse advocati.

IN pactione, transactione, tractatu & discussione litiu, vocati ad iudicia solent ubi querere & adhibere advocatos, ideo compilator ante tractatum de iudiciis præmittit de postulando. Postulare est desiderium suum, vel amici sui, apud eum, qui iurisdictioni præest proponere, vel alterius desiderio contradicere, l. 1. §. postulare ff. hoc tit. Gail. obs. 43. lib. 1. Quilibet postulare potest, nisi prohibeatur tam ingenuus, quàm libertus, l. 2. hoc tit. literatus, & illiteratus, dummodo habeant experientiam causarum ex consuetudine, l. pen. C. de iud. l. 1. §. postulare & ibi glos. in verbo exponere ff. hoc tit. verum illiteratus inter advocatos non numeratur.

l. nemini §. iubemus §. nec de catero C. de advoc. divers. iud. l. 1. §. advoc. ff. de var. & extraord. cognis.

Prohibitorum tres sunt ordines, c. in factis §. nam vt pramissimus 3. qu. 7. l. 1. ff. hoc tit. quidam in totum postulare prohibentur, vt minor annis decem & septem, qui eos non in totum complevit: §. fin. in fine Inst. quibus ex caus. manumittere non licet l. 1. §. initium autem ff. hoc tit. surdus qui omnino non audit, quia decretum prætoris exaudire non potest; d. l. 1. §. propter casum c. infames §. nam vt pramissimus 3. quest. 7. quibus iudex, quia pro se prohibentur postulare, advocatum datum cum salario clientuli, & datus cogitur patrocinium suscipere, nisi iustam excusationem habeat, d. l. 1. §. ait prætor. & ibi glos. in verbo non habebunt & DD. l. providendum C. hoc tit. In secundo ordine ponuntur ii, qui pro aliis ne postulent, prohibentur vt mulieres, ne contra pudicitiam sexui congruentem virilibus officiis fungantur: d. l. 1. §. secundo loco l. alienum C. de procurat. cæcus utriusque luminibus orbatus; quia insignia magistratus videre & reuereri non potest, d. l. 1. §. casum; & personæ turpitudine notabiles, vt muliebria passus, de capitali crimine damnatus, calumniæ causæ iudicio publico damnatus, qui operas suas, vt cum bestiis pugnaret. locavit, siue depugnauit, siue non: sed est æquissimum si tutelam vel curam huiusmodi personæ administrent. postulare eis pro his, quorum curam gerunt concedi, d. l. 1. §. remouet autem & §. seqq. d. cap. infames §. alii prohibentur l. feminis ff. de procurat. Tertius ordo est eorum, quibus non in totum denegatur postulandi facultas, sed ne pro omnibus postulent, quasi minus deliquerint, quam hi, qui superioribus capitibus notantur; vt qui lege, l. improbum, C. de his qui not. infam. l. eadem §. 1. ad leg. tul. reper. plebiscito, l. plebiscito ff. de offic. præf. l. solet in fin. ff. de off. procons. & leg.

leg. senatusconsulto, l. 1. ff. ad l. lul. de vi priuat. l. 1. §. 1. A. ad Leg. lul. de ambitu, ac etiam principum placito, l. fin. C. hoc tit. l. iubemus §. petitiones C. de aduoc. diuers. iud. l. si quis maior C. de transact. postulare prohibentur, editione prætoris, l. pen. l. quos prohibes & ibi gloss. 1. 2. ff. hoc tit. aut iudicis decreto, l. 1. §. prouidendum C. hoc tit. l. puto §. 1. l. ex ea ff. eod. cum distinctione, quod si afficiat personam, porrigit effectum suum vbiunque locorum, si non afficiat, quia fertur ex causa, quæ non irrogat infamiam, porrigit effectum ad villas, & castra, territorii illius, sed non extra territorium iudicis, d. l. ex ea & ibi Bald. numer. 1. & 2. & DD. communiter, etiam si lex, aliaue constitutio generaliter & indefinite loquantur, & in illis non inueniantur aliqua personæ exceptæ, l. 1. §. ait prætor. qui lege & ibi gloss. in verb. ait prætor. vers. sed quomodo ff. hoc tit. & omnes qui edicto prætoris vt infames notantur, non tamen summa infamia, l. 2. §. ignominia vers. ait prætor. cum leg. seq. l. furti §. fin. cum l. seq. ff. de his qui not. infam. Qui omnes pro se, & certis personis postulant, videlicet pro parente, patrono, patronæque, liberis suis, fratre, sorore, vxore, certis personis affinitate præsentis, non quæ quondam fuit coniunctis; ac iis quorum tutelam & curam gerunt; & generaliter quando non sponte, sed necessario officio funguntur: pro aliis autem non postulant: qui aduersus ea fecisse monstratur, pro aliis interdicta postulatione repellitur, & pro æstimatione iudicis extra ordinem pœna pecuniaria mulctatur, l. 1. §. qui aduersus & §. vt initio, & §. ait prætor. & ibi gloss. in verbo lege & §. §. seq. & l. cui eorum cum l. seq. ff. hoc tit. & ibi gloss. & DD. d. c. infames §. alii enim omnes & §. §. seqq. Sacerdotibus indifferenter ꝑ prohibetur postulatio, præterquam in quatuor casibus: 6. cum sacer-

dotis & ibi Pan. post Ioan. And. & alios hoc tit. contra Hostien. clerici in subdiaconatu & diaconatu, etiam si sint sine titulo promoti; in minoribus quoque ordinibus constituti si stipendiis ecclesiasticis sustentantur, coram sæculari iudice aduocati in sæcularibus negotiis fieri prohibentur; nisi propriam causam, aut ecclesiæ fuerint profecuti, vel si necessitas imminet pro personis coniunctis, aut miserabilibus, quæ proprias causas administrare non possunt, c. 1. c. fin. hoc tit. & vtrouique gloss. & DD. in causis ecclesiasticis ꝑ coram iudice sæculari aduocati officio ꝑ fungi possunt. Pan. in c. 1. num. 3. & 4. hoc tit. per text. d. cap. 1. sumpto argumento à contrario sensu. Dicitur negotium ecclesiasticum, aut ratione personæ, vt quia persona ecclesiastica, sequendo forum rei, litigat coram sæculari; c. experientia cum cc. seqq. 11. quasi. 1. vel ratione delicti, vt quia pro sacrilegio, ecclesia vult conuenire laicum, coram iudice sæculari, c. cum sit generale de foro compet. vel ratione rei de qua agitur, vt quia res est ecclesiæ, c. si clericus de foro compet. Pan. in d. c. a. numer. 3. hoc tit. alias quod si constituti in minoribus ordinibus, non habent huiusmodi stipendia, coram sæculari iudice postulare possunt in causa ciuili, gloss. in summa c. vnico 15. quasi. 2. in fine. & licite exigunt salarium, cap. non sane 14. qu. 5. l. 1. ff. de var. & extra ord. cognit. lite seu causa finita, l. Archiatri C. de prof. & med. lib. 10. late Sal. in l. 1. num. 7. C. de suffrag. Myns. obs. 7. & 8. cent. 3. sed non in criminali vbi de sanguinis pœna agitur, c. sententiam ne clericus vel monachus cap. his à quibus 13. quasi fin. licet quidam contendant, eos pro accusato posse postulare sed non pro accusatore, sed tutius est abstinere, cap. aliquanto & ibi gloss. in verbo ad sacerdotium §. 1. dist. Ioan. And. num. xj. Pan. num. 5. Anchar. in cap. 1. num. 7. hoc tit. Clericus ꝑ qui contra ecclesiam à qua beneficium obtinet,

net, pro extraneis aduocatus, aut procurator esse præsumit, tanquam ingratus potest huiusmodi beneficio spoliari, c. fin. § fin. & ibi gloss. fin. hoc tit. & Can. si Imperator & ibi gloss. in verbo beneficia & Archid. sub n. 2. & 3. & 10 Can. 96. dist. In foro ꝑ ecclesiastico omnes clerici indistincte possunt postulare, Pan. in c. 1 n. 3 hoc tit. per illum textum c. denique 14. quest. 5. & ibi gloss. fin. gloss. in sum. 15. quest. 2. 11 Monachi ꝑ & canonici regulares non possunt postulare, nisi cum utilitas monasterij exposcit, & de mandato superioris, d. cap. ex parte hoc tit. & ibi gloss. in verbo imperante, tam in foro ecclesiastico quam sæculari, Pan. in d. c. ex parte n. 2.

De Procuratoribus.

Titulus XXXVIII.

S Y M M A R I A.

- 1 Procurator est qui aliena negocia mandato Domini gratuito administrat.
- 2 Procuratorem quilibet constituit.
- 3 Prælati.
- 4 Clerici sæculares ratione sua præbenda.
- 5 Sacerdos cui ecclesia est collata, commissarius, commendata.
- 6 Monachus cui commissæ est administratio obedientiæ.
- 7 Monachus in omnibus casibus in quibus per se potest esse in iudicio.
- 8 Procurator quilibet potest constitui.
- 9 Religiosus prohibetur esse procurator.
- 10 Fæmina.
- 11 Coniuncta persona in causa profana admittitur sed non in causa beneficiæ.
- 12 Minor viginti quinque annis in iudicialibus.
- 13 Procurator interuenire potest in causis pecuniarijs.
- 14 In causa criminali est distinguendum.

Summa in Decretales.

- 15 Mandatum procuratoris quomodo probetur.
- 16 Mandatum quando præsumatur.
- 17 Procurator recipit potestatem seu exercitium tempore presentationis & receptionis mandati.
- 18 Consortes pro consorte admittitur in causis profanis & beneficiælibus.
- 19 Procurator & vnicus quomodo differant.
- 20 Procuratores plures simul & simpliciter deputati ad idem, complexiue dati intelliguntur, & vnus sine altero non debet admitti, siue sint constituti ad negocia, siue ab actore ad iudicia.
- 21 Fallit dicta regula tribus modis.
- 22 Procuratoribus pluribus datis in solidum, melior est conditio illius, qui per litem contestationem primitus negocium occupauit.
- 23 Reus non potest constituere plures procuratores simpliciter, aut in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis.
- 24 Procurator ad futuras controuersias potest constitui, simpliciter datus non videtur datus ad futuras lites.
- 25 Gestorum à procuratore præsumitur ignorantia.
- 26 Aduocatus vel procurator patrocinando actori super re, in qua ius habet, an illud perdat.
- 27 Procurator ad negocia re integra à Domino potest reuocari.
- 28 Procurator ad iudicia potest per Dominum libere reuocari ante litem contestatam.
- 29 Procurator ad iudicia post litem contestatam inuitus non potest reuocari.
- 30 Procurator, postquam semel acceptauit mandatum, non potest penitere.
- 31 Procurator ad iudicia non potest substituere nisi post litem contestatam.
- 32 Procurator ad negocia datus potest libere quando cunque alium substituere.
- 33 Procurator datus ab homine cum potestate substituendi, non potest reuocare à se

Z

substi-

- substitutum, post susceptum mandatum.
- 34 Fallit dicta regula quinque casibus.
- 35 Procurator habens mandatum à lege, puta si datus fuit in rem suam, vel fuisse litem contestatus, potest substitutum à se reuocare post susceptum mandatum re integra.
- 36 Mandatum finitur multis modis, datum à rectore ecclesie seu benefi. ij pro ecclesia seu beneficio eius morte naturali & civili; datum vero pro persona sua re integra, morte rectoris finitur.
- 37 Mutatione conditionis persona procuratoris in deterius.
- 38 Reuocatione.
- 39 Secundum Mandatum sine secunda procuratio ad idem t. a. reuocat primam.
- 40 Spontanea comparitione Domini.

P ACTIONE & transactione desperatis solent actor & reus querere procuratores, ad causas suas agendas & defendendas, de quibus nunc est dicendum, similem titulum habemus in Instit. Imper. libr. 4. de his per quos agere possumus. Procurator est ꝑ qui aliena negotia mandato Domini gratuito administrat, l. i. ff. hoc tit. & ibi gloss. in verbo aliena l. i. ff. an per alium caus. appell. Quilibet ꝑ constituit procuratorem, nisi prohibeatur, quia hoc edictum est prohibitorium, l. mutus in pr. ff. hoc tit. & ibi gl. in verb. hoc edictum, Prælati in bonis ꝑ communibus quoad rem & quoad administrationem, vel etiam quoad administrationem tantum, licet quoad rem diuisis constituit procuratorem, & ante litem contestatam, cap. cum causam de iuram. calam. & ibi Innoc. Franc. in c. i. §. licet sub num. 2. hoc tit. in 6. Alex. in l. neque tutores sub num. 6. c. de procur. & ibi DD. quia in his Prælati solus habet legitimam administrationem generalem, sed non liberam, c. fi. 5. quast. 3. & ibi Prapof. num. 7. & seqq. Archid. numer.

xi. & seq. Gemin. num. 6. & 7. ac agit & conuenitur sine contentu sine capitulo & conuentu, c. edoceri & ibi cont. gloss. Innoc. num. 4. Pan. nu. 6. Felin. nu. 2. & 6. & Can. de rescript. 5. quast. 3. c. fin. & ibi gloss. pen. Lopus alleg. 48. licet materia Rot. decis. 3. de confess. in non. Capell. Tholos. quast. 29. cuius consensus requiritur, quando Prælati constituit Procuratorem, generalem & perpetuum, qui omnia negotia gerat, tam in iudicio quam extra, Pan. in d. c. edoceri num. 9. & ibi Zab. in 5. quast. vers. sed Innoc. ac in arduis & tangentibus statum ecclesie, vt eius libertatem, subiectionem, bonorum alienationem, honores, limites ecclesie, c. i. hoc tit. c. causam qua de iud. Felin. in d. c. edoceri, in 1. declaratione Rot. d. decis. 3. numer. 4. Zab. in d. cap. edoceri quast. 10. vers. secundo casu Lopus alleg. 48. num. 8. nisi ardua deducerentur per viam possessorij, quia causa de sola possessione dicitur parua, licet agatur de magna re, Dec. in cap. causam qua num. xi. & seqq. de iud. decis. 1. de offic. Archid. in antiq. Achill. d. cis. 8. hoc tit. Si lis oriatur inter Prælatum & Collegium, superior, aut iudex etiam delegatus, vel subdelegatus, c. fin. de iud. in 6. Gemin. in c. fin. 5. quast. 3. in gloss. sed nunquid si canonici, dabit Collegio curatorem ad litem, quando nomine ecclesie agitur, sicuti cum pupillus agit contra tutorem, c. fin. 5. quast. 3. gloss. i. in d. c. edoceri in fine de rescript. c. significauit & ibi gl. in verb. constituit actorum de appell. licet Pan. ibi n. 8. gl. reprobet & male, quia quando agitur nomine ecclesie, capitulum siue conuentus non habet in bonis communibus legitimam administrationem, ex supra allegatis. & ecclesia est loco filij, Prælatus loco patris, c. fin. 68. dist. & ibi glo. in verb. illos. locus si ageretur nomine proprio, vt cum vna pars canonicorum petit electum suum confirmari, alia contrarium petente, quia quilibet pars, quæ pro suo interesse

teresse contendit, agere potest, sine auctoritate superioris, *cap. ecclesia c. cum olim de caus. possess. & propriet. Innoc. in d. cap. edoceri num. 3.* Quando bona Prælati & Conuentus siue capituli sunt omnino diuisa, in fundatione de consensu patroni, *arg. c. dilectus de consuet. c. quanto de censib. vel post consecrationem auctoritate episcopi, c. quoniam de vit. & honest. cleric. cap. 2. de releg. dom. c. sicut de excessib. prælatis. vel ex consuetudine contra dispositionem iuris communis, Pan. in d. c. edoceri in vlt. not. aut ex statuto abbatis & conuentus causa vitandi scandali, Pan. in d. c. edoceri n. 3. in fine, tunc Prælatus non agit pro rebus conuentus, neque constituit procuratorem, sed conuentus seu Capitulum poterit in rebus suis agere, & constituere Procuratorem sine Prælato, *d. c. edoceri in fine & ibi Zab. in 5. quest. contra quemcunque ac etiam Prælatum sine curatore: quia habet legitimam administrationem, Zab. in d. c. edoceri in 7. q. & ibi Pan. num. 13. Ioan. And. num. 15. l. i. §. quibus ff. quod cuius vniu. num. c. cum ecclesia c. cum olim de caus. possess. & propriet. c. cum venisset ibi ad petitionem eboracen. capituli de instit. præterquam in arduis, ex supradictis, nisi hæc deducerentur per viam possessorij, Dec. in d. c. causam qua numer. 21. & seqq. Achill. d. decis. 8. in fine, quia regulariter vbicunque quis potest agere & defendere, potest etiam Procuratorem constituere tam ante litem contestatam, quam postea, l. i. & ibi gl. in verb. vel nolunt qua ponit fall. & Bart. ff. de procur. gloss. in clem. religiosus in verbo constituere hoc tit. c. ex parte de restitu. spoliat. Pan. in c. cum i. & A. numer. 24. & seq. de sent. & reiud. Si aliqua sint communia, aliqua diuisa, quando ex toto diuisa est administratio, etiam si aliquæ res, vna, vel plures sint communes, tunc in talibus communibus censentur tanquam socij, & vnus sine alio non disponit, *arg. l. per fundum ff. de seru. rust. prad. c.***

in re communi de reg. iur. in 6. quod si administratio est pro parte diuisa, pro parte communis, tunc super communibus agit & constituit Procuratorem, solus Prælatus, arg. 5. nihil autem Instit. de fideicommiss. hered. cum ibi not. Zab. in d. c. edoceri in 10. quest. Imol. num. 6. & 7. & Can. communiter. Dicuntur bona diuisa, quoad rem, sed non quoad administrationem, quando certa bona sunt deputata pro mensa abbatis, & certa pro mensa Conuentus, sed abbas administrat, ac si bona ex toto essent communia: *c. possessiones de rebus eccles. alien. & c.* Dicuntur vero omnino discreta, quando Conuentus per se, vel alium perpetuum vel temporalem ministrum administrat, bona sibi deputata, & idem facit abbas de suis, *Zab. in d. c. edoceri in 8. quest. per illum text. in fine, Nomine Prælati censentur, Episcopus, abbas, Decanus cathedralis ecclesie, c. edoceri de rescript. c. cum ab ecclesiarum de off. ord. Bald. in l. i. num. 8. C. de seru. resp. manum Fel. in c. ex parte el. 3. sub 1. vers. subdit etiam quod iste textus de rescript. Put. decis. 209. lib. 3. Prior alicuius monasterijs, quilibet inferior Prælatus, cui principaliter competit administratio collegiatæ ecclesie, c. cum non ignores de prob. Pan. in d. c. edoceri sub nu. 3. vers. ad octauam & vlt. quest. & ibi Imol. sub nu. 10. vers. extra gloss. Præterea procuratorem ¶ constituunt clericus sæcularis ratione suæ præbendæ, Innoc. in d. c. edoceri in fine & ibi Ioan. And. numer. 16. Zab. in 4. quest. Caputaq. decis. 91. part. i. quando agit contra canonicum, vel Capitulum, sed si ageret contra extraneum, requireretur consensus Capituli cuius interest, quod non diminuatur præbenda, & ita seruat Curia: *capite cum venissent & ibi Pan. sub num. 8. in verb. vel ad petitionem de iustit. collect. in d. c. edoceri num. 6.* Sacerdos ¶ cui ecclesia est collata, commissa, commendata, data in administrationem,*

vel gubernium: c. l. perpetuus de fid. instr. c. que-
 6 relā de elect. c. presbyter 32. dist. monachus ꝑ cui
 commissa est administratio alicuius obedi-
 entia; c. cum deputari de iud. Ioan. And. in d. c. do-
 ceteri n. 3. 4. & 5. Zab. in 1. & 2. quast. Secus si
 monacho commissa sit administratio ali-
 cuius villæ, vel possessionum, Innoc. in d. cap.
 edocarinum. 7. & ibi Ioan. And. num. 15. Zab. in
 3. quast. de quo nunc frustra disputatur, quia
 Concilium Tridentinum prohibuit super-
 ioribus, ne deinceps bona stabilia alicui
 Regulari concedant, etiam ad vsum fructū,
 vel vsum, administrationem, aut Com-
 mendam, cap. nemini §. nec deinceps sess. 25. de re-
 gul. monial. De Stylo Curia Regularis ha-
 bens administrationem seu beneficium in-
 fra claustrum, non potest agere, aut rescrip-
 tum impetrare sine Prælati suo, etiam si bo-
 na habeat distincta, licet contra eum Curia
 decernat rescriptum; Collect. in d. c. edoceri sub
 num. 3. quia ex quo est infra claustrum, sup-
 ponit Stylus Curia, quod nunquam debet
 exire sine Prælati licentia, c. sicut ex literis &
 7 ibi Pan. num. 3. in fine de iureiur. Item ꝑ mona-
 chus in omnibus casibus, in quibus per se,
 personaliter potest esse in iudicio, potest
 constituere Procuratorem, gloss. in clem.
 religiosus in verbo constituere qua casus ali-
 quot enumerat de Procuratorib. & ibi Pan.
 num. 7. & Can. Felin. in c. cum dilecta num.
 15. & seqq. de rescript. Maior 14. & minor 25.
 annis in causis beneficialibus, & spirituali-
 bus, ac dependentibus ab ipsa per se, vel
 procuratorem, ad agendum & defenden-
 dum admittitur, c. si annum de iud. in 6. Cres-
 cent. decis. xj. num. 4. de re iud. in cæteris causis
 ciuilibus, vel criminaliter Conuentus non
 habet legitimam personam standi in iudi-
 cio, l. clarum C. de auth. præs. Myns. obser. 35. cent.
 2. sed curator ad litem ei dandus est, qui ip-
 sius nomine iudicium exerceat, l. i. §. fin. &

ibi gl. fin. ff. de minor. l. acta §. fin. ff. de re iud. Gaik.
 obs. 108. lib. 2. Myns. obs. 87. sent. 1. & obs. 31. cent.
 2. Minor intra 14. annum existens in bene-
 ficialibus causis etiam si habeat tutorem per
 iudicem sæcularem sibi datū, agit & defendit
 per Procuratorem, vel Curatorem, con-
 stitutum autem iudicis ordinarii ecclesiasti-
 ci ac etiam delegati ad eas dati; in eisdem
 quoque patris in cuius potestate est clericus
 nequaquam requiri debet consensus, d.
 c. si annum §. si vero & §. fin. cap. iud. in 6. & ibi
 Franc. & Can. communiter, Quilibet ꝑ potest
 8 constitui Procurator, etiam filius familias
 sine consensu patris, c. qui generaliter §. fin. hoc
 tit. in 6. laicus in causis spiritualibus, c. i. hoc
 tit. in 6. Prohibentur autem infames secun-
 dum canones: c. 1. & ibi gloss. in verbo nec Pro-
 curator & c. 2. 3. q. 7. Religiosus ꝑ sine superio-
 9 ris sui licentia, nisi pro suo in eadem lite cō-
 sorte: c. l. religiosus hoc tit. Abbates possunt esse
 Procuratores alterius, quā suæ ecclesiæ,
 in negotio ecclesiastico, quia regulariter
 prohibiti à postulando vel procurando in-
 telliguntur prohibiti, quando generaliter se
 exercent, tamen si vna causa vellent exerce-
 re procuratorem, non intelliguntur prohi-
 biti: cap. constitutis 23. & ibi per illum text. pauper
 num. 2. de appell. Innoc. in c. sacerdotibus & in cap.
 sed nec cler. vel monach. femina, l. alienum C.
 hoc tit. nisi ꝑ pro filijs aut parentibus, quos
 10 morbus, aut ætas impedit, nec quemquam,
 qui agat, habeant, l. feminis & ibi gl. ff. hoc tit.
 In causis prophanis coniuncta ꝑ persona
 11 admittitur pro coniuncta sine mandato
 præterquam in casibus requirentibus spe-
 ciale mandatum, l. exigen. l. & ibi las. numer. 3.
 ponit regulam cum 2. ampliat & 17. fall. & DD.
 communiter C. hoc tit. Rod. dec. 34. hoc tit. in an-
 tiq. præstita cautione de rato l. 3. §. 1. ff. iud. so-
 lu. Bart. in l. 1. n. 5. C. hoc tit. Specul. tit. de coniun-
 cta persona n. 1. Sed non constituit procurato-
 rem,

rem, nisi post litem contestatam, *Rot. dec. 34. hoc tit. in antiq. Dec. in c. intelleximus num. 61. & 65. de iud. Felin. in cap. cum 1. & A. rub. numer. 8. versic. declara dupliciter de re iud. & Can. Ad defendendum reum quælibet extraneus admittitur cum satisfatione de iudicio soluendo, d. l. exigendi C. h. tit. l. seruum, quoq; in fin. & ibi gl. in verbo datur, & DD. ff. hoc tit. Specul. in tit. de defensor. In causa beneficii in qua sufficit generale mandatum, *Rot. el. 34. h. t. in nou. Felin. in c. coram n. 6. de offis. & potestate delegat. Coniuncta persona non admittitur sine mādato ad agendū etiam cum cautione de rato, quia spiritalia æstimationē non recipiūt, *Rot. decis. 6. h. t. in nou. Bell. decis. 681. c. quam pio 1. q. 2. ob eandem rationem non admittitur cum cautione de iudicato soluendo, ad defendendū, *Addis. 2. ad decis. 6. hoc tit. in nou. qua ita declarat *Rot. decis. 34. h. t. in antiq. Zab. in cl. 1. in 6. q. h. t. dicens non posse agere nec defendere, maior decem & septem annis ad negotia, maior 25. annis ad iudicia potest deputari procurator; c. qui generaliter §. fin. hoc tit. in 6. pro-*****

12 cessus cum minore ¶ viginti quinque annis, habitus est totaliter nullus; *Rot. decis. 37. hoc tit. in antiq. l. 1. C. qui legit. pers. standi in iud. habeat. 1. as. in l. exigendi 17. & seq. hoc tit. & ibid. n. 12. ponit vnam fall. Put. decis. 23. lib. 2. quia minor tam in civilibus, quam in criminalibus non habet legitimam personam standi in iudicio, sine auctoritate tutoris vel curatoris, l. slarum C. de auth. præs. *Rol. cons. 51. n. 34. & seqq. vol. 1. Prosper. Farin. theor. & pract. crimin. part. 3. q. 8. l. latissime, aut procuratoris legitime ordinati, *Hipp. de mars. in l. de minore num. 34. ff. de q. per l. cum & minores & ibi Bald. in 3. not. C. si aduers. rem iud. in his quæ fiunt ad ordinem iudicii; sed in criminalibus, in iis quæ pertinent ad inquisitionem veritatis, valet factum minoris sine tutore, curatore, & procuratore, & ideo quando reus minor***

torquetur, non requiritur auctoritas tutoris vel procuratoris, *Hipp. de mars. in l. de minore num. 33. ff. de quest. pulchre Bart. in l. 2. §. quod obseruari num. 8. & seqq. & num. 13. & 14. C. de iureiur. propter calum. dando & ibi DD. Pan. in cap. ex parte num. 9. de confess. & ibi Can. Procurator ¶ interuenite potest, in causis pecuniarijs, l. fin. c. hoc tit. etiam famosis, tam in 1. instantia, quam in causa appellationis; l. 2. c. nihil arbitramur & ibi gloss. 1. & DD. C. hoc tit. l. 1. §. plano si pecuniaria ff. an per alium causa appell. in causa populari reus ad defendendum procuratorem dare potest, is autem, qui eam mouet, procuratorem dare non potest; l. qui populari ff. de popul. act. nisi priuato damno afficiatur l. licet l. mutus in fin. princ. l. non cogendum §. qui v. a ff. hoc tit. In ¶ cau-*

14 ta criminali, in qua imponitur pœna maior relegatione, ex parte actoris, vel rei procurator constitui non potest, cap. in criminalibus §. quest. 3. c. veniens de accus. l. accusatore & ibi gloss. 1. §. fin. ff. de pub. iud. nisi accusatus detineatur in carcere, *Rot. decis. 15. de procurat. in nou. l. seruum in prin. ff. de procurat. vel ad allegandum causas rationabiles absentia; c. exposuit de dilect. d. c. veniens d. l. accusatore §. fin. *Rot. decis. 24. hoc tit. in nou. si pœna relegationis, aut minor imponenda est, tunc admittitur procurator; quia pœna relegationis, & alia minor infligi potest absentia; d. l. 1. ff. an per alium caus. appell. quod si agitur de crimine civiliter, §. liberum test. de leg. aquilia, tunc potest interuenite procurator, puta de adulterio ad separationem thori, cap. tua & ibi Hof. num. 7. tradit pulchram distinctionem capite in nostra resp. hoc titulo aut vt accusatus priuatur certa re, vel beneficio: *Rota decisione 35. hoc titulo in nou. cap. super his capite veniens, capite inquisitionis de accus. Ideo impetratio certo modo, dicitur accusatio civilis, quia principaliter mo-***

netur ut accusatus priuetur eo, & accusatori conferatur beneficium, c. per tuas 1. de Simon. in fine, licet se teneatur inscribere in forma iuris, c. super his vers. sed cum opponitur de accus. Rot. decis. 138. part. 2. Crescent. decis. 2. de Simon. Idem iuris est, si de crimine agatur, per modum exceptionis, d. c. super his in fine, quia nunquam accusatio criminalis censetur, quando per eam non agitur ad pœnam naturalem, vel depositionem, Pan. in d. c. super his num. 4. c. per tuas el. 1. de Simon. & utrobique Can.

15 Probatum est mandatum legitimis modis, per instrumentum publicum, per testes, late Bart. in l. 1. C. hoc tit. num. quarto, & 11. & seqq. & ibi D. D. Myns. obs. 99 cent. 4. per litteras missivas; etiam ad fauorem constituentis, l. 1. in princ. l. si procuratorem ff. hoc tit. clem. 1. Achil. decis. 17. eodem Caput. aq. decis. 185. part. 2. De stylo, Rota non consignat registrum, parte opponente procuratori, dato quod ostendat litteras principales; parte non opponente, consignat cum cautione de rato, Caesar. decis. 1. hoc tit. Notarij, commissione in actis præsentata, relaxant assertis procuratoribus egregijs personis, citationes primas, cum cautione de rato, sub pœna ducentorum; Vest. in praxi lib. 4. c. 2. n. 4. & seqq. & reus citatus tenetur comparere, quia firmatum est iudicium, Felin. in c. nonnulli § sunt & alij nu. 13. de rescript. Achil. decis. 27. de appell. inducitur litis pendentia facta ratificatione, per principalem, l. licet verum ff. de iud. Bell. decis. 582. & 583. Felin. in d. § sunt & alij sub nu. 13. vers. limita hanc l. Iulianus ff. qui satisd. cog. Gabriel. de iudic. concl. 3. n. 16. & seqq. Gregor. xv. decis. 576. n. 13. & ibi annot. ante principalis ratificationem, reus citatus, commissione impetrata per assertum procuratorem uti non potest, processusque factus in præiudicium, nominati in commissione non tenet; Myns.

hed. decis. 4. de rescript. Cancell. de assent. c. 4. nu. 56. & 62. ubi ampliat & limitat. de stylo, reo opponente, nõ decernuntur procuratori asserto compulsoriales generales, Crescent. decis. 10. hoc tit. Præsumitur t quoque mandatum ex pluribus coniecturis, l. 3. §. fin. ff. rem ratam haberi & ibi Dd. gloss. fin. in l. licet. C. de procurat. Myns. obs. 80. cent. 5. & obseruantia subsecuta, c. peruenit & ibi post gloss. Imol. nu. 12. & 13. de empt. & vend. Cas. decis. 2. de reb. eccl. alien. & c. Cassad. decis. 5. Cas. decis. 3. hoc tit. l. fin. ff. quod cum eo qui in alien. potest. ut si ambo locij eandem stationem tenent, & modo vnus modo alter contrahat, vnus videtur ab altero tacitum habere mandatum, & ex contractu vnus alter obligatur in solidum, Bald. in rub. C. de instu. & exerc. act. n. 25. & seqq. Bald. in l. cum te in fine C. si cert. per. Surd. decis. 213. Greg. xv. decis. 303. enunciatione in instrumento antiquo, siue sit iudiciale, Caput. aq. decis. 194 part. 2. Felin. post Pan. in c. sicut n. 27. de re iud. siue extraiudiciale, cum tempore triginta, vel quadraginta annorum, concurrente scientia vel patientia, illorum, de quorum præiudicio agitur, vel aliquo actu administratiuo; quia solum instrumentum enuncians de per se, non potest operari, hanc præsumptionem, Cassad. decis. 3. Achil. decis. 3. de fid. Instrument. late Gabriel. de procurat. conclus. 1. scientia domini, quando procurator excedit fines mandati, gloss. pen. in cap. cum olim. el. 1. de offic. deleg. & ibi Felin. num. 7. Gemin. in cap. qui ad agendum numer. 5. & 6. hoc titulo in 6. scientia & taciturnitate Domini, qui videt causam suam agi, per falsum procuratorem, & non contradicit, Innoc. in c. ex parte Decani numer. 2. de rescript. per illum text. & ibi Can. Bald. in l. si tutor nu. 2. C. in quibus causis in integ. restitutio non est necessaria Greg. xv. decis. 44. etiam si oppositum fuerit neminem ex aduerso audiri nisi docto de legitimo manda-

mandato, quia tollitur per subsequentes comparationes, in quibus talis protestatio repetita non fuit quia in iudicialibus requiritur protestatio in quolibet actu: *Alex. in l. non solum §. morte sub n. 12. & ibi DD. ff. de nou. oper. nunc. Mohed. decis. 2. de iud. Greg. xv. decis. 44. num. 7.* mandato super lite prosequenda superueniente, confirmantur prius gesta, *l. Iulianus & ibi Ias. num. 3. per illum text. ff. quis a rē dare cog. & c. nam gesta per non habentem mandatum possunt per Dominum ratificari ante sententiam, etiam quando exigitur speciale mandatum, l. quod si de speciali ff. de minor. Felin. in c. nonnulli §. sunt & alij num. 47. de rescript. Surd. decis. 159. n. 15. & 16. & decis. 131. numer. 11. Greg. xv. decis. 295. num. 4. & ibi annot. postquam est conclusum in causa vel post sententiam latam, dominus processum nullum in præiudicium sui ratificari potest, non tamen in præiudicium patris, *Bald. in l. tutor sub num. 2. C. in quib. caus. restit. in integr. non est necess. Rot. decis. 1. & decis. 10. hoc tit. in antiq. Guil. obs. 47. lib. 1. Myns. obs. 44. cens. 1.* impensa quoque inducit præsumptionem mandati, *Bart. in l. cum seruus nu. 4. ff. de verb. oblig. Greg. xv. decis. 324. num. 2. Cassad. decis. 3. nu. 4. de procurat. Rot. decis. 2. de caus. possess. & propriet. in antiq.**

17 Procurator ꝑ recipit potestatem siue exercitium tempore præsentationis & receptionis mandatum; *Clem. 1. & ibi gloss. in verbo receptis hoc tit. & Can. Franc. in c. si qui nu. 2. & ibi Gemin. n. 6. hoc tit. in 6. Rot. decis. 7. hoc tit. in nou. mandato recepto in iudicio non exhibitio valet processus & sententia, Gemin. post specul. in d. c. si quis sub n. 6. Des. in c. quoniam contra num. 227. & seqq. ubi limitat duobus modis de probat. quia iudicium non est nullum ipso iure, sed parte opponente, & exceptio defectus mandati semper potest opponi, *l. licet C. hoc tit. & ibi Bart. n. quarto, & seq. dicit exceptio-**

*nem procuratoriam esse quadruplicem & DD. c. in nostra eodem, pari ratione mandatum, semper produci potest, etiam post tres sententias conformes, & in eorum executione, Achil. decis. 6 de procurat. Crescent. decis. 1. num. 3. de re iud. Rot. diuers. 599. n. 1. & decis. 688. nu. 2. part. 1. Ias. in l. licet nu. 8. hoc tit. etiam in causis censurarum & communicationis ad validandum processum. Rot. decis. 19. hoc tit. in antiq. Ias. in l. licet sub n. 8. h. t. Quæ procedunt quando procurator nullum produxit mandatum, & erat in reium natura sufficiens mandatum, licet non productum; secus est, quando procurator produxit insufficientis mandatum, licet aliud sufficiens haberet, quod produxit post sententiam; quia attendi debet forma comparandi, *Ias. in l. exigendi sub nu. 9. vers. 6. fallit. C. hoc tit. Mohed. decis. 5. & 7. Achil. decis. 7. hoc tit. aut pars opposuit de defectu mandati, contra procuratorem; quo casu sententia lata contra protestationem partis est ipso iure nulla, etiam in procuratore minoris, quamuis vere ille esset procurator, Rot. diuers. decis. 105. num. 2. part. 1. Ias. in l. non eo minus sub nu. 1. hoc tit. Greg. xv. decis. 330. & ibi annot. nisi per actus iudiciales, & inter vallo factos recessum fuerit à dicta protestatione, quia protestatio in omnibus actibus iudicialibus repeti debet, *Alex. in l. non solum §. morte sub num. 1. de nou. oper. nunc. canonizatus à Rota Mohed. decis. 2. de iud. Put. decis. 213. lib. 2. Card. seraph. decis. 933. aut pars aduersa, non producta aliter mandato, citauisset procuratorem, Rot. d. decis. 599. n. 2. & d. decis. 688. nu. 3. part. 1. Dec. in c. sollicitudinem nu. 21. & 22. de appell. Nat. conf. 162. nu. 7. Greg. xv. decis. 280. nu. 6. & ibi annot. Consort ꝑ 18 admittitur pro consorte sine mandato data cautione de rato aut de iudicatum soluendo in causis prophanis, *l. 2. C. consort. eiusd. litis, ac etiã in beneficialibus, c. cum in de confit.****

sit. & ibi gl. r. Pan. n. 9. Felin. n. 8. nisi confors
 procuratorē habeat in actis, Cresc. decis. 7. n. 3.
 h. r. per l. cum prator. ff. de iudic. & ibi Ang. nu. 4.
 Castr. n. 6. & DD. l. 1. in l. exigēdi sub n. 9. vers. ter-
 tio limita DD. C. h. r. Greg. xv. decis. 31. in princ.
 & decis. 248. numer. 1. Differunt ꝑ nuncius &
 procurator; Nuncius est velut pica, & orga-
 nū domini, in cuius personam debet conci-
 pere verba cōtractus, & domino quæri dici-
 tur per semetipsum, non per alium, l. qui au-
 tem §. fin. & l. seq. ff. const. pecun. l. 1. §. fin. ff. de con-
 trah. emp. l. 1. §. 1. & ibi gloss. in verb. sed verius
 ff. hoc tit. quod si nuncius in sua personā con-
 cipiat verba valet contractus, vt sibi quæra-
 tur, sed domino tenetur actione mandati;
 quia minus fecit, quam est mandatum, nun-
 cio actio mandati contraria denegatur; l. po-
 test. si quis pro eo ff. mand. gestum à nuncio
 non potest haberi ratum à domino, Bart. in
 l. multum interest n. 4. C. si quis alteri vel sibi & c.
 Procurator verba contractus debet conci-
 pere in sua persona, sibi quærit obligatio-
 nem, quam domino cedere tenetur, l. cum
 per eos C. si quis alteri vel sibi l. cum qui §. Iulianus
 quoque lib. xi. scribit. in fine ff. de Constit. pecun. l.
 possessio quoque §. fin. ff. de acq. possess. & ibi gl. fin.
 possessio vero & dominium per procurato-
 rem acquiritur Domino ignoranti; d. l. pos-
 sessio quoque §. fin. quod si in persona domi-
 ni concipiat verba, non valet sibi, quia non
 vult, nec domino, quia non potest, l. multum
 interest & ibi gloss. pen. C. si quis alteri vel sibi & c.
 & DD. quare in quæstione dominij potior
 habetur ille, cui possessio à domino tradita
 fuit: possessio enim est facti, quæritur sine
 obligatione, transferturque ex contractu
 inutili; obligatio iuris est, & ex legitimo tan-
 tum contractu nascitur, gl. fin. in d. l. multum
 interest & ibi Bald. num. 31. & seqq. Ex supradic-
 tis constat, si instrumentum procuratio-
 nis dicit, constituit procuratorem, facto-

rem, & nuncium: specialem, quod non pot-
 test esse nuncius & procurator simul, sed
 debeat eligere, & sic erit procurator, vel
 nuncius, prout sibi placebit. Bart. in l. si titio
 num 4. ff. de usufruct. leg. idem in d. l. multum in-
 terest n. 2. & ibi Bald. n. 17. & seqq. Plures pro-
 curatores ꝑ simul & simpliciter deputati ad 20
 idem, complexiue dati intelliguntur, & v-
 nus sine altero non debet admitti, siue sine
 constituti ad negotia, etiam spiritualia, c. si
 quis iusto in princ. & ibi gloss. in verb. admitti de-
 lect. in 6. l. pluribus & ibi gloss. Bart. & DD. ff. hoc
 tit. siue ab actore, ad iudicia in causis pro-
 fanis, c. si duo hoc tit. in 6. & ibi Anch. post. nu. 1.
 Fallit ꝑ quando natura causæ exigat, quod 21
 per vnum agitur; l. quod si nolit §. si plures ha-
 redes ff. de adul. educ. nam plures hæredes
 emptoris concordare debent, in agendo,
 vel redhibitoria, vel quanto minoris, & v-
 num dare procuratorem, ne venditor iniu-
 riam patiatur, dum ab alio partem recipit
 hominis, alij in partem pretij condemnatur,
 quanto minoris sit homo: aut etiam natura
 causæ exigat, vt per plures agatur, vt in di-
 uersorij iudiciis, plures vnum procurato-
 rem dare non possunt, l. licet §. si plures ff. hoc
 tit. Secundo fallit in causis electionum, po-
 stulationum, prouisionum, & aliorum spi-
 ritualium negotiorum, in quibus ex pluri-
 bus simul, non in solidum deputatis, iudex
 idoneorum eligit verbo, c. si duo §. fin. hoc tit.
 in 6. aut facto, vt puta per processum cum
 vno, Rot. decis. 3. hoc tit. in nou. Franc. in d. c. si duo
 §. fin. num. 2. qui solummodo prosequatur,
 habeatque, quicquid cum illo sic electo, fa-
 ctum extiterit, plenam roboris firmitatem,
 nec alius admittatur, nisi is, qui occupauit,
 non vult aut non potest prosequi negoti-
 um, & non dedit substitutum, d. ca. si duo §.
 fin. & ibi gl. fin. Tertio, fallit quando quis
 plures procuratores constituit & vtrumque
 eorum

eorum licet non dicatur in solidum. *Bald. in l. si ita num. 3. ff. de inuis. rupt. irr. fac. test. Angel. Inst. de ijs per quos ag. poss. num. 6. Myns. obs. 47. cent. 1.* Si sint plures † procuratores dati in solidum, tunc melior erit conditio illius, qui per litem contestationem primitus negotium occupauit, & alter se intromittere nequibit ulterius. *l. pluribus ff. hoc tit. nisi dictum sit, quod non fieret melior conditio occupantis, tunc enim, si eum, qui occupauit, infirmari, mori, aut alias impediri contingat, aut si prosequi fore nolit, dummodo alium non substituerit, poterit alter suscipere & perficere negotium, ab alio inchoatum, d. c. si duo § secus. & is, qui primitus occupauit, ipsam reassumere, postea impedimento cessante nequibit, nisi forsitan contingeret eum impediri, quia substitutum dare non potest, cum non fuerit litem contestatus, d. c. si duo §. ceterum & ibi gloss. fin. & Can.* Reus non † potest constituere plures procuratores simpliciter, aut in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, *Bart. in l. iam tamen. in 2. not. in causis profanis, sed iudex eum cogit, auctore desiderante, vnum constituere defenso-rem, quando vna actione conuenitur, secus si pluribus actionibus, l. omnium ff. hoc tit. a-lias committitur stipulatio ob rem non de- fensam; nam licet actio possit diuidi ex parte actoris, cui eiusque hæredibus non im-ponitur necessitas, vt simul aut per vnum li- tigent, sed si simul agunt, tunc coguntur a- gere vna actione, iudicis officio; l. huiusmodi § fin. ff. de leg. 1. tamen ex parte rei, eiusque hæredum, defensio non potest diuidi in plu- res personas; ne scissa incommodo aliquo afficiat auctorem: c. mandato & ibi gloss. in ver- bo procuratio hoc tit. l. non tamen ff. eod. l. 1. §. fin. cum l. seqq. ff. de exercit. l. iam tamen §. si tamen plures ff. iudicat. sol. Anb. in d. cap. si duo post num. 1.* Ideo plures hæredes defuncti,

Summa in Decretales.

cum quo captum est iudicium, coguntur dare vnum defenlorem; *l. si familia ff. fam. erisc. d. §. si tamen plures l. licet §. si plures in fine ff. hoc tit. si non fuit capteum cum defuncto iudicium, tunc, cum per legem duodecim tabellarum actio diuidatur inter hæredes, inter plures hæredes poterit iudicium diui- di. l. si quis cum procuratorio nomine in fine prin. & ibi gloss. ff. hoc tit. Bart. in d. §. si tamen plures nu. 3.* Procurator ad † futuras controuersias ²⁴ potest constitui. *cap. non iniuste §. 1. hoc tit. & ibi Can. notant, simpliciter datus, non videtur datus ad futuras lites, non connexas, aut de- pendentibus: Bart. post gloss. in l. damni §. si is qui vicinas ad. s. n. 2. ff. de damno infect. per l. qui habet §. fin. cum l. seq. in fine ff. de tutel. generaliter constitutus ad negotia, potest agere & ex- periri in iudicio, exceptis his casibus quibus speciale exigunt mandatum: c. qui generaliter hoc tit. in 6. in causis beneficialibus non est necessarium speciale mandatum, Rot. d. 27. hoc tit. in nou. arg. not. per Ioan. Andr. in c. qui ad agendum hoc tit. in 6. in causa spirituali spe- ciale requiritur mandatum: Rot. decis. 35. hoc tit. in antiq. attestans de stylo Rota. constitutio procuratoris in speciali causa contra Titium, & in omnibus alijs litibus & causis, in- telligitur contra Titium. Bart. in l. quod dicitur in princ. ff. de tutel. 107 decis. lib. 1. Greg. xv. decis. 584. & ibi annot. Gestorum † a procuratore ²⁵ præsumitur ignorantia, l. si res obligata in princ. & ibi gl. in verbo nesciat ff. de leg. 1. & ibi DD. e- tiam si procurator habeat speciale mandatū, Ripa in l. quod te nu. 60. ff. si cert. pet. & in hoc at- tendendæ potius sunt circumstantiæ facti, Rom. cons. 481. n. 1. & 2. Aduocatus † vel pro- ²⁶ curator scienter patrocinando actori super re, in qua ius habet, illud perdit, secus si ig- noranter; c. ex literis & ibi gloss. 1. de transact. l. fin. & ibi gloss. 1. ff. de inoff. testam. quæ distin- ctio non procedit, in procuratore rei; quia*

Aa

ecus

reus absoluitur ex non iure actoris, l. inter ff. de rei vend §. retinenda in fine Inst. de interd. si procurator rei non stetit in meris finibus defensionis, sed institit, dicendo, quod reo ius competat, & petit pro eo pronunciari, tunc eadem in eo est ratio, cum procuratore actoris, Pan. in d. c. ex litteris n. 4. & ibi Can. itē non procedit quando actus patrociniij, nō est contrarius iuri, quod procurator habet in re, vt si vigore mādati resignet beneficium, ad quod habet regressum per cessum vel decessum, Achil. decis. 2. hoc tit. cap. ex litteris de transact. l. fin. C. ne vxor pro marito. Procurator ad ¶ negotia, re integra, à Domino potest reuocari, §. recte quoque Inst. de mand. quicquid autem agit, ante certificationem reuocationis, etiam in fauorem domini tenet, ita quod aduersarius non potest allegare istam reuocationem, in præiudicium reuocantis, c. ex parte el. 3. & ibi Panor. num. 7. de rescript. Institor nisi Dominus mercis publice conscribat, ne quis cum eo contrahat, non habetur pro reuocato, l. sed etsi pupillus §. 1. ff. de institor. idem obtinet in procuratore generaliter dato, l. 1. ff. quod iussa in princ. Innoc. in cap. ex parte el. 3. sub num. 3. de rescript. & ibi Fel. num. 7. & seqq. Reuocatio dati specialiter ad contrahendū cum certa persona, debet vtrique intimari, d. l. 1. §. sed ego quaro ff. quod iussu si Fideiussor §. 1. ff. mand. si non destinabatur ad certam personam, tunc satis est procuratorem fuisse certificatum, vnde agat contrahens contra illum, l. si procuratori falso ff. de cond. caus. dat. l. si procurator ff. de cond. indeb. Limita in soluente procuratori reuocato, qui liberatur, nisi reuocatio sit publice nota, l. eius qui in prouincia ff. si cert.

28 per. Procurator ad ¶ iudicia, potest per Dominum libere, & sine causa cognitione, reuocari ante litem contestatam, l. ante litem ff. hoc tit. c. quamuis hoc tit. in 6. nec ferendus

est procurator, qui sibi asserit procuracionem, nam hoc ipso suspectus est, quod operam suam ingerit inuito; & hætenus audiendus est, si dicat se procuracione carere velle, sed ita, si id illata existimatione sua fiat, l. qua omnia §. 1. ff. hoc tit. aut in rem suam se procuratorem datum, item si retentione aliqua vti velit, nisi Dominus ei soluere paratus sit, d. l. qua omnia §. fin. cum l. seq. vel si dominus velit quædam transferre, quædam relinquere, iuste procurator hanc inconstanciam recusat, l. in causa cognitione ff. hoc tit. Can. in d. c. quamuis. Post litem contestatam ¶ Dominus nolentem procuratorē reuocare non potest, l. procura. l. nul. C. hoc tit. l. ab execut. §. si ff. de appell. l. si proc. agit. §. 1. ff. de dol. mal. & mer. except. Myns. obs. 44. cent. 5. nisi eum cū domino inimicū fieri, vel suspectum, aut aduersario affinitate coniungi, vel eiusdem hæredē fieri, seu ingredi religionem, aut in longum peregrinari, vel ægritudine, aut vinculis detineri contingat, seu alia rationabilis causa subdit, d. c. quamuis 2. resp. l. post litem cum l. seqq. ff. hoc tit. debet Dominus ipse & non alius, ne detur materia malignandi & protelandi iudicium, Pan. in c. mandato n. 8. h. tit. reuocationem mandati intimare, non solum procuratori, sed etiam aduersario, vel iudicialias teneri iudicium cum procuratore reuocato agitatum, quoad præiudiciū, non quoad commodum reuocantis, siue procurator reuocetur ante, siue post litem cōtestationem, c. mand. & ibi gl. in verb. à domino reuocato & ibi Pan. n. 5. & 7. & Can. h. t. c. ex parte Decani de rescript. & ibi Fel. n. 24. & Can. l. si procur. in fin. & ibi gl. fin. ff. hoc tit. Myns. obs. 44. cent. 5. Syndicum constitutum per Prælaturum & conuentum, solus Prælatus reuocat, quando ad ipsum solum spectat exercitium actionum, alias non, Bartol. in l. actor numer. 9. ff. rem ratam haberi Panor. in cap. unico, numer. 6. de syndico.

30 Procurator vero ꝑ postquam semel accep-
tauit mandatum, non potest pœnitere,
§. *mandatum Instit. mandat.* Sed volens se ex-
onerare à mandato suo, ob iustam causam,
citationem à iudice, ad videndum, se exo-
nerari, petere debet, simplex enim renun-
ciatio extra iudicialis, vel iudicialis orete-
nus, vel in scriptis facta, non sufficit, tam
ante, quam post litis contestationem, ac ci-
tatione reproducta, præuia summaria cog-
nitione, exonerationem obtinere, *Clem. pri-
ma & ibi glossa in verb. cogi de procur. Bart. in l.
filiusfam. §. In ff. de procur. Bald. in l. ante litem in
princ. ff. de proc. Gail obs. 46 lib. 1.*

31 Procurator ꝑ ad iudicia non potest sub-
stituere, *l. quod quis C. hoc tit. c. 1. §. licet hoc tit.
in 6. nisi post litem ab eo contestatam, d. c. l.
§. licet l. neg. in fine l. nulla C. hoc tit. imo procu-
rator substitutus, qui litem contestatus est,
potest substituere, Put. dec. 215. n. 2. §. lib. 2.
Rot. decis. 5. & 8. h. r. in nou. & decis. 28. eodem in
antiq. auth. qui semel ꝑi vsque ad finem litis C.
quomodo iudex. Mynsing. obs. 43. cent. 1. in prima
instantia, non autem in secunda instantia,
aut causa appellationis; quia est Dominus
instantiæ, & secundum canones est Domi-
nus litis, *l. nulla & ibi glossa r. C. hoc tit. d. c. 1. §.
licet & ibi gl. in verb. litis & Can. Achil. decis. 13.
hoc tit. & appellatio est de appendicibus pri-
mæ instantiæ, non eius prosecutio, c. non in-
iuste in fine hoc tit. l. iniustus & ibi gloss. in verbo
extendere & las. num. 3. C. eod. l. Dominus litis &
ibi Bald. C. de appell. Achil. decis. 4. de appell. Ra-
tio est, quia in contestatione litis quali con-
trahitur; licet §. sed & si filius ff. de pecul. imo
procurator substitutus, qui in negotio exe-
cutionis, fecit talia, quæ sapiunt litis conte-
stationem, potest substituere, nam licet in
exequutiuis non detur instantia, datur ta-
men lis, Put. decisione 215. libro 2. cap. 1. §. 1. hoc
titul in 6. & ibi glossa in verbo litis & Can. Fal-**

lit principalis regula, quando est quæstio
super ipso mandato, Baldus in l. quod quisquis
in quarta quæstione C. hoc titul. Aut super re
principalis, & in rem suam est datus, d. §. licet,
siue ex parte actoris, *l. si quis in rem suam ff. hoc
titul. l. illam subtilem C. de donat.* siue ex parte
rei, *l. plautius & ibi glossa in verbo nisi aut in rem
suam ff. hoc titul. vel à Domino substituendū
alium, etiam certa non expressa persona, si-
bi fuerit potestas concessa; d. §. licet l. item eo-
rum §. si decuriones ff. quod cuiusque vniuers. nom.
& c. tunc enim videtur substitutus ab ipso
Domino, pulchre Franc. in d. §. licet sub numer.
6. vers. super quo aduerte primo & vers. seqq. In
constituto inhabili procuratore, cum pote-
state substituendi, distinguendæ sunt spe-
cies inhabilitatis, aut est ipso iure inhabilis,
& non potest alium substituere, nec suo iu-
re, nec ratione mandati, ad substituendum,
Mynsingerus obseruatione 32. centuria secunda, in-
terdum est inhabilis ope exceptionis, & po-
test substituere; aut est inhabilis, propter
defectum auctoritatis, tunc illa auctoritas
requiritur in substituendo, quæ requiritur
in acceptando, glossa in Clem. religiosus in verbo
commissum hoc tit. & ibi Anch. numer. secundo, &
Can. Bald. in l. quod quis numer. 6. C. eod. in quinta
quæst. Procurator ꝑ ad negotia datus potest
libere quandocunque alium substituere, c. 1.
& final. hoc titul. in 6. l. si procuratorem §. 1. ff.
mand. Fel. in c. fin. num. 7. vbi limitat de off. deleg.
Si habet generale mandatum, *l. 1. §. magistrū
ff. de exercit. l. quicumq; in fine ff. de institor. l. si pro-
curatorem §. 1. ff. mand. siue etiam speciale mā-
datum cum certa & limitata persona; l. si ego
ff. quod vi aut clam c. is cui r. resp. de off. & potest.
iud. deleg. in 6.* Si vero mandatum speciale
non habet certam formam, tunc non po-
test alterum substituere, quia tunc censetur
electa industria personæ, *l. pen. §. accessio & ibi**

Bart. ff. de diuers. & temp. præscript. d. c. u cui 2. res Bald. in l. quod quis num. 4. C. hoc tit. Ratio diuersitatis est, quia negotium sumit originem in persona procuratoris, & per eum transit ad dominum: l. quacunq; gerimus ff. de act. & oblig. iudicium vero sumit originem in persona domini, & deinde disgregitur in procuratorem, l. si procurator meus l. qui proprio ff. hoc tit. Et nota quod si substituens plura habeat mandata, & in substitutione se non restrinxit ad vnum inualidum ex suis mandatis, valent gesta à se substituti, quamuis ea gesserit, & se restrinxerit ad dictum mandatum inualidum, Cas. decis. 2. hoc tit. per l. maritus C. de procurat. l. quæsitum §. ff. de fund. instr. Procurator ꝑ̄ datus ab homine, cum potestate substituendi, non potest reuocare à se substitutum post susceptum mandatum, etiam si eo usus non sit, c. u qui hoc tit. in 6. Fallit primo ꝑ̄ quando eia Domino data fuit potestas reuocandi, c. u qui §. nisi. Secundo quando Procurator substitutus, non acceptauit, clem. 1. & ibi gloss. in verb. susceptum hoc tit. d. c. u qui & ibi gloss. in verb. susceptum Franc. n. 2. & Can. Tertio quando substitutio non valuit, vel substitutus sit inhabilis, Bald. in l. quod quisquis n. 7. in fine C. hoc tit. Quarto quando substituit cum clausula, donec duxerit reuocandum, & substitutus aliquem actum iudiciale non fecit, poterit eum substituens tacite & expresse reuocare, ex quo non commisit vices suas in totum, Rot. decis. 30. hoc tit. in nou. Franc. in d. c. u qui sub n. 5. vers. quarto limita. Quinto in procuratore generali, qui substitutum à se ad vnam causam, potest reuocare, quia substituendo non definit esse procurator, arg. l. si hominem ff. mand. Bald. in d. l. quod quis n. 7. Anchar. in d. c. u qui n. 3. Franc. ibidem sub n. 5. vers. quinto limita vbi ponit duas alias limitationes, Procurator ꝑ̄ mandatum habens à lege, puta si datus fuit in rem suam,

vel fuisset litem contestatus, potest substitutum à se reuocare post susceptum mandatum re integra, glo. in d. c. u qui in verbo aliud & ibi Franc. numer. 4. & Can. Ratio diuersitatis est, quia procurator datus ab homine, quando substitutus acceptauit mandatum, functus est officio suo, & ideo reuocare non potest, quæ ratio cessat in habente mandatum à lege, qui suo iure substituit. Finitur ꝑ̄ mandatum datum à rectore ecclesiæ, vel beneficij, pro ecclesia seu beneficio, c. l. fin. hoc tit. eius morte naturali, ac ciuili, puta renunciatione depositione, translatione, Rot. decis. 28. hoc tit. in nou. Zab. in clem. fin. n. 13. hoc tit. etiam quoad negotia incæpta, & causas, in quibus lis fuit contestata, d. clem. fin. Quod si Procurator post mortem rectoris aut beneficiarij ulterius processerit in causa ad nonnullos actus, potest successor, quia succedit in lite causa & instantia, Anchar. in c. 2. num. 2. per illum tex. de seqq. poss. & fruct. & Pan. in c. quia V. numer. xj. vers. tertius casus de iud. innoc. in cap. gratum de off. deleg. omnia acta per illum procuratorem grata & rata habere, Pan. in d. clem. fin. num. 7. de procur. Rot. decis. 29. de procur. in nou. datum vero pro persona sua re integra, morte rectoris finitur, re non integra non finitur, l. si defunctus ff. hoc tit. §. item si adhuc Inst. de mand. l. mandatum C. mand. l. as. in l. eius qui in prouincia §. placebat vbi ampliat & limitat ff. si cert. pet. Definit autem res esse integra per litem contestationem, ex supraddictis Gregor. xv. decis. 584. num. 5. & ibi annot. & per satisfactionem iudicio facti, quæ habet vim litem contestationis, l. si defunctus ff. hoc tit. & impedit reuocationem tacitam, quæ fit per mortem, non expressam, Bari. in l. si post acceptum numer. 1. ff. iud. solui. Caputaq; decis. 188. & 189. part. 2. Myns. obs. 84. cent. 2. Secundo mutatione ꝑ̄ conditionis personæ procuratoris in deterius, vt quia ef-

sicut bannitus, prodigus, l. cum quis & ibi Bart. l. si cum Cornelius ff. de solut. l. rogasti § si fugitivus & ibi las. ampliat & limitat. ff. si cert. pet. Tertio destructo eo, cuius causa fuit mandatum, cap. si pauper de prob. in 6. & ibi glos. in verb. 38 cesser. Quarto ꝑ reuocatione & aliis modis traditis in institut. Imperial. tit. de mand. Quinto secundum mandatum ꝑ siue secunda procuratio ad idem tacite reuocat primam, etiam si nullam faciat mentionem de prima, quando vtrumque est speciale, vel vtrumque est generale, & diuersis temporibus plures constituuntur, siue ad extrajudicialia, siue etiam iudicialia tam ante litem contestatam, etiam si secundus procurator non acceptet mandatum, Bald. in d. § Iulianus num. 5. & Ang. circa princ. & DD. aut constitutio secundi sit nulla Put. decis. 259. lib. 2. nisi exprimat, quod vult durare priorem, d. c. non iniuste & ibi gl. in verb. procuratio But. num. 17. 4. 2. post litem contestationem: nam licet post eam expressa reuocatio fieri non potest, sine causae cognitione, cap. non iniuste § qui licet & ibi gloss. & Can. hoc tit. c. si quem §. secus & ibi Franc. nu. 2. eodem in 6. l. si quis cum procuratorio § Iulianus & ibi gloss. ff. hoc tit. tamen secus est, in tacita reuocatione, in qua non cadit consideratio cum causa, vel sine causa, & in eo plus operatur tacita reuocatio quam expressa, Cassad. decis. 2. n. 2. 3. & 4. de appell. Greg. xv. decis. 548. n. 3. & seqq. & ibi annot. Rot. decis. 20. de procur. in nou. Quando vnus Procurator est constitutus ad vnum actum, & alius secundus ad alium actum, neuter est primus sed vterque est solus, arg. l. qui generaliter in fine ff. qui prior. in pign. hab. Bald. in d. § Iulianus in princ. aut quando primus est specialis, secundus generalis, c. generali de reg. iur. in 6. Rot. decis. 18. & clarus decis. 22. hoc tit. in nou. Idem iuris est, quando eadem personae, ad idem, diuersis tempo-

ribus diuersa dantur mandata, quia vti debet secundo instrumento, non primo, l. quae mutua § non ideo ff. man. gloss. 1. in d. § Iulianus & ibi Bald. in fine, nisi per mandatum primum procurator esset effectus Dominus litis, aut secundum contineret idem quod primum, & tenderet ad augmentum, arg. l. quibus idem ff. de verb. oblig. Angel. in d. § Iulianus sub n. 7. & ibi Alberic. Achill. decis. 14. hoc tit. Sexto spontanea ꝑ comparatione Domini, non vt 40 assistat procuratori, c. quamuis hoc tit. in 6. sed vt causam tractet (nisi, quod non animo reuocandi compareat, ex aliquibus appareat coniecturis, vt quia ex necessitate comparet, aut fuerit de eo protestatus) c. si quem §. 1. hoc tit. in 6. Rot. decis. 22. & 31. hoc tit. in antiquis siue compareat Dominus, ante litem contestatam, siue etiam post litem contestatam, & tunc sublit iusta causa, aut necessaria reuocationis, clem. procuratoribus & ibi Bald. C. hoc tit. aut aduersarius vel procurator non contradicant: d. c. si quem & ibi gloss. in verb. suis post & ibi Franc. n. 2. in §. secus.

De Syndico.

Titulus XXXIX.

S V M M A R I A.

- 1 Syndicus ad quas causas, & quomodo constituitur.
- 2 Syndicatus instrumento quando est appositum sigillum vniuersitatis, presumitur factum de consensu vniuersitatis.
- 3 Syndicus cum defendit, non cauet de iudicando soluendo, sed de iudicio sisti.
- 4 Iurat de Calumnia in animam propriam.
- 5 Syndicus ex eisdem causis mutatur ex quibus procurator.
- 6 Syndici officium est publicum.
- 7 Syndici duo, pluresue intelliguntur dati in solidum, & possunt expedire omnia qua re-

Aa 3 qui

quiritur speciale mandatum, quando sunt constituti ab adunantia generali Vniuersitatis, Ciuitatis Castri, Villa, secus est in syndicis constitutis à Capitulo vel collegio.

PROCURATOR gerit negotia domini, vt dictum est; syndicus ꝑ constituitur ad causam vel causas vniuersitatis, agendam vel defendendas præsentis vel futuras, cap. vnico hoc tit. & ibi gloss in verb generaliter, etiam criminales, Bald. de pac. Const. in Verbo damna n. 1. l. tam Collatores C. de re iudic. lib. 1. Myns. obs. 76. & 78. & seqq. cent. 4. ab Vniuersitate, vel Collegio, vel Corpore, l. 1. §. 1. & l. item eorum § si decuriones & §. seq. ff. quod cuiusq. vniuers. nom. c. imperatorum de iuram. Cal. gloss. mag. in c. vnico in verbo generaliter & ibi Can. hoc tit. collegialiter congregato, in loco publico & solito, l. 2. C. de decurion. lib. 10. Myns. obs. 76. cent. 1. in quo duæ partes residentium, & votantium adsunt; absentes non votantur, nisi in casibus in iure expressis, c. 2. & ibi gloss. in verbo ipsorum de testibus in 6. Pan. in cap. cum omnes sub nu. 7. vers. venio ad 3. de constit. & ideo nec ipsi, c. cum inter 2. de elect. & ibi Can. nec carentes voce, c. ex eo in princ. & §. in ecclesiis de elect. in 6. computantur in numero duarum partium; & maior pars consentit in syndicum, siue congregentur omnes de collegio, siue duæ partes, siue plures, l. nulli & ibi gloss. fin. & Bart. num. 2. ff. quod cuiusque vniuers. nom. Fel. in c. cum omnes sub n. 33. vers. extra gloss. de constit. Pan. n. xi. & Can. Caputaq. decis. 190. part. 2. cum decreto superioris, quando iura communiter pertinent ad superiorem, & vniuersitatem, Bart. in l. actor. nu. 8. ff. rem ratam haberi, Pan. in cap. vnico num. 5. hoc tit. alias decretum superioris, etiamsi præsens fuerit, non est necessarium, l. 1. §. solent ff. quand. appell. sit & intra qua tempora.

2. Quando ꝑ instrumento syndicatus est ap-

pensum sigillum Vniuersitatis, præsumitur factum de consensu vniuersitatis, & assenti contrarium incumbit onus probandi, c. 3. loco de prob. Debet ei constitui salarium, c. vnico hoc tit. quia nemo cogitur suis impendijs militare, Specialia quædam sunt constituta in syndico; cum defendit, non ꝑ cauet de iudicato soluendo, sed de iudicio listi; quia vicem vniuersitatis sustinet ad instar tutorum: l. sancimus §. defensionem C. de admin. tut. sicut nec verus dominus illam præstat: §. sed hodie Inst. de satisd. iurat ꝑ de calumnia in animam propriam, c. in pertractandis c. imperatorum de iur. cal. l. 2. §. fin. autem C. eod. in reliquo partibus procuratoris fungitur, & ꝑ ex eisdem causis mutari potest, ex quibus procurator. l. item eorum §. fin. ff. quod cuiusque vniuers. nom. quia de necessitate est hoc officium, & ꝑ publicum vtilitate & auctoritate; c. quia de procurat. cap. vnico hoc tit. & vtrouique Can. Paul. de Castro in l. ius iurandum & ad pecunias §. defensor n. 3. ff. de iure iur. officium procuratoris est voluntarium, nemo enim cogitur constituere procuratorem, c. querelam de procurat. nec etiam procuratoris officium suscipere, l. inuitus C. de procur. l. filius familias §. inuitus ff. eod. Duo ꝑ pluresue syndici intelliguntur, dati in solidum, Prob. ad monach. in c. si duo n. 15. de procur. in 6. & possunt expedire illa omnia, quæ requirunt speciale mandatum, nec est necesse quod apponatur clausula cū libera administratione, quando sunt constituti, non à regentibus, prioribus, aut antianis, sed ab adunantia generali, vel concilio ciuitatis, vniuersitatis, castri, vel villæ: Paul. de Castro in l. ius iurandum & ad pecunias §. defensor ff. de iure iur. Bald. in l. illud §. italium num. 5. ff. de minor. Franc. Marc. quest. 701. part. 2. qui excipit tres casus l. 1. in l. præsens numer. 78. & seqq. vbi limitat. 3. mod. C. de transact. Calcan. cons. 76. numer. 18. & seqq. syndici vero

constituti à capitulo, vel collegio non faciente vniuersitatem ciuitatis, castri, villæ, puta scholarium, cerdonum &c. non habent liberam administrationem, nisi illis expresse concedatur, quia eorum officium est voluntarium, Paul. de Castro in d. §. defensor Bald. in d. §. si talis Bald. in l. vnica num. 3. C. etiam per procur. caus. rest. in integ. agi poss. siue sint de corpore collegij, siue non sint. Cyn. in l. 1. C. & per procur. caus. in integ. restit. agi poss. n. 4.

De ijs quæ vi metusque causa fiunt.

Titulus XXXX.

S V M M A R I A.

- 1^a Vis est necessitas contraria Voluntati qua repellere non potest.
- 2^a Vis duplex est, præcisæ siue absolutæ &
- 3^a Causatiua siue conditionalis de qua tractat titulus.
- 4^a Metus est mentis trepidatio causa instantis vel futuri maioris periculi.
- 5^a Nihil interest in se quis Veritus sit, an in liberis suis.
- 6^a Vi præcisæ gesta ipso iure non tenent, nullumque producunt iuris effectum.
- 7^a Vi compulsiuæ & metu gesta summo iure tenent.
- 8^a Fallit in actibus in quibus requiritur voluntas, non solum simplex, sed ita qualificata vt sit libera.
- 9^a Metu baptizato imprimatur character, & cogitur viuere vt baptizatus.
- 10^a De metu protestari consultum est, sed non necessarium.
- 11^a Metum passo datur actio quod metus causa personalis in rem scripta.
- 12^a Arbitraria.
- 13^a Intra annum vtilem in quadruplum.
- 14^a Post annum datur in simplum causa cognitiua.

- 15^a Item metum passo datur exceptio.
- 16^a Si Dominus erat, rei vindicatio.
- 17^a Metus causa actio tollitur, sublata proxima causa metus.
- 18^a Spontanea solatione.
- 19^a Rei interitu & alijs modis.

Viso de pactis, transactionibus & mandatis procuratorum, quæ sponte fiunt, nunc subiicit de ijs, quæ vi metusque causa fiunt. Vis ¶ est necessitas contraria, imposta voluntati, quæ repellere non possit. c. sacris hoc tit. l. 1. & 2. ff. quod met. caus. Ea duplex est præcisæ ¶ siue absolutæ, vt si per coactionem quis astringitur ad actum, quo casu in agente nulla est voluntas, magisque pati, quam agere videtur, cap. de iudeis 45. dist. & ibi gloss. c. presbyteros 50. dist. §. qui autem fugientes c. constat. 1. quæst. 1. l. 1. §. 1. ff. de auct. tut. alia est ¶ causatiua siue conditionalis, vt quando metu mortis, vel corporis cruciatu, quis compellitur ad actum, quo casu dicitur, facere, quia hic reperitur voluntas, cū potius eligeret facere, quam mori, d. c. sacris in 2. resp. l. si mulier §. si metu ff. hoc tit. c. merito 15. quæ. 1. De hac vi compulsiuæ loquitur hic titulus, l. continet ff. hoc tit. & quandoque de inquietatiua, l. metum 3. §. idem aut ff. hoc tit. intulit iure licito, & iure honoris, quem sustinet, d. l. continet §. 1. ff. hoc tit. neque etiam de expulsiua, ablatiua, turbatiua, l. 1. & ibi gloss. fin. ff. hoc tit. Metus est ¶ illicitus timor ab aliquo, l. metum 3. ff. hoc tit. siue est mentis trepidatio, causâ instantis, vel futuri maioris periculi, l. 1. vers. metus ff. hoc tit. Oportet metum esse præsentem pro futuro periculo, non suspicionem inferendi eius, d. l. metum 3. aut iactationes, siue contestationes, l. metum C. hoc tit. & probabilem atrocitatem facti, qui cadat in constantem virtutem, d. l. metum C. hoc tit. c. cum dilectus hoc tit. l. metum l. 2. cum duabus ll. seqq. ff. eod.

vt mortis, vinculorum, l. nec timorem §. proinde ff. hoc tit. interuersio nis instrumentorum status, l. isti vers. si is accipiat ff. hoc tit. l. si donatio nis & ibi gloss. fin. C. eod. stupri, d. l. isti §. quod si dederit. carceris, l. qui in carcerem ff. hoc tit. & ibi post gloss. Bart. cruciatus corporis, l. interpositas C. de transact. l. metus autem causa ff. ex quib. causis maior & c. verberum, l. continet §. 1. in fine ff. hoc tit. in fin. grauis damni omnium rerum, vel maioris partis, c. abbas hoc tit. Myns. obs. 27 sentur. 3. ac excommunicationis iniuste infligendæ ab homine c. sacro circa med. de sent. excomm. Bouc in d. c. cum dilectus n. 1. & seqq. & ibi Pan. n. 6. Idem qui metu amissionis patrimonii, suo beneficio renunciat, potest illud repetere actione quod metus causa sine noua collatione, & absque priuatione faciendæ de illo, cui interea fuit collatum, Pan. in d. c. abbas n. 2. & nihil interest in ¶ se quis uisus sit, an in liberis suis, cum pro affectu, magis in liberis parentes terreantur, d. l. isti vers. fin. §. sed veteres vers. quis enim patiatur Inst. de noxal. act. Item iustum metum inducunt rogamina tyranni, preces episcopi, vel alterius prælati potentis, qui solet scuire in clericos, suis votis non obtemperantes, gloss. in l. 1. in verb. quemadmodum ff. quod iussu l. 1. §. quaerenda ff. quarum rerum actio non detur Pan. in c. abbas num. 4. & in d. cum dilectus nu. 7. & 8. hoc tit. Si quis meticulosus rem vllam frustra metuerit forsan timorem infamiæ alicuius vexationis, l. nec timorem ff. hoc tit. amissionis solius dignitatis senatoriæ, d. l. ad inuidiam C. hoc tit. per hanc actionem non restituitur. Idem obtinet si metu, ne ad ciuilia munera vocaretur, l. cum te la 2. C. hoc tit. & ibi gloss. fin. aut accusationis institutæ, vel futuræ, l. accusationis hoc tit. siue ne victus iret ad iudicem, compulsus res suas vendidit, vel metu alicuius verecundiæ modicæ, caverit ultra quantitatem debitæ pecuniæ, aut quod ad-

uersatio non debebat, delegante eo per vim, apparitore prædis interueniente sine notione iudicis coactus dedit: sed restituuntur officio iudicis, vel actione in factum, ad simplicium tantum, l. final. §. 1. & ibi gloss. in verbo potens & §. 2. & §. fin. ff. hoc tit. gloss. in l. interpositas & ibi Bart. & DD. C. de transact. Pan. post gloss. in d. c. cum dilectus n. 9. vel per constitutionem principum, l. pen. & fin. C. hoc tit. l. illicitas ff. de off. præsid. vel per responsa & interpretationem prudentum, l. medicus de var. & extraod. cognit. pulchre Bart. post gloss. in l. interpositas, nu. 5. & 6. C. de transact. gloss. in l. nec timorem, in verbo restitui ff. hoc tit. gloss. in l. si per impressionem, in verbo reddatur C. hoc tit. gl. in c. cum dilectus in verb. metum mortib. hoc tit.

Gesta in ¶ præcisa, ipso iure non tenent, nullumque producant iuris effectum, ob defectum voluntatis. c. sacris hoc tit. cap. non est & ibi gloss. c. illud in fine 15. q. 1. Vnde vi absoluta ordinato, non imprimitur character, sicut nec in hoc casu confertur baptismus: c. maiores §. fin. de baptism. Vi compulsiua ¶ & 7 metu gesta, summo iure tenent, quia in eis deprehenditur voluntas, quamuis coacta, l. si mulier §. si metu el. 2. ff. hoc tit. c. merito 15. quæst. 1. sed per iudicem irritantur: d. §. si metu el. 2. c. 2. & ibi gloss. in verb. coactus & Pan. num. 7. hoc tit. Additio hæreditatis facta metu obligat hæreditati, sed adiens per prætorem restituendus est; vt abstinendi ei potestas tribuatur l. si mulier §. pen. hoc tit. Repudiatio hæreditatis coacta tenet, sed duplici via prætor repudianti succurrit, aut vtiles actiones quasi hæredi dando, aut actionem quod metus causa præstando: d. l. si mulier §. fin. ac etiam iuramentum metu præstitum, etiam si fuerit metus, qui debuisset cadere in constantem virum, vt supra dictum est, c. si vero de iure iur. gl. fin. in c. ad audientiam & Pan. in d. c. cum dilectus num. 15. hoc tit. Sed non extendi-

tur ad ea, super quibus non fuit præstitum,
 ideo qui beneficio suo metu iuravit renun-
 ciare, & renunciauit, potest illud repetere,
c. ad audientiam hoc tit. imo & excommuni-
catio metulata tenet, gloss. in c. vnico in verbo
8 vacuamus hoc tit. in 6. Fallit in actibus in qui-
bus requiritur voluntas, non solum simplex,
sed ita qualificata, vt sit libera & sponta-
nea, qui si fiant per libertatem coactam,
nihil valent, c. ad aures hoc tit. gl. in c. notificasti
in verb. licentiam 33. quæst. 5. Pan. in c. cum olim
el. 2. num. 14. de priuileg. Vnde matrimonium
coactum metu, est ipso iure nullum, c. signifi-
cauit de eo qui duxit in matrim. quam poll. & c. gl.
pen. in c. veniens el. 2. & c. consultationem de spons-
sal. Pan. post gl. in c. abbas n. 8. h. t. late Gail. obs. 89.
lib. 2. Couarr. in epit. lib. 4. decret. 2. part. 6. §. 5.
Greg. xv. decis. 326. & 374. licet id contrahens
sua culpa inciderit in metum; d. c. veniens el.
2 de sponsal. & ibi post gloss. fin. Can. Similiter e-
lectio, c. vbi periculum §. ceterum de elect. in 6.
quando compelluntur eligere certum, quod
est contra substantiam electionis, d. §. cete-
rum, secus si compelluntur eligere vnum, de
certo genere personarum, quia non ex toto
adimitur libertas eligendi: cap. abbate de verb.
signifi. consuetudo non potest tollere liber-
tatem eligendi, c. cum terra de elect. sed potest
restringere: cap. cum dilectus de consuetud. 10 an.
And. in d. c. cum terra Pan. in c. licet de vot. dotis
constitutio: l. si mulier §. si dos ff. hoc tit. votum
expressum, c. 1. hoc tit. c. licet de voto c. integritas
32. quæst. 1. ac tacitum: Rot. diuers. decis. 560. n.
6. & seq. part. 1. vbi late in vtramque partem dis-
putat. in ingressu religionis, metu aut vi fa-
cto, seruandus est Canon quicumque tess.
25. de regul. & monial. absolutio ab excom-
municatione, suspensione, & reuocatio in-
terdicti: c. vnico hoc tit. in 6. Testamentum in
quo testes fuerunt detenti inuiti: l. qui testa-
mento §. fin. in sine ff. de testam. confessio, pro-
Summa in Decretales,

missio, & iuramentum metu præstitum, su-
 per rebus ecclesiæ, c. 1. 15. quæst. 6. c. peruenit de
 iureiur. item auctoritas tutoris, l. 1. §. fin. de
 auct. tut. ac iurisdictio metu extorta, l. 2. §. 1.
 resp. ff. de iud. renunciatio beneficii facta ad
 emptionem siue detentionem potestatis
 sæcularis, licet à resignantis ipsius prælato
 recepta & rata habita fuerit: clem. 2. §. sane &
 ibi gloss. in verbo nullius omnino de Pen. Pan. in c.
 ad aures num. 2. hoc tit. ab iniuste detento pro-
 missio facta, in carcere detrudenti, vel eius
 participi: l. qui in carcerem ff. hoc tit. & ibi Barr.
 post gloss. ordinatus per metum in subdiacon-
 num recipit characterem, sed non cogitur
 continere, pulchre Cas. decis. 1. & 2 hoc titu. qui
 late in vtramq. partem d. quæstionem disputat. de
 Stylo Cancellariæ, taliter promotus denun-
 ciatur, ad seruandam continentiam non te-
 neri, & matrimonium contrahere libere &
 licite posse, baptizato t̄ metu imprimitur
 character & cogitur viuere vt baptizatus,
 cap. de iudeis 45. dist. quia obligatio profitendi
 fidem catholicam est essentialiter & natu-
 raliter annexa characteri baptismatis, obli-
 gatio vero continendi subdiaconatui, ex
 statuto ecclesiæ & tacito voto: Cas. d. decis. 2
 num. 26. qui late in vtramque partem hanc qua-
 stionem disputat. Consultum t̄ est protestari
 de metu, quia protestatio tollit actum con-
 trarium subsequenter, & potest fieri parte
 ignorante, Felin. in c. cum M. num. 29. vers. fallit
 quinto de constit. Panor. in cap. tua nos num. 9. de
 spons. datur durante causa, semperque re-
 petita censetur: Felin. in d. cap. cum M. sub num.
 7. vers. 2. limita de constit. Achill. decis. xj. de pæn.
 debet concipi respectu futuri temporis,
 vt si contingat me in futurum promittere,
 non intendo me obligare, Bald. in l. pacta no-
 uiss. sub n. 7. vers. in hac q. C. de pact. & ibid. la son
 sub n. 12. vers. limita concl. Anch. in c. tua nos sub n.
 8. vers. quod intelligo secundum Host. de sponsal.

Bb

Bert.

Bart. in l. non solum §. mori em num. 15. & 16 ff. de nou. oper. nunciat. verum huiusmodi protestatio non est necessaria, Pan. in cap. 1. num. 6.

11 hoc tit. Metum ꝛ passio eiusque successoribus, quoniam & rei persecutionem habet, l. si cum §. post annum res ff. l. quod diximus §. 1. in fine ff. hoc tit. siue perfecta sit siue imperfecta res sit, l. metum 3. §. sed quod prator ait in fine ff. hoc tit. datur actio, quod metus causa personalis, in rem scripta, aduersus eum qui vim admisit, etiam si res ad alium peruenit, d. l. si cum §. padius, & omnes habentes commodum ex metu, d. l. metum 2. §. fin. & l. illud d. l. si cum §. aliquando & §. seq. ff. hoc tit. & quatenus commodum ad eos peruenit, l. si qui alius ff. hoc tit. quamuis vim aut metum intulerint, d. l. metum 3. §. fin. & d. l. illud ff. hoc tit. sed alius metum fecit, nam in alterius præmium verti, alienum metum non oportet, d. l. padius d. §. aliquando l. non interest C. hoc tit. Si plures metum adhibuerint, quilibet tenetur in solidum, quia hæc actio est ex delicto, sed vnus solutio liberat omnes, quia ab initio est persecutoria rei, non pœnalis, l. si cum §. fin. & ll. seq. ff. hoc tit. in qua est exprimendum cui metus sit illatus, sed non est exprimendum, quis metum fecerit, d. l. si cum §. in hac actione l. sed & ex dolo §. fin. & ibi glossa

12 pen. ff. de dolo, arbitraria ꝛ d. l. si cum §. hac autem §. præterea Inst. de action. in qua restitutio facienda est in integrum, officio iudicis, vt si res per vim tradita est, retradatur, & de dolo repromittatur, ne forte deterior res sit facta, si acceptilatione liberatio interuenit, restituenta est in pristinum statum obligatio, si per vim stipulanti promiserim, stipulatio accepta facienda erit; sed & si vltus tractus vel seruitutes amissæ sint, restituendæ erunt, d. l. metum §. item Iulianus & §. ex hoc. si metu coactus nudo pacto ab emptione & venditione discesserim, competit hæc actio vt se

reponat in pristinam obligationem, l. si mulier §. si metu ff. hoc tit. aut coactus hereditatem repudiarim: d. l. si mulier §. fin. cum partu ancillarum, tætu pecorum, fructibus, omni causa, & omnibus accessionibus perceptis, & quæ à petitore percipi potuissent, l. sed & partus l. si cum §. labeo ait ff. hoc tit. Pan. in c. abbas nu. 3. hoc tit. intra ꝛ annum vtilem in quadruplum, in quo inest simplum, d. l. si cum §. sed etsi. Quadruplatur id in quo quis damnum patitur, d. l. si cum §. pen. & omne id, quodcunque restitui oportuit, si non restituat intra quadrimestre tempus, quod datur iudicatis, d. l. si cum §. 1. & §. hac autem actio est & §. quatenus & ibi Bart. n. 5. siue condemnatio ad factum, d. l. si cum §. sed etsi quis, siue ad speciem, siue ad quantitatem facta fuerit, l. si is fideicommissi ff. de vsur. gloss. in verbo statutum in l. fin. C. de execut. rei iud. & ibi DD. l. 3. C. de vsur. rei iud. & ibi DD. Bart. in d. §. quatenus num. 5. contra gloss. ibidem, per vnam sententiam videlicet, condemno te, ad rem restituendam, & si rem non restituas, ex nunc condemno in quadruplum: l. conductores C. locat. l. non abs te C. vnde vi, vel per duas sententias, in quarum prima condemnet ad rem restituendam, in altera te non restituta intra tempus datum iudicatis condemnet in quadruplum, gloss. in verbo datam d. §. hac autem actio d. l. si cum ff. hoc tit. & ibi CD. Prima est definitiua, quia debet ante eam libellus offerri, lis contestari & seruari ordo iudiciarius: secunda est executio primæ, in qua non requiritur libellus, hoc enim venit arbitrio iudicis, quod habet super hac actione, d. l. si cum §. in hac actione res ff. fin. & pro illa habet nouam dilationem, quæ datur iudicatis, Bart. in d. §. quatenus n. 6. ac ab ea potest appellari, quia à pronuntiatione de exequendo appellatur, l. ab excoctore ff. de appell. & ibi gloss. 1. l. ab executione & ibi glossa 1. C. quor. appell. non resp. tum quia

potuit esse, quod prima fuit iusta, & non secunda, d. l. si cum §. quatenus vers. quod si homo, & huiusmodi appellatione pendente, restituendo rem, non potest evitare pœnam, nisi intra tempus quod datur iudicatis, Bart. 14 in d. §. hac autem actio in fine, Post annum ꝛ datur in simplum, non semper, sed causa cognita, si alia actio non sit, ut si per metum facta iniuria, anno vtili exoleuerit, post annum hæc actio datur: l. si per vim c. hoc titul. vers. post annum vero, alia autem actio esse sic potest, si is cui vis admilla est, decesserit, hæres eius post annum habet petitionem hæreditatis, quoniam pro possessore, qui vim intulit, possidet, propter quod hæredi non erit hæc actio, d. l. si cum §. post annum hoc tit. Datur in hæredem, & ceteros, in id, quod ad eos peruenit, licet enim pœna ad hæredem non transit, attamen quod turpiter vel scelere quæsitum est, ad compendium hæredis non debet pertinere, l. quod diximus §. fin. ff. hoc tit. sufficitque semel ad proximū hæredem peruenisse, & si consumpto eo, decesserit aduersus hæredem hæredis omnino competit hæc actio, quia semel perpetua esse cœpit: l. videamus l. quod autem l. quantum ff. hoc tit. Ex decreto diui Marci, creditor rem vllam debitoris, vel pecuniam debitam, non ab ipso sibi sponte datam, sine illo iudice temere possidens, aut accipiens, vel ius in eam rem, sibi dicens, ius crediti amittit, non ipso iure sed per sententiam, l. extrat ff. hoc tit. fallit vs per glo. ibi in verb. 15 sine vilo, Secundo competit ꝛ metum passo exceptio, in qua non est exprimendum quis metum fecerit, aut cui metus factus fuerit, sed sufficit docere, quod omnino metus causa factum est, in hac re, à quocunque, l. apud celsum §. fin. ff. de dol. mal. & met. except. l. sed & ex dolo §. fin. & ibi glossa penult. ff. de dolo, 16 Tertio si ꝛ Dominus erat, datur ei vtilis vè-

dicatio, quia res in bonis eius est, qui vim passus est, l. si vi vel metu C. hoc tit. l. si mulier §. fin. ff. eod. sed et si in quadruplum quis egerit, finitur in rem actio, & econtra sola electione, quia in pœnali quod metus causa continetur rei persecutio, d. l. si mulier §. fin. d. l. metum §. licet & ibi glo. in verbo finiri & DD. Metus semel illatus semper durare præsumitur, quando causa, ex qua metus inferebatur, subsistit, Bart. in l. 2. num. 6. & 7. C. de is qua vi metusq. causa P. & ibi Bald. n. 10. & seqq. & DD. c. cum locum de spons. Dec. l. in omnibus causis 1. nu. 14. ff. de reg. iur. Greg. xv. decis. 392. per totam, quodcunque interuallum intercedat, Fr. Aret. in l. interpositas num. 4. C. de transact. Dec. d. l. in omnibus causis sub n. 14. quicumque actus fiat, præ se ferens liberam voluntatem, & incundum animum, Abb. antiq. in e. super hoc in verbo non vi nec metu & ibi Can. de renunc. late Greg. xv. d. decis. 392. n. 3. & per totam & ibi annot. attamen excluduntur hæc actiones sublata proxima ꝛ causa metus & violentiæ, c. cum 17 locum de sponsal. c. recedens de procurat. spontanea solutione, l. cum tela. 1. & l. si per vim in princ. C. hoc tit. nisi ꝛ iurauerit soluere, quia 18 videtur magis soluere causa euitandi periuurii, quam animo approbandi contractum, nam quodcunque subest aliqua coniectura, quod metum passus, faciendo postea actum spontaneum, cum non faciat animo approbandi contractum, sed propter aliam causam tunc non resultat approbatio, l. 2. & ibi Bart. num. 8. & 10. & ibi DD. & l. si per vim & ibi Bart. n. 2. C. hoc tit. Pan. in d. c. ad audientiam n. 3. hoc tit. & ibi Can. Ratificatione professionis metu factæ: c. 1. in fine hoc tit. c. significatum cap. cum verum de regul. & c. metu iuste illato; l. si mulier ff. hoc titul. Pan. in c. 2. n. 7. eodem. rei interitu ꝛ si res ipsa metu ex 19 tortâ, apud bonæ fidei emptorem, sine dolo malo eius pereat, l. si ipsa res ff. hoc tit. d. l. si

cum §. aliquando, si in pecuniam, aliamve rem conuersa sit, nihil ultra querendum est, quis exitus sit, sed omnino locuples viderur, licet postea deperdat. *d.l. si ipsa res*, periculum vero interitus rei pertinet ad eum, qui metum intulit, etiamsi sine dolo malo & culpa eius perierit, & re perempta durat arbitrium iudicis, nisi eodem modo erat peritura penes actorem, aut pereat post secundam sententiam intra tempus iudicati. *l. i. & ibi Bart. post gloss. C. hoc tit. d. l. si cum §. quatenus & ibi Bartol. & DD.* non propter dilationem legalem, quia hæc excusat ab usuris, non ab interitu rei, tum quia præcessit mora, quæ per sententiam, non est purgata, sed aggravata, sed speciale est, quod re perempta, intra tempus, quod datur iudicatis post secundam sententiam, metum inferens non teneatur de interitu propter pœnam tripli: *d. §. quatenus vers. quod si homo & ibi gloss. in verb. quia tripli & DD. communiter*, fuga serui, si bonæ fidei possessor cauerit restitutorum, si in eius potestatem deuenierit, *d. l. si cum §. aliquando*, ab eo vero, qui metum intulit, pro eo qui in fuga esse dicitur, cautio extorquenda est, quatenus & persequatur, & omni meliori modo restituat, si inuenierit, alias æstimationem, *d. l. si cum §. quatenus vers. quod si homo*, exceptione retentionis, propter pretium, licet secus in vi expulsiua, *l. si vi vel metu C. hoc tit. & ibi Bart. post glo. & Bald.* quia pro vi compulsiua nullum competit possessoriæ, sed utilis vendicatio, aut personalis actio: exceptione tua non interest, quia hæc actio damnum exigit, *l. si d. & partus §. fin. ff. hoc tit.* præscriptione longi temporis per bonæ fidei emptorem, non per metum inferentem, propter eius malam fidem, nam actio quod metus causa, est personalis in rem scripta, excedit suos terminos, & exceditur à non terminis suis: *gl. in l. si vi vel metu C. hoc*

tit. in verbo monitus & ibi Bart. num. 10. vñ facatione triennij, quoad fructus perceptos ante triennium, nam sicut, si non esset Dominus, eos præscriberet triennio, cum sit bonæ fidei possessor, eodem modo in hac actione præscribit fructus triennio, *l. sequitur §. fructus & ibi gl. ff. de vsucap. Bart. in d. l. si vi vel metu num. 22 & ibi Bald. & per hæc dem*, bonæ fidei possessorem, possunt vsucapi titulo pro hærede, *Castren. in d. §. fructus.*

De in integrum restitutione.

Titulus XLI.

S V M M A R I A

1. Restitutionis in integrum descriptio. Est beneficium mixtum,
2. Restitutionis in integrum cognitio agitanda est apud iudices ordinarios administrationem habentes.
3. Aduersus sententiam definitiuam delegati à principe solus princeps restituit.
4. Restitutionem petens, cogitur adire iudicem illius, in cuius præiudicium restitutionem petit.
5. Minor viginti quinque annis datur restitutio toto tempore minoris ætatis, & postea intra quadriennium continuuum.
6. Quid iuris sit si beneficio principis ætatis veniam fuerit consecutus.
7. Minori aduersus gesta post completum vigesimum quintum annum non datur restitutio regulariter.
8. Nisi fecerit quadam ex necessaria sequela actus gesti in minore ætate.
9. Minor restitutionem petens duo debet probare, minorem ætatem & lesionem.
10. Fallit duobus casibus.
11. Ecclesia datur restitutio, & vititur iure minoris, facti maioris.
12. Reipublica, Ciuitati, Castro, villa datur restitutio.
13. Maior restituitur, dummodo iusta causa probetur.

- 34 Restitutio datur minori, & ijs qui iure communi restituuntur in omne gesto.
- 35 Aduersus contractum.
- 36 In beneficiis stante laesione.
- 37 In iudicijs.
- 38 Aduersus aditionem hereditatis.
- 39 In lucro omisso.
- 40 Aduersus sententiam interlocutoriam & definitiuam.
- 41 Contra res bis iudicatas.
- 42 Contra tres conformes.
- 43 Restitutio datur minoribus, & heredibus, categorisq; successoribus vniuersalibus minorum.
- 44 Restitutio datur contra illum, cum quo gestum est, eiusque heredem, in subsidium contra tertium.
- 45 Restitutio non tribuitur ei, qui mero iure mutus est.
- 46 Quae regula limitatur duobus modis.
- 47 Restitutio ex quocunque capite petatur, datur quadriennium continuum ad interponendam contestationem, litemq; finiendam.
- 48 Ex quadriennio subducitur omne legitimum impedimentum.
- 49 Currit quadriennium à die laesionis, & pro varietate subiecti varietur.
- 50 Dilatio probatoria qua inter metas restitutionis, valet aritari, actori & reo tribuitur, quod si inter eas angustari nequeat, actori denegatur, reo ex iusta causa conceditur.
- 51 Restituito minori concessa non prodest eius fideiussori.
- 52 Minori restitutio in integrum quibus casibus denegatur, & plures enumerantur.
- 53 Minori an detur restitutio in integrum aduersus usurpationem, vel praescriptionem.
- 54 Inductam ex vltimis voluntatibus, & conuentionalem.
- 55 Statutariam.
- 56 Praescriptionem triginta vel quadraginta annorum.
- 57 Restitutionis effectus varius est secundum subiectam materiam.

- 38 Restitutionem petens debet soluere expensas.
- 39 Restitutio postulat, impedit executionem sententiae.
- 40 Fallit quando ex pluribus coniecturis in petente restitutionem arguitur ex cogitata malitia.
- 41 De Stylo: Curia restitutio non retardat executionem primo loco petitam.
- 42 Concessa prout de iure retardat donec cognoscatur an sit danda restitutio.
- 43 Restitutio semel concessa iterum conceditur.
- 44 Restitutio semel denegata non conceditur maiori, neque etiam ecclesiae vel minori, praeterquam ad appellationem omissam à sententia denegationis, vel etiam ad totam causam propter rationes de nouo repertas.

DICTVM est de restitutione, quae datur ratione metus, nunc subnectit titulum generalem de in integrum restitutione, per quam subuenitur. Ecclesijs & minoribus iure communi, maioribus ex iusta causa, si quis agens vers. huic enim Inst. de act. §. extraneus Inst. de heredum qualit. & differ. & vtrobig; DD. Est autem iuris reintegratio, quia iudex plurifariam hominibus, vel lapsis vel circumscriptis subuenit, siue metu, siue caliditate aduersarij, siue ætate, siue absentia inciderunt in captiorem, siue per status mutationem, aut iustum errorem, l. 1. & 2. ff. de rest. in integr. vt quilibet ius suum habeat saluum, tam is qui restituitur, quam alius, contra quem postulatur, l. vnica C. de reput. quae sunt in iud. in integ. restit. l. quod si minor §. restitutio ff. de minor. & c. nullaque actio vel cautio datur, sed totam pendet ex cognitione praetoris, d. l. quod si minor §. fin. c. fin. de offic. sud. debet peti per se vel procuratorem habentem speciale mandatum, l. illud §. fin. & l. seq. ff. de minor. & c. late Couar. variar. resol. libr. 1. cap. 6. per totum. Myns. obs. 26. cent. 2. Est beneficium nec personale nec reale sed

mixtum, *Myns. obs. 18. cent. 4.*

- 2 Cognitio restitutionis in integrum agitata est apud iudices ordinarios administrationem habentes, vt episcopos &c. delegatos ab eis, siue ad vniuersitatem causarum, quia restitutio in integrum competit iure magistratus, *l. 1. in princip. ff. de offic. eius cui mand. est iuris.* siue hoc ipsis delegatis specialiter demandatum fuerit, siue in commisso eis negotio contingat incidere huiusmodi quaestionem. Ordinarij vero, qui administrationem non habent, sed tantummodo facultatem iudicandi, vt capitaneus appellationum in alma vrbe, delegati ab eis, ac arbitri de causa restitutionis non possunt cognoscere, nisi coram eis mota fuerit incidenter, *c. pen. & ibi gloss. & Can. hoc tit. l. fin. C. vbi & apud quem cognit. restit. in integr. agit. sit.* Minor magistratus contra sententiam maioris non restituit, *l. minor 2. ff. de minor. &c.* Successor in magistratu contra sententiam sui prædecessoris restituit, quia contra sententiam à se latam restituit, *l. in causa cognitione la. 2. §. fin. cum duabus ll. seqq. ff. de minor. & successor pari, imo eadem potestate fungitur, c. innotuit §. quamuis de elect.* Nullus restituit, aduersus ꝑ sententiam definitiuam delegati à principe, nisi solus princeps, *l. aduersus C. si aduers. rem. iud.* ne quidem legatus de latere, nisi habeat speciale mandatum; *c. studisti de off. leg. c. pastoralis §. quia vero de offic. deleg. aduersus suam interlocutoriam ipsemet delegatus principis potest restituere, l. fin. C. vbi & apud quem cog. restit. in integr. & ibi Bart. & DD. in d. l. aduersus.* Regulariter petens ꝑ restitutionem, cogitur adire iudicem illius, in cuius præiudicium restitutionem petit; *l. 2. C. vbi & apud quem cognit. restit. in integr. &c. & ibi Bart. & DD.* Speciale est in ecclesia & personis ecclesiasticis, quod possint etiam in bonis patrimonialibus petere restitutionem

in integrum, coram iudice ecclesiastico, aduersus contractum cum quocunque etiam laico initum, & præscriptionem inductam ex statuto seu consuetudine laicorum, *c. pen. de reb. eccl. alien. vel non. Pan. in c. 1. n. 18. & in c. constitutus in 1. not. hoc tit. Couar. var. resol. lib. 1. c. 4. n. 2. & seqq.* Datur restitutio ꝑ minori ꝑ viginti quinque annis toto tempore minoris ætatis, quod spectatur à momento in momentum & læsio contingat vltimo momento vigesimi quinti anni, si aatus sit bisepto, siue priore siue posteriore die, duo dies computantur pro vno, *l. 3. §. minore ff. de minor. &c.* momento completo olim habebat vtilem annum, hodie quadriennium continuum, quod incipit currere ex quo vigesimi sexti anni dies illuxerit, *l. fin. C. de temp. in integr. restit.* & si forte ꝑ beneficio principis ætatis veniam fuerit consecutus, quæ perraro indulgetur, *l. demque ff. hoc tit. l. 2. C. de his qui veniam at at. impetran.* non à data rescripti, sed ex eo die, quo huiusmodi indulgentia in iudicio competentis fuerit intimata, eique administratio propriæ rei permessa, ita tamen vt nunquam minoribus viginti quinque annis constitutis de ijs, quæ ante impetratam veniam ætatis gesserunt, auxilium restitutionis in integrum denegetur, *l. ea quæ C. de temp. in integr. restit. & ibi Bald.* Aduersus gesta ꝑ post completum trigessimum quintum annum, aut postquam administratio ipsi fuit decreta, etiam si lædatur, non habet restitutionem in integrum, *l. 1. vers. apparet ff. de minor. &c. l. 1. C. de his qui ven. at at. impet.* aut si maior factus approbauerit, tacite vel expresse quod minor gesserat; *l. 1. & 2. C. si ma. fact. rat. hab.* nisi calliditate aduersarij, negotium sit protractum, vt maiore eo facto perficeretur, aut maior factus fuerit quædã executiue & ex necessaria ꝑ consequentia, seu sequela actus gesti in minore ætate,

ætate, videlicet minor se immiscuit hæreditati paternæ maioriq; factus exegit aliquid à debitoribus paternis, minor vendidit, maior factus tradidit, quibus casibus si desiderat, in integrum est restituendus in respectu initio, l. denique §. si quis cum minore ff. de minor. 25. annis & ibi Bart. post gloss. quod si actus à maiore gestus non veniat executiue aut non habeat necessariam consequentiam ad actus factos, in minori ætate, cessat restitutio. Vnde minor contra quem, postquam maior est factus, conclusum fuit in causa, & lata fuit sententia petens restitutionem aduersus ipsam sententiam, non auditur, quando omnia acta iudicialia in minore ætate sunt perfecte & solemniter facta, nam licet sententiam ferri habeat necessariam consequentiam, ad litem motam, l. de qua re ff. de iud. tamen talimodo ferri, non habet necessariam consequentiam ad initium litis motæ; vnde ex solo actu sententiæ fuit deceptus, & non ex consequentia primi actus, nam iudicia requirunt tractum temporis, & non possunt retrahi ad momentum temporis; secus si peteret restitutionem aduersus sententiã, tanquam male latam, ex defectu libelli, vel ex defectu probationis, quam omiserat, in minori ætate; quo casu sententia habeat necessariam consequentiam ad illum actum, quia iudex sic facere debuisset, Bart. in d. §. si quis cum minore & ibidem Bald. & DD. communiter. Ex t̄ quibus constat, quod minor restitutionem petens, duo debet probare, primo, quod esset prior tempore contractus, vel sententiæ latæ; secundo quod læsus sit, l. verum §. sciendum l. ait prator §. non solum ff. de minor. l. si minorem & ibi gloss. fin. iuncta l. minoribus C. de integ. restit. minor. c. constitutus hoc tit. l. nam. postea §. si minor ff. de iur. iur. Myns. obs. 16. cent. 4. vel lucrum captandum dolo aduersarij vel sua facilitate neglexerit, d. l. ait

prator §. fin. & l. seq. Pan in d. cap. constitutus nu. 5. aut litibus & tumultibus se implicuerit, l. minoribus la. 1. l. quod si minor §. 1. l. non omnia ff. de minor. & c. Fallit in t̄ mutuo, in quo deceptus præsumitur, nisi probetur locupletior, in odium feneratorum, l. 1. & 2. C. si aduersus cred. Fallit secundo, in minore petente restitutionem in integrum contra appellationem à se omisam qui nõ tenetur aliud probare quam quod sit minor, satis enim læsus censetur qui non prouocauerit, Myns. obs. 17. cent. 4. Datur quoque restitutio ecclesiæ, quæ vititur t̄ iure minoris facti maioris, in t̄ tra quadriennium continuum à tempore læsionis, clem. 1. & ibi gloss. in verbo iure minoris hoc tit. c. 1. eodem in 6. vel à tempore emanatæ confessionis iudicialis, si aduersus confessionem petatur restitutio computandum, cap. 2. hoc tit. in 6. ac t̄ etiam reipublicæ, l. reipublicam C. de iure reip. lib. xi. l. reipublica C. quib. ex caus. maior. ciuitati, castro, villæ, l. si hæres iustus §. vicus & ibi las. num. 2. 3. & seqq. & DD. ff. de legat. 1. Gail. obs. 62. lib. 2. quamuis loco priuatorum sunt, l. eum quis sine ff. de verb. signif. item maiori, dummodo t̄ iusta causa restitutionis probetur, l. 1. ff. ex quib. caus. maior & c. Pan. in c. ex literis num. 5. & 7. hoc tit. etiam in causa fauorabili, ac matrimoniali, c. ex literis hoc tit. l. 2. C. ex quib. caus. maior. & c. §. si quis agens. Inst. de action. Negligentia procuratoris in non appellando, non præbet iustam causam restitutionis, cum imputandum sit principali, qui debuit diligentiore procuratorem eligere, Bald. in auth. sed hodie num. 3. C. de appell. qui distinguit an procurator sit soluendo vel non Pan. in c. cum venissent num. 17. & 20. de rest. in integ. late Afflic. decis. 344. & ibi Vrsi. limitat tribus modis Quine. mandos. in foro commiss. 32. restit. ad prosecut. app. in verbo causam appellationis vers. contrarium dicens semper dari restituit, in matrimo-
nial.

14 *nia. & caus. benefic. quia in istis non cadit affirmatio.* Danda restitutio est ꝑ minori, & ijs, qui iure communi restituuntur in omni gesto, *l. 1. vers. prator edicū & l. ait prator in princ. ff. de minor. Bart. in l. fin. sub n. 5. vers. aduerte C. in quibus causis in integr. restit. non est necess.* (si nihil cum minore gestum est, licet læsus sit, non est locus restitutioni) *l. verum §. sciendum ff. de minor. & c. l. non videtur & ibi gloss. 1. C. de in integ. restit. minor. & c. Bart. in l. xv. cum filius familiaris §. in hac stipulatione num. 2. ff. de verb. oblig. Casar. decis. 1. n. 5. & 6. hoc tit. siue contractum ꝑ sit, siue quid aliud contigerit, sed*

15 *et si ei pecunia à debitore paterno, vel proprio soluta sit, & hanc perdidit, aut fideiussorio nomine se aut rem suam obligauit, vel se maiorem affirmauerit, tot. tit. C. si minor se maiorem dix. Myns. obs. 20. cent. 4. Pinguis est priuilegium ecclesiæ, in restitutione aduersus contractum, quam minoris, quia si minor iurauit non contrauenire, non restituitur, auct. sacrament. apuberum C. si aduers. vend. si autem Prælatus iurat non contrauenire in contractu damnofo ecclesiæ, sic iurando deierauit, & ecclesia eodem petente, vel alio restituitur, c. quod quis 35. quest. 9. cap. si quis de rebus eccles. non alien. c. sicut. c. intellecto de iureiur. c. cum venissent de Instit. In beneficialibus*

16 *ꝑ minori non datur restitutio, si res non sit integra, quia beneficium sit collatum alteri, si ipse agat de lucro, cap. ex parte de rest. spoliat. & ibi Pan. num. 14. & 15. Put. decis. 5. de restit. in integr. Put. decis. 9. lib. 3. Garc. de benef. parte xj. cap. 3. §. 1. num. 60. & 61. stante læsione, re integra, Put. decis. 3. de rest. in integ. Pau. in d. c. ex parte num. 14. & seqq. de restit. spoliat. & re non integra, minori datur restitutio ad beneficium resignatum, etiam alteri collatum, si ex hoc lædatur, absque noua collatione: gloss. in d. l. ait prator in verb. quid aliud Pan. in d. cap. ex parte num. 14. post gloss. de restit.*

spoliat. Put. decisione 427. lib. 1. Couar. var. resolu. lib. 1. cap. 6. per tot. non tamen aduersus omnifam publicationem resignationis beneficii: quia non facta publicatione, ex actu resignationis, nihil illi fuit acquisitum. Put. decis. 443. lib. 1. Achil. decis. 10. hoc tit. l. ait prator, & ibi gloss. in verb. quid aliud ff. de minor. Pan. in cap. ex parte num. 14. de restit. spoliat. Sed & ꝑ iniudiciis minori lubuenitur, si dum agit, siue dum conuenitur, captus sit, d. l. ait prator in princ. & §. non solum, tam in petitorio, quam in possessorio iudicio manutentionis, gloss. 4. in l. vnica C. si de mom. possess. & ibi Bal. num. 9. & DD. Casar. decis. 2. hoc tit. ac recuperandæ siue in spolio, Ioan. And. in cap. 1. num. 2. hoc tit. in 6. & ibi Anchar. num. 4. Gemin. nu. 6. Franc. n. 4. prope finem, & quando ex aliquibus signis, Ripa in c. sape de rest. spoliat. num. 2. enume. at 12. posset videri, quod per possessionem inferretur enormissimum damnum; Achil. decis. hoc tit. Ripa in c. quod sape sub num. 3. de restit. spoliat. Curt. in c. admonendi numer. 203. ff. de iureiur. maiori veto in possessorio non datur restitutio, Casar. decis. 16. num. 14. de prob. Put. decis. 34. & seq. lib. 1. gloss. in l. vnica in verb. reformationem, C. si de mom. poss. & ibi DD. Franc. in c. 1. num. 4. de in integr. restit. in 6. nisi ob instrumentum de nouo repertum. Casar. decis. 2. num. 3. hoc tit. per l. 1. ff. ex quibus caus. maior. Minor restituitur, si quasi contumax condemnatus sit, l. minor 1. ff. de min. 25. annis. aduersus negligentiam procuratoris, cap. 2. hoc tit. ac post publicatas attestaciones, docto summarie, quod habet nouas probationes, aduersus necessariam probationem ommissam, & super articulis antiquis prius probatis, licet minus sufficienter, l. minor viginti quinque 2. ff. de minor. & ibi DD. Eodem iure vitur ecclesia, cap. coram hoc tit. nedum contra priuatum, sed etiam contra aliam ecclesiam, c. auditis hoc tit. & ibi Pan. nu. 26. post Inno. & Can.

18 & *Can. Achil. decis. 9. hoc tit.* Sed et si hæreditatem minor adit, minus lucrosam, succurritur ei, ut se possit abstinere; idem est, in qualibet alia successione, plane qui post aditam hæreditatem restituitur, debet præstare, si quid ex hæreditate in rem eius peruenit, nec perit per imbecillitatem ætatis, *d. l. ait prator §. sed et si hæreditatem §. seq. ff. hoc tit. §. extraneis Inst. de hered. qual. & different.*

19 Nec non ¶ in lucro omisso, si in optionis legato deceptus sit, dum eligit deteriorem; vel duas res alternatiue promiserit & pretiosiorrem dederit, si res eius venierit, & existat, qui plus liceatur: *d. l. ait prator §. fin. & l. seq. ff. de minorib. c. constitutus hoc tit.* Item restituitur minor ¶ aduersus sententiam interlocutoriam ac definitiuam præsidis Præfecto Prætorio Imperatoris & Pontificis præmissa cognitione læsionis interdum plena interdum tummaria, *l. cum & minores l. fin. si aduersus rem, l. d. Myns. gloss. 21 cent. 4.* contra res bis

21 ¶ iudicatas in consistorio principis, ac sententiam summi Pontificis, *cap. cum ex litteris hoc tit.* Sufficitque qualiscunque iniustitia etiam non notoria, ad retrahendam sententiam etiam quæ transiit in iudicatum in supremis tribunalibus; *c. inter de re iud. l. plane vers. sed benignius ff. de petit. hered. Guid. Papa decis. 368. Cas. decis. 10. num. 12. de sent. & re iud. Rot. diuers. decis. 351. num. 5. part. 1. Card. Seraph. 251. Greg. xv. decis. 459. & ibi annot.* item quando constat de bono iure ex nouiter deductis, *Caputaq. decis. 94. part. 3. cap. cum olim de sent. & re iud.* In danda minori restitutione

22 aduersus tres ¶ conformes; Rota variè processit, & alias secuta fuit opinionem Bald. & Alex. negatiuam, ne tres sententiæ magno dpendio obtentæ sint ludribo, aliquando secuta est opinionem Salyc. affirmatiuam, quando vel ex nouis vel antiquis probationibus aliquid apparet, quod excludit præ-

Summa in Decretales,

sumptionem calumniæ, *Cassad. decis. 1. & Casar. decis. 1. hoc tit. Cou. pract. quest. lib. 1. cap. 25. num. 7. Myns. obs. 84. cent. 3.* Sed quando agitur de reuocandis sententiis rotalibus executioni demandatis, & per plures annos obseruatis, requiritur probatio notoriæ iniustitiæ, quæ nullo velamine offuscari & nulla exculpatione celari possit, *Fel. in c. inter ceteras sub num. 4. vers. sexta declaratio & num. 5. & seqq. de re iud. Dec. in c. quoniam contra nu. 151. & seqq. de prob. Greg. xv. decis. 501. num. 1.* Non so-

23 lum ¶ autem minoribus, verum hæredibus, & cæteris successoribus vniuersalibus minorum datur in integrum restitutio, etiam si sint ipsi maiores, *l. non solum ff. de in integr. restit. l. minor autem §. fin. cum l. seq. ff. de minor. & c. Myns. obs. 19. cent. 4.* Ac patri, qui occupat peculium profectitium iure patriæ potestatis, *l. demique §. Pomponius ff. de minor.* Semper fit restitutio contra illum ¶ cum quo gestum, 24 contractum ve est eiusque hæredem, in subsidium contra tertium, apud quem res peruenit, si sciuit rem istam gestam esse cum minore, vel cognitione prætoriam, vel rescissa alienatione, dato in rem iudicio, si ignorauit, & prior emptor non est soluendo, æquius est minori succurri, etiam aduersus ignorantem, quamuis bona fide emptor est, sed ubi restitutio datur, posterior emptor reuertit ad auctorem suum poterit; quia plures quoque personas si emptio ambulauerit, idem iuris est, *l. in causa cognitione la. 1. §. fin. cum 2. l. seqq. ff. de minor. ijs citatis & causa cognita, d. l. in causa la. 1. §. causal. 3. ff. de integr. restit. l. etiam si §. fin. ff. de minor.* Si nulla alia actio superest, nam si mero ¶ iure quis munitus sit, 25 non debet ei tribui hoc extraordinarium auxilium, *l. in causa la. 2. in princ. & §. 1. ff. de minor.* Fallit ¶ in conditione indebiti, vel sine 26 causa, quæ restitutionem non impediunt, *d. l. in causa la. 2. §. 1. secundum vnā lecturam,* Item

Cc

cu-

cumulatio nullitatis & restitutionis in integrum, *cap. constitutus hoc tit. Myns. obs. 25. cent. 2.* Ac rei vindicationis & restitutionis in integrum permittitur, *Myns. obs. 25. cent. 2. Guido Papa q. 143.* Fallit & in actione de dolo, quæ non competit ei cui datur restitutio in integrum, *Bart. in l. 1. §. idem Pomponius refert ff. de dolo.* Quod si minor omisso auxilio ordinario, quod paratum habet contra curatores, & administratores suos idoneos constitutos, petat restitutionem in integrum, contra possessorem rerum suarum alienatarum, tenetur ei præstare omnes expensas utiles & necessarias, quas bona fide emptor fecisse approbauerit, *l. intra utile §. si ff. de minor. & c.* Datur quadriennium ꝛ continuam ad interponendam contestationem litemque finiendam, ex quocunque capite restitutio postuletur: (licet *Bart. in l. ab hostibus §. sed quod simpliciter num. 12.* distinguat, an restitutio petatur aduersus contractum, vel aduersus læsionem ex maiori tempore quadriennio contingentem, an vero aduersus læsionem minoris temporis, & hoc casu dicat restitutionem petendam, intra tantum tempus, quantum est illud, in quo fuit læsus) de quo minor ætas, iusta absentia, & omne impedimentum legitimum excipitur etiam ex iusto metu, vel alias ex culpa, vel facto iudicis, vel aduersarij forsitan appellantis ab aliqua interlocutoria, vel alias proueniens; *l. fin. C. de temp. in integr. restit. & c. Clem. 1. & ibi gloss. in verbo finiri hoc tit. l. intra utile ff. de minor. & c. Cassad. decis. 2. hoc tit. Myns. obs. 51. cent. 1. dicens superscript. dogma in Camera Imp. non seruari, & tempus instantiæ causæ nullitatis, licet in ea succubuerit, qui instat pro restitutione, arg. l. contra maiores C. de inoff. testam. & ibi gloss. fin. & DD. Achill. decis. 1. hoc tit. ut eurentur circuitus, & ne petatur restitutio aduersus restitutionem. Ideo iudex, antequam*

declaret instantiã, & causam restitutionis in integrum ex lapsu ꝛ quadriennij, peremp- 28
tam; debet præmittere cognitionem quia subductio impedimento requirit inquisitionem facti, *l. 1. ff. de diuers. & temporal. prescript. l. 3. §. si ad diem ff. de re milit. faciunt not. per Bald. in l. eos 1. num. 7. C. de appell. Franc. in c. ex ratione num. 101. de appell. Sententia, post quadriennium elapsum, lata pro actore est ipso iure nulla, d. l. fin. C. de temp. in integr. restit. & ibi Bald. num. 3. & DD. gloss. in Clem. 1. in verb. finiri & ibi DD. hoc tit. arg. Clem. sunt appellationem & Clem. si appellatione de appell. Quadriennium autem incipit currere ꝛ à die læ- 29
sionis, ut dictum est, Clem. 1. hoc tit. & pro varietate subiecti, varie currit: minori currit à principio vigesimi sexti anni ætatis suæ, ut dictum est: maiori lapsu tempore absentia currit, post reuersionem & postquam composuit sarcinulas: *l. ab hostibus §. fin. & ibi gl. mag. & DD. ff. ex quib. caus. maior.* Si ecclesia non probauit, in peremptorio, currit à fine termini, & non à die sententiæ; quia finito termino peremptorij completa fuit læsio: *c. 2. & 3. gloss. in cl. I. in verbo à tempore hoc tit.* Ad petendam restitutionem ad appellandum, currit à lapsu decem dierum: aduersus sententiam à die sententiæ: aduersus lapsum fatalium, ubi fatali sunt lapsa, aduersus contractum à die contractus: *c. 1. hoc tit. in 6. & ibi Ioan. And. sub num. 4. & Franc. sub n. 2. in 3. not.* Aduersus confessionem ab ipsius confessionis tempore: *c. 2. hoc tit. in 6.* Post quadriennium lapsum non datur restitutio: maiori etiam ex noua causa, *Achill. decis. 8. hoc tit. attestans ita seruari in Rota ut si aliquis litium finis, neque etiam ecclesiæ vel minori, c. 1. resp. hoc tit. in 6. & ibi glo. in verbo admittenda, nisi præuarcationis aut fraudis manifestæ probeatur commentum, aut alia rationabilis causa subsit, d. c. 1. §. nisi hoc tit. in 6.* quibus casibus*

casibus minor & ecclesia restituntur post quadriennium, *Franc. in d. 1. num. 3. l. meminerint. vers. fin. autem C. unde vi & ibi gl. fin. & DD.* non beneficiatus, *Card. in clem. 1. in 6. quest. hoc tit. Put. 59. & decis. 60. lib. 1. & decis. 279. n. 5. lib. 3.* etiamsi constaret de bono iure beneficiati, *Put. decis. 370. lib. 2. per cap. 1. in fine hoc tit. in 6.* Dilatio ꝑ probatoria, quæ intra metas restitutionis valet arctari, actori & reo tribuitur, quod si intra eas angustari nequeat, quippe si in confinio quadriennij petatur, & eius terminus prorogabit, denegatur actori, propter eius negligentiam; in eius enim arbitrio fuerat, tunc inferre litigium, cum petita dilationis mora, superstitite quadriennio, posset includi: reo ex iusta causa conceditur, etiamsi sese ultra quadriennij definitionem proferat; quia nequaquam steterat in eius potestate, quando litigio pulsaretur, *l. petende C. de temp. in integ. restit.* Etenim potest iudex, ex causa, tempus fatale restitutionis in integrum, & appellacionis, propter necessariam dilationem prorogare; quod perempta instantia, pereat tam instantia quam causa, licet non possit de iure civili, tempus instantiæ causæ principalis prorogare, *l. properandum per totum & s. fin. C. de iud.* Quia in prima instantia causæ principalis, perempta instantia, remanet salua causa, ut possit eam de nouo inchoare, *Barr. in d. l. petenda n. 3.* Dilatione à reo impetrata actor in requirendis probationibus uti minime prohibetur, *d. l. petenda*, Quod si nulla actoris negligentia redargui possit, qui dedit libellum circa principium quadriennij, & diu per reum fuit disputatum super libello, & legitimatione personæ, seu constituti procuratoris, quod modicum ex quadriennio superest ad probationes faciendas, actori dabitur dilatio, quæ quadriennij dimensionem excedat, quia cum cessat ratio negli-

gentiæ, cessat lex, *Barr. in d. l. petenda num. 3.* Si pronunciatum fuerit libellum fuisse aptum seu mandatum sufficiens; secus si pronunciatum fuerit, super ineptitudine libelli, *l. accusaturus ff. de adul. l. quod si nolit. §. si mancipium ff. de edil. edict. l. si pater C. ne de stat. def. Bald. in auct. ei qui appellat num. 2. C. de temp. appell. aut mandatum non sufficere, c. Nicolao de appell. l. si procuratorem §. si tutorus ff. mand. l. 2. §. si mater ff. ad SC. Tertull. & c. Bald. in d. auct. ei qui appellat. sub n. 2. vers. quarto si appellans misit & c.* Restitutio ꝑ minori concessa, non prodest eius fideiussori, nisi minor dolo aduersarij fuerit circumscriptus, *l. 1. & 2. C. de fideiuss. min. & data minori fideiussori aut mandatori non liberat reum principalem: l. minor se in id ff. de minor. & c. concessa filiofamilias minori non prodest eius patri, proinde si iussu patris obligatus sit, pater poterit in solidum conueniri; filius autem auxilium restitutionis impetrare debet, si ipse conueniatur, si sine iussu patris contraxit, & captus est, siquidem pater de peculio conueniatur, filius non est restituendus, si filius conueniatur, poterit restitui siue principaliter siue fideiussorio nomine sit obligatus, nam licet inter sit filij, peculium habere, magis tamen interest patris, qui potest ad libitum peculium reuocare, quam filij *l. denique §. sed vtrum ff. de minor. & c. & ibi gloss. & DD.* filiafamilias in dote capta, dum consentit patri, non statim dotem stipulanti quam dedit, vel adhibenti aliqui, qui dotem stipularetur, restituenda est, quoniam dos ipsius filix proprium patrimonium est, *d. l. denique §. ergo etiam*, Minori ꝑ non datur restitutio propter minimam rem, vel summam, si maiori rei, vel summæ præiudicetur: *l. suo ff. de restit. in integr.* Quando mandato maioris res eius administravit, cum eo modo potius maiori contuleretur, cuius damno res sit*

cessura: l. cum mandato ff. de minor. Quando
 damnum prouenit ab euentu, l. verum § sci-
 endum ff. de minor. in rebus fortuitis casibus
 subiectis, nisi aut sordes æuo evidens gratia
 tutorum vel curatorum doceatur: l. celsi sine
 in princ. vers. & districte ff. de minor. & c. Aduer-
 sus contractum iuratum etiam si non fuerit
 eertioratus, DD. in auct. sacramenta puerum
 C. si aduersus vendit. Can. in cap. cum contingat de
 iureiur. Gail. obs. 41. lib. 2. Sed arguere poterit
 contractum huiusmodi nullitatis ob defe-
 ctum solemnitarum: c. cum dilecta § fin. de re-
 script. c. venerabili de offic. de leg. l. cum si §. si præ-
 tor ff. de transact. Gail. obser. 63. lib. 2. Aut do-
 lum verum, l. si ex causis §. nunc videndum ff. de
 minor. & c. vel præsumptum in futurum; l.
 auxilium 3. resp. ff. de minor. Secus in dolo præ-
 sumpto in præteritum vt non præsumatur:
 l. vbi ff. de edendo Bart. in d. l. auxilium numer. 1. &
 2. & ibi DD. omittas obiectiones contra te-
 stes, Bald. in d. l. auxilium ante num. 1. ff. de minor.
 Aut omittas interrogatoria: Clem. non potest &
 ibi glossa in verbo grauiora de procur. Cap. Tholos.
 quest. 53. omittas exceptiones declinatorias
 iudicii: Innoc. in c. coram in verbo interlocuim hoc
 titul. Archid. in c. religiosum in gloss. final. 87. dist.
 Vt testes pro aduersario examinati contra-
 rium deponant, Caesar. decis. 1. num. 9. & seqq.
 hoc tit. per infra alleganda. Quia statut primo
 dicto: c. cum in tua & ibi Pan. sub numer. 9. vers.
 aut ex interuallo Felin. nume. 4. vers. secunda con-
 clusio de testib. Rot. decis. 19. de testib. nou. Quan-
 do obligatio habet originem contra maio-
 rem, & cum minore nihil est gestum: l. E-
 milius ff. de minor. & c. l. apud Luhanum ff. ex qui-
 bus causis 17. poss. ff. eatur. l. eum filiusfam. §. in
 sac. & ibi glossa in verbo stetisse & Bart. num. 2. &
 3. ff. de verb. oblig. In executionibus siue prole-
 cutionibus pœnarum contra alios: l. auxilium
 ff. de minor. & c. in delictis dolo, secus si culpa,
 à se commissis, quando est doli capax, §.

pen. Instit. de oblig. qua ex delict. nasc. & c. l. 1. C. si
 aduersus delictum l. si quis te reum & ibi post gloss.
 DD. C. ad leg. Corn. de Sicar. nisi quatenus in-
 terdum miseratio ætatis ad medio crem
 pœnam iudicem perduxerit: d. l. auxilium §.
 in delictis l. si ex causa §. nunc videndum ff. de mi-
 nor. Aut si eum ex damno dato confiteri pos-
 sit, ne dupli teneatur, maluit negare in hoc
 solum restitatur vt pro confesso habeatur,
 & si potuit pro furto damnum decidere,
 magis quam actionem dupli vel quadrupli
 pati, ei subueniatur, vt habeatur pro trans-
 acto. d. l. si ex causa §. sed si. Denique non fit
 ætatis excusatio aduersus præcepta legum
 ei, qui dum leges inuocat, contra eas com-
 mittit, l. auxilium in fine ff. de minor. & c. & ibi
 post gl. fin. DD. facit c. bon. memor. el. 1. circa finem
 principii de elect. cap. quia frustra de elect.

In danda vel deneganda restitutione ¶ 33
 aduersus vfucapionem, & præscriptiones
 seruandæ sunt infra scriptæ regulæ, Quædã
 currunt contra minorem, sine ope restitu-
 tionis vt 60. dierum, in quibus iure mariti, si-
 ne calumnia, vxorem ad adulterii potest accu-
 sare: anni in actione iniuriarum: l. auxilium in
 princ. ff. de minor. & c. quinquennii, quod obij-
 citur minori ad tuendum statum defuncti: l.
 si mater tua C. ne de stat. defuncti & c. l. non est ff.
 eo em nõ numeratæ dotis, Auct. si minor & ibi
 gl. mag. in verbo heredi maiori in fine C. de temp. in
 integr. restit. Quædam ipso iure veteri & no-
 uo non currunt minori, vt quinquennii ad
 proponendam querelam inofficiosi testa-
 menti. l. 2. C. in quibus caus. in integrum restit non
 est necessaria. legitimi temporis ad petendam
 restitutionem in integrum ex persona de-
 functi, cui minor successit: l. interdum ff. de mi-
 nor. & c. quinquennii vel longi temporis, ad
 inducendam confirmationem alienationis
 titulo oneroso vel lucratiuo immobilium
 minoris sine decreto iudicis, quod minori
 etiam

etiam hæredi maioris non currit, nisi post completum vigesimum quintum annum, l. fin. C. si maior factus alien. fac. sine decreto rat. hab. & ibi gloss. fin. & DD. Quædam vero per iura vetera currebant contra minores; per in integrum autem restitutionem, eis subueniebant, quæ hodie, siue brevis, siue longi temporis, si incipiunt contra minores, minoribus ipso iure non currunt; melius enim est intacta eorum iura seruare, quam post vulneratam causam remedium quaerere: l. fin. C. in quib. caus. in integr. restit. non est necess. ideo exceptio non numeratæ pecuniæ potest opponi, per minores toto tempore ætatis, & post vsque ad biennium. Cum enim incipiat currere post vigesimum quintum annum completum, lætio non pertinet ad ætatis beneficium siue quadriennium, quod datur post perfectam ætatem, l. doli mali §. diuersum el. 2. ff. de nouat. tempora quoque quæ dantur ad petendam bonorum possessionem hodie ipso iure non currunt minoribus, Bart. in l. fin. C. in quib. caus. in integr. restit. non est necess. num. 12. Fallit hæc regula in præscriptionibus siue dilationibus, quæ currunt minori sed restituitur vt in tempore instanti, l. propter an. lum §. fin. C. de iud. Pan. in c. fin. n. 3. hoc tu. appellationis interponendæ l. r. C. si sepius in integr. rest. post. & prosequendæ, l. fin. C. si aduersus rem iud. & ibi gloss. fin. & Bart. in omnibus dilationibus datis à iudice, l. & si sine §. pen. & fin. ff. de minor. &c. in tempore conficiendi inuentarii, §. pupillus auct. de hæred. & falcid. Fallit secundo vbi olim dabatur restitutio non simpliciter, seu cum quodam ordine in defectum tutoris, curatoris, procuratoris, quæ etiam hodie currunt ipso iure, Bald. in d. l. fin. post. num. 4. C. in quib. caus. in integr. & c. l. intra viile §. vendentibus & l. cum mandato §. fin. autem ff. de minor. Si vero incipiat contra maiores, currunt minoribus &

si complentur contra illos restituuntur; gl. in l. vnica C. si aduers. vsucapionem l. si fundum ff. de fund. dat. tum quia in præscriptionibus spectamus initium. l. iusto §. si possessionis ff. de vsucap. tum quia per eas à minoribus auferatur dominium; ipsi enim videntur alienare, & transferre in eum cum quo gestum contractumue fuit, l. alienationis ff. de verb. signif. aut contra minores inducitur obligatio, vt in exceptione non numeratæ pecuniæ, quando biennium completur in persona minoris, l. si intra C. de non numer. pecun. & ibi gloss. & probato cursu præscriptionis præsumitur læsus, Bart. in d. l. final. num. 8. in fine & n. 9. C. in quib. caus. in integr. & c. licet Bald. ibidem n. 7. aliter sentiat quem vide, Idem obtinet in præscriptione inducta † ex vltimis voluntatibus, Bart. in l. fin. num. 13. C. in quib. caus. in integr. restit. & conuentionali, vt si cum minore aliquid geratur, ex quo læditur, quia ipse interpellatur, competit sibi restitutio, l. cum filius §. in hac & ibi Bart. & DD. de verb. oblig. si cum minore nihil geritur, quia defunctus dedit creditori potestatem vendendi, post annum, & ipse vendidit ex potestate habita à defuncto absque aliquo facto vel gesto cum minore, cessat restitutio, l. amilius ff. de minor. & c. l. 2. C. si aduers. vendit. pign. & ibi gloss. & DD. Bart. & Bald. in d. l. fin. C. in quibus caus. restit. in integr. non est necessaria. ex edito de minoribus; sed peti poterit ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur posita, in l. 1. §. fin. ff. ex quib. caus. maiores, & c. allegando se ignorasse pactum factum, cum defuncto, glossa in l. cum filius. §. in hac ff. de verb. oblig. Dyn. in c. si quis in ius de reg. iur. in 6. Bart. in l. amilius numer. 5. ff. de minor. 25. annis. Præscriptio statutaria siue consuetudinaria, quæ auferit minoribus, quod sibi iam quaesitum est, ipso iure non currit minoribus, quia † statuta recipiunt interpretationem restri-

Etiam, ne quis indebite damnum patiatur, l. 2. C. de noxal. l. Cesar. ff. de public. l. adigere §. quamuis de iurepat. quæ vero excludit à lucro captando, videlicet vt liceat proximiori rem venditam extraneo intra certum tempus recuperare, oblato pretio currit, contra minores, sed contra eam datur restitutio; quia statuta non recipiunt interpretationem restrictiuam vt quis lucretur. cap. constitutus hoc tit. & ibi Pan. num. 5. & 6. & Can. Bart. in l. fin. num. 14. & seqq. C. in quib. caus. in integr. restit. non est necess. l. ait prator. §. fin. & l. seq. ff. de minor. & c.

36 Præscriptiones longissimi temporis triginta aut quadraginta annorum, in suo statu remanent, & currunt contra minorem, excepta pupillari ætate, in qua interim dormiunt: sicut C. de præscript. 30. vel 40. annorum gl. fin. in d. l. fin. C. de temp. in integr. restit. si maior est pupillo, & præscriptio triginta annorum capit contra eum, & finitur cum eo, tunc currit sine spe restitutionis; quia excedit ætatem viginti quinque annorum, & quadriennium quod datur ad petendam restitutionem; si vero capit cum maiore, vel cum minore, & finitur cum minore, tunc currit, licet detur restitutio. d. l. sicut Bart. in d. l. fin. num. 21. C. in quib. caus. restit. in integr. non est necess. Eff. etus restitutionis ¶ in integrum varius est secundum subiectam materiam, in restitutione aduersus sententiam, perinde est ac si sententia lata non esset: aduersus omittam appellationem, salua manet sententia, sed tenetur restitutus appellare intra decem dies, non enim per restitutionem datur plus temporis, quam id in quo læsus fuit, l. interdum §. plane ff. de minor. Clem. 1. hoc tit. & prosequi appellationem intra terminum iuris, & dicitur prima appellatio: l. 1. & ibi gloss. fin. C. si sepius in integr. restit. postul. Ioan. Andr. in cap. fin. in 7. quæst. h. t. & ibi Pan. sub n. 5. vers. quando restituitur ad appellandum & c. aduersus lapsum fatalium restitutus tenetur

protogare fatalia, vel iuxta stylum Rotæ sufficit diligens instantia, petendo præfigi terminum, & procedi iuxta formam commissionis, quia de stylo Rota non solet præfigere terminum, ne videatur restituere, sed prius cognoscit de bono iure, & postea non alias pronunciando super restitutione, vel non restitutione, si præcedens sententia est iusta, eam exequitur, sin minus eam reuocat, Caf. decis. 3. sub num. 5. vers. dubium & numer. 12. & seqq. hoc titul. Cesar. decis. 4. de appell. Semper ¶ autem expensæ solui debent ab eo qui petit restitutionem, etiam ab ecclesia, & collegio petente se restitui in integrum aduersus aliam ecclesiam. Achil. decisione 14. de re iud. auth. qui rem & ibi Det. & DD. de sacros. eccles. Restitutio ¶ postulata impedit executionem sententiæ latæ, leg. vnica C. in integr. restit. post ne quid nou. fiat & ibi glossa final. Cassad. decis. 13. de rescriptis quia effectus eius suspenditur per restitutionem in integrum, ac procedi debet, ac si omnia essent integra, l. vnica C. in integr. restit. post ne quid nou. fiat. cap. suscitata & ibi glossa in verbo pensata & Can. de rest. in integr. Rota diuers. decis. 350. nu. 1. part. 1. Fallit ¶ quando ex pluribus præsumptionibus in petente restitutionem, arguitur excogitata malitia, tunc enim fit executio sententiæ, cautione idonea recepta quod si petens restitutionem in causa ipsa prævaluerit, vniuersa quæ medio tempore occasione sententiæ ipsius, is pro quo lata fuit, perceperit, ipsi restituet: cap. suscitata & ibi glossa final. & Can. Mynsingerus obseruat. 84. centur. 1. de stylo restitutio ¶ non retardat executionem, primo loco petitam; secus si causa restitutionis fuerit commissæ ante petitam executionem, Paul. de Castro in auth. que suppliatio sub num. tertio, & c. vel die melius aut incipit ab executione C. de precibus Imper. offer. Rip. in l. 4. §. condemnatum num. 30. ff. de re iud. Cesar.

Casar decis. 1. numero 14. hoc tit. & decisione 4. num. quarto de caus. possess. & propriet. quia tunc debet procedi, ac si omnia essent integra, d. l. vnica C. in integr. rest. post ne quid nou. fi. & possessor poterit petere & obtinere manutentionem, Casar. decisione 4. numer. 4. de caus. possess. & propriet. toto tit. C. in integr. restit. postul.

42 *ne quid nou. fiat. Restitutio concessa ꝑ prout de iure retardat executionem donec cognoscatur, an sit danda restitutio, l. 4. §. condemnatum & ibi Bartol. numero tertio in fine ff. de re iud. Rota decisio 5. de appell. in nou. in dubio Pur. decisio 446. lib. 2. etiam si requirat altiorē indaginem, l. 4. §. condemnatum & ibi lafon numero 26. attestans de communi & DD. ff. de re iud. sed si sit præfixus terminus per commissionem, & non sit doctum de causa restitutionis, sit executio: Pur. d. decisio. 446. in secundo dubio libro secundo. licet rei iudicæ, quando de ea clare constat, non præiudicat commissio causæ in Rota cum clausula prout de iure. l. final. C. qua sentent. rese. non poss. cap. exhibita de arbit. l. causas vel lites & ibi late lafon num. sexto & seqq. C. de transact. Greg. xv. decisio 492. numero 4. Restitutio ꝑ semel concessa iterum conceditur vt minor hæreditatem adiuit, probata læsione restituitur, vt ipsam repudiet: iterum aliqua pecunia hæreditaria apparet nunc, quæ præcedenti tempore latebat, & sic probatur læsus, quia repudiauerit, iterum restituetur vt adire possit. l. & si sine §. restitutus & ibi glossa ff. de minor. Semel ꝑ denegata siue contra contractum siue contra sententiam, Ioan. Andr. in c. fin. in tertia questione numero 16. hoc tit. ac etiam in beneficialibus, Pur. decisio 279. sub numero 2. vers. tamen ex alia ratione & c. & num. seqq. lib. 3. per l. 1. & 2. C. si sapi in integ. restit. postul. non conceditur maiori, Achil. decisio 8. hoc tit. per l. 1. & 2. C. si sapi in integ. restit. postul. quia de iure maiores non restituuntur, nisi ex gratia: neque etiam minori, vel ecclésiæ,*

præterquam ad appellationem omittam a sententia denegationis: quæ nunc impetrari & concedi debet, non a iudice a quo, vel ab illo iudice, qui potest restituere contra sententiam, Ioan. Andr. in d. c. fin. in 6. q. num. 19. vel etiam ad totam causam, propter probationes, siue defensiones de nouo reperitas, quæ extrabant non exhibitas, l. 1. 2. & 3. C. si sep. in integ. restit. postul. c. fin. hoc tit. & ibi gloss. final. & Can gloss. in d. §. restitutus & ibi DD. tam super ætate, quam læsione, & alia quacunque probatione: Salic. in l. fin. C. si sep. in integ. restit. & c. Pan. in d. c. fin. num. 4. & ibi Ioan. Andr. in 8. quest. num. 21. Achil. decis. 7. hoc tit. Pur. decis. 278. in princip. lib. 3. Myns. obs. 52. cent. 1.

De alienatione iudicii mutandi causa facti,

Titulus XLII.

S V M M A R I A.

- 1 Alienatione a reo iudicij mutandi causa facti restitutio in integrum edicto perpetuo permittitur, per actionem in factum in qua tria requiruntur.
- 2 Vt fiat dolo malo.
- 3 Causa mutandi futurum iudicium.
- 4 Quod actus interfit.
- 5 Interesse autem consideratur ratione loci.
- 6 Persona.
- 7 Priuilegij causa.
- 8 Impensarum & incommoditatum actoris.
- 9 Obligationis & actionis extincta per alienationem ipso iure exceptione vel prescriptione.
- 10 Actio hæc in factum datur ei in cuius fraudem alienatio est facta, eiusq. hæredibus.
- 11 Contra eum qui alienauit, in hæredem vero eius, aut post annum vtilem non datur.
- 12 Reo competit exceptio excussionis.
- 13 Is quoq. in quem alienatio est facta, Conueni-

- ri potest rei vindicatione, per quem non tollitur actio in factum.
- 14 Alienatione ab actore causa iudicij mutandi facta in potentiorum, in quem huiusmodi alienatio seu cessio facta est repellitur exceptione, & ipse alienans aut cedens agere compellitur.
- 15 Tenetur actio in factum.
- 16 Interdum & ipsi alienanti, & ei in quem facta est alienatio interdicitur actio.
- 17 Potentior autem intelligitur ratione diuitiarum opum, nobilitatis, & alienans non puniatur iactura causa.
- 18 Alienatio rei vel cessio actionis nondum in iudicio deducta, qua sit potentiori ratione dignitatis, officii, vel iurisdictionis mediocris, non tenet, & alienans accedens afficitur iactura causa.
- 19 Patrocinium potentioris ratione officii mediocris aduocans sine aliqua alienatione siue actor sit siue reus afficitur iactura causa.
- 20 Alienatio siue cessio facta per impressionem potentiori ratione officii saltem mediocris non tenet, res redditur, & pecunia numerata retinetur.

PER restitutionem in integrum iure communi succurritur etiam ei, in cuius damnus alienatur & causa mutandi iudicij, res, de qua timeretur litigium, daturque ei ex hoc edicto prohibitorio actio in factum pro mobili & immobili Bart. in l. item si res num. 2. ff. hoc tit. contra alienantem; contra emptorem vero cui res est tradita, rei vindicatio; & quem voluerit, poterit conuenire, l. vnica C. hoc tit. l. ex hoc §. ait prator ff. hoc tit. Anch. in c. 1. num. 4. hoc tit. Vt actio in factum competat tria requiruntur. Primo quod alienatio & fiat dolo malo; l. 1. l. non solum §. 1. in fine l. quia pertinet & l. item si res §. 10. ff. hoc tit. §. 1. hoc tit. & ibi gl. pen. & Can. alienatio in-

telligitur etiam rei alienæ vnditio: sed hæredis institutio, legatum, l. ex hoc edicto §. 1. ff. hoc tit. aut causa necessitatis, alienatio non pariunt hanc actionem; vt si soluat suo creditori, aut redhibeat, d. l. ex hoc edicto §. 1. in fine & l. quia redhibitio & l. seq. ff. hoc tit. vel propter ætatem, valetudinem, necessarias occupationes, litem in alium transferat; l. non solum §. 1. ff. hoc tit. neque etiam donatio aut omisso possessionis ab eo, qui mauult recarere, quam sæpius super ea litigare. l. item si res §. ff. hoc tit. l. non alienat. ff. de regul. iur. Secundo quod fiat causa & mutandi futurum iudicium, d. l. item si res §. 1. d. l. ex hoc edicto §. 1. in princ. non eius, quod iam sit; nam tunc habet locum titulus de litigiosis, qui rei litigiosæ alienationem annullat sub certa pœna: l. fin. C. de litig. sed etsi iudicium iam sit captum, nec res est effecta litigiosa, habet locum actio ex hoc edicto, gloss. in d. l. ex hoc edicto §. 1. in verb. quod iam & ibi DD. siue dominium in alium fuerit translatum siue possessio, aut vlcipiendi conditio, siue series contractus in se de sui natura contineat translationem dominij vel possessionis, etiam si effectus ex alio impedimento sublecutus non fuerit: d. l. non solum & ibi Bart. & pertinet etiam ad iura prædiorum, vt si rem alienaueris tuam, ex qua alteri seruitutem realem debes, seruitutem personalem, superficiem, ac emphyteusim. Sufficit eum & in cuius fraudem fit alienatio, ius in re habere, siue velit agere rei vindicatione siue hypothecaria, siue personali in rem scripta, d. l. non solum & ibi gloss. in verb. non tenebitur & ibi Bart. in §. 1. in verb. ad iura l. fin. C. de reb. alien. vel non. Tertio quod interest eius, qui vult agere hac actione: proinde cessat hæc actio, si res non pertinuit ad pettore, aut si is, qui alienatus est, sine culpa decessit, nisi si quid actoris præterea interfuerit ratione questus & ac-

& accessionum, *d.l. non solum §. fin.* aut si quis alienauerit, deinde receperit, *d.l. ex hoc edicto §. i. vers. si quis*, siue paratus fuerit suscipere iudicium, ac si possideret, data cautione de restitutione rei sub certa magna pœna, *l. 3. §. fin. ff. hoc tit. gloss. mag. in cap. i. in verbo commutationem fecerint hoc tit. & ibi Pan. & Can. licet regulariter in prætorijs stipulationibus quis non cogatur pœnam inferere, l. fin. ff. de prætor. stipul. l. 2. ff. qui satisd. cog.* Interesse ¶ consideratur ratione loci, vt quia alienatio facta fuit in hominem alterius prouinciæ.

6 Personæ, quia ¶ facta in potentiozem, aut aliam qui diuexaturus sit aduersarium, vel clericum, aut ecclesiam, *l. si quis ita l. 2. §. ea lege & ibi gloss. in verb. interest ff. de verb. oblig. Pan. in c. 2. num. 10. hoc tit. post gloss. Bald. in l. 1. ff. eodem*, aut minorem propter beneficium restitutionis in integrum: Præuilegiij ¶ causa, vtputa hominem quem petere intendebat, manumiserit, quia prætores fauent libertatibus: Impensarum ¶ & incommo-ditarum actoris, quas habet & patitur alio aduersario substituto: verbi gratia, si locum in quo opus feceris, cuius nomine interdico quod vi aut clam, vel actione aquæ pluuiæ arcendæ mihi tenebaris, alienaris, si te cum agerem tuis expensis, id opus tollere deberes, nunc alius, cum quo mihi incipit actio esse, qui non fecit, sed à te factum possidet, hæctenus istis actionibus tenetur, vt patiat ut id opus 9 tolli, meis impensis. Obligationis ¶ & actionis extinctæ per alienationem ipso iure, videlicet si nouum opus tibi nunciauerim, tuque eum locum alienaueris, & emptor opus fecerit, neque tecum ex noui operis nunciatione agere possum, quia nihil feceris noui; neque cum eo cui alienaris, quia ei nunciatum non fuit, *l. 1. in fine cum trib. ll. seqq. ff. hoc tit.* Vel exceptione propter alienationem, vt ego habebam contra te Publicianam, pro

Summa in Decretales.

quodam re, quam possidebas absque titulo, tu eam vendidisti cuidam, & tradidisti; contra quem, quia habet titulum & possessionem, ego non possum obtinere; quando enim eadem res à diuersis non dominis emittitur, melior est conditio possidentis, quàm petentis, *l. siue autem §. si duobus ff. de public. in rem. act.* simile est si tenebaris petitione hæreditatis, quia possidebas pro hærede, vel pro possessore rem, quam alteri vendidisti, & tradidisti; nam per istam alienationem, abstulisti actori petitionem hæreditatis: *Bart. in l. 3. §. opus quoque ff. hoc tit.* Aut etiam præscriptione actio sit sublata, vt si in iudicio rem exhibet vsucaptam, *d.l. ex hoc edicto in princ. l. Iulianus §. si quis rem. ff. ad exhib. vel præscriptam*, quo calu consequitur actor etiam æstimationem rei, *l. item res ff. hoc tit. & ibi gloss. 1. & DD.* etiam si ille singularis successor vlucepit rem propter negligentiam meam in non agendo; quia tu teneris mihi ratione tui delicti, & negligentia mea non facit cessare delictum. *Pan. in c. 1. num. 4. hoc tit. Bart. in d. litem si res post num. 2. & ibi Bald. num. 3.* In summa tantum hac actione officio iudicis actor consequitur, quantum eius inter sit alium aduersarium non habuisse, habendaque est ratio interesse extrinseci cuiuscunque damni. *gloss. 1. in fine & ibi gloss. fin. & Bart. in l. 1. & 2. ac l. 3. §. ex quibus ff. hoc tit. Pan. in d. cap. 1. num. 4.*

Datur ei, in ¶ cuius fraudem facta est alienatio eiusque hæredibus, quia non pœnalis, sed rei persecutionem continet: *d. l. non solum §. fin. in fine.* Directa contra eum qui alienauit suo nomine utilis in eum, qui alieno nomine alienauit, vt tutor, curator: *l. nam etsi vers. si tutor ff. hoc tit.* in hæredem vel similem, ¶ aut post annum utilem, non datur; quia datur ex delicto: *d. l. non solum §. fin. in fine cum tribus ll. seqq.* Sed & alienator pri-

D d

stina

stina actione tenetur, quia dolus eius repræ-
 sentat eum possessorem, *l. qui petitorio ff. de rei*
 12 *vend. Pan. in d. c. 1. num. 5. hoc tit.* Competit ꝑ
 reo exceptio excussionis, etenim non potest
 conveniri, nisi discussio possessore, *d. l. 3. §. ex*
quibus ff. hoc tit. nisi interesse actoris foret e-
 videns discussione non facta, vtpote reo est
 vsucapta ab emptore, vel possessor non re-
 peritur, aut est in partibus valde remotis *gl.*
in l. 1. in verb. quanti nostra inter sit & ibi Bart. post
 13 *num. 2. ff. hoc tit.* Is in ꝑ quem alienatio facta
 est causa mutandi futuri iudicij, conveniri
 potest rei vindicatione, quantumcunque sit
 bonæ fidei, *l. vnica C. hoc tit.* Etiam per rescri-
 ptum impetratū contra alienantem, si fue-
 rit in fraude, & non alias; *d. c. 1. hoc tit. & ibi*
Pan. num. 2. & 3. Per quam non tollitur a-
 ctio in factum, quia competunt ad diuersa;
 rei vindicatio respectu rei consequendæ
 contra possessorem, actio in factum contra
 alienantem propter damnum extrinsecum,
Pan. in d. c. 1. sub num. 4. vers. & super hoc infertur
 14 *d. vnica C. hoc tit.* Quæ omnia procedunt ꝑ
 in reo alienante causa mutandi futuri iudi-
 cij, actor in quem huiusmodi alienatio aut
 cessio facta est, siue titulo oneroso, siue lu-
 cratino, exceptione repellitur; & ipse alie-
 nans siue cedens agere compellitur, *l. cum*
miles ff. hoc tit. c. 2. & ibi Can. Pan. in d. c. 1. sub n.
6. hoc tit. Alteri cedere non potest, nec pro-
 curatorem constituere; *Bart. in d. l. cum miles*
 15 *ante num. 2.* Secundo tenetur ꝑ actione in
 factum ad interesse, *d. l. non solum §. 3. & ibi*
gloss. in verb. in eos gloss. fin. in fine in l. fin. ff. hoc
tit. & ibi Bart. in fine l. communis seruus 1. §. fin.
ff. comm. diuid. Pan. in d. c. 1. numer. 6. Tertio,
 interdum ꝑ & ipsi alienanti, ac ei, in quem
 16 facta est alienatio interdicitur actio, vt si
 quis iudicij communi diuidundo vitandi
 causa, rem alienauerit, vt potentior emptor
 per licitationem eam vilius accipiat, & per

hoc ipse iterum recipiat; in pœnam ipsi ne-
 gatur, ne possit communi diuidendo agere,
 pro præstationibus, aut ipsa re, quam forte
 recuperauit; etiam qui emit, repellitur ex-
 ceptione, si experiri velit, *l. fin. ff. hoc tit.* Idem
 obtinet in omnibus actionibus, quæ com-
 petunt possessoribus, vt si facta est alienatio
 causa mutandi iudicium in confessoria, sitq;
 in possessione, ille cui facta est alienatio, hoc
 casu agere non poterit, *Bart. in d. l. fin. circa*
finem, licet possit alias agere, l. etsi forte §. scien-
dum ff. si seruus vend. l. vii frui in fine princ. ff. eod.
 Potentior ꝑ intelligendus est, non ratione
 dignitatis, vel administrationis, sed ratione
 diuitiarum, opum, nobilitatis, quo casu licet
 non valeat cessio, non tamen punitur ce-
 dens iactura causæ, *c. 2. hoc tit. & ibi gloss. pen.*
Abb. Pan. num. 4. & Abb. antiq. 7. & an. communi-
 17 *ter.* Quando ꝑ rei vel actionis nondum in
 iudicio deductæ, alienatio vel cessio sit po-
 tentiori ratione dignitatis, administrationis
 officij, vel iurisdictionis, non cuiuslibet, sed
 mediocris, *l. pen. in pr. C. de iis que vi metusque*
causa sunt Bald. in l. 2. num. 2. C. ne liceat potent.
 aut meri & mixti imperij, *l. pen. & fr. 6. quod*
met. caus. Pan. in d. c. 2. n. 9. h. t. quod habet de
 iure, & de facto in temporalibus siue spiri-
 tualibus, *Pan. in c. 2. num. 2. hoc tit. per Host. &*
Specul. ab eo allegatos Anch. n. 4. & Can. non te-
 18 *net cessio vel alienatio ipso iure, vel per sen-*
tentiam; Sal. in l. 2. n. 2. C. ne liceat potentioribus,
 ac alienans & cedens afficitur iactura causæ,
l. 2. & ibi Bart. C. ne liceat potent. c. 2. hoc tit. & i-
bi Anchar. n. 3. & Can. per sententiam; quia in
 dubio omnes pœnæ infliguntur per senten-
 tiam; *Bald. in l. 1. C. ne liceat potent. nu. 2. datur-*
 que ei contra quem facta est cessio; a-
 ctio, item exceptio, quæ potest opponi de-
 clinatoriè, peremptoriè, ac etiam post sen-
 tentiam, quia non contradicit sententiæ, *Ca-*
 19 *lys. in d. l. 2. C. ne liceat potent. sub num. 2. & Bald.*
 num. 33.

19 n. 3. Is quoque siue sit actor siue sit reus, Bart. in d. l. 1. n. 5. qui sine aliqua ꝑ alienatione, siue cessione, Bald. in l. 2. in princ. C. ne liceat potent. patrocinium potentioris ratione officij, nō cuiuslibet, nam decuriones possunt esse aduocati, & impendere suum patrocinium, l. 2. C. de aduoc. diuers. iudicior. Sed vt dictum est mediocris, ita quod possit minacem fauorem ostendere vel inferre, gloss. in l. 1. in verbo potentiorum C. ne liceat potent. & ibi DD. quando cunque aduocat; vt si actor iret ad priores & obtineret, quod ipsi intercederent pro eo apud Capitaneum, vel potestatem, l. 1. C. ne liceat potent. & ibi Bart. Castr. Bart. in d. l. cum miles n. 1. But. in d. c. 2. n. 16. Anch. nu. 3. & Can. Afficitur iactura causæ per sententiam ex edicto seu titulo C. ne liceat potent. gloss. in d. l. 1. in verbo afficerentur & ibi DD. Bart. in l. cum miles sub n. 1. ff. hoc tit. Anch. in c. 2. nu. 3. hoc tit. & patrocinium præstans venit puniendus a bitrio rectoris prouinciæ, d. l. 1. C. ne liceat potent. Quando vero ꝑ impresionem, alienatio vel cessio fit potentiori, ratione officij saltem mediocris, sub ipsius potentioris vel coniugis suæ, aut amicorum suppositorum nominibus, non tenet alienatio, vel cessio, res redditur, & pecunia numerata retinetur, l. pen. & fin. C. de iis qua vi metusque caus. &c.

De Arbitris.

Titulus XXXIII.

S V M M A R I A.

- 1 Arbitrium ad similitudinem iudiciorum redigitur.
- 2 Arbitramentum redigitur ad instar contractuum.
- 3 Si compromissum fit in arbitrum & arbitratorum ex clausulis & signis præsumitur arbitrum vel arbitratorum.
- 4 Arbitrium duplex est necessarium quod fit à

eo actis à lege vel canone in casibus in iure expressis.

- 5 Vel statuto.
- 6 Voluntarium est quod factum fuit sponte.
- 7 Arbitrum quilibet esse potest qui non prohibetur à iure.
Prohibentur minor viginti quinque annis.
- 8 Mulier.
- 9 Iudex ordinarius.
- 10 Laicus super rebus spiritualibus.
- 11 Compromitti potest de qualibet re nisi prohibeatur, & ibidem enumerantur causæ super quibus non potest compromitti.
- 12 Compromittere possunt omnes nisi prohibeantur.
- 13 Arbitrum vnus eligatur, aut tres vel dispari numero sunt assumendi.
- 14 Compromisso facto in tres aut plures in dubio præsumitur actum, vt omnes simul iudicent.
- 15 Iure Canonico, si ex tribus arbitris vnus nolit malitiose, examinando, vel definiendo negotio interesse, duo præcedunt.
- 16 Compromissum in duos, vt ipsi, si dissentirent, tertium assumant, an valeat.
- 17 Compromisso facto in plures cum clausulis vos, aut alter vestrum, quemlibet eorum, aut similibus, tunc valet sententia vnus.
- 18 Compromissum constituitur partibus ad inuicem stipulantibus quod parebunt arbitri sententiæ sine pœna.
- 19 Vel Compromittentibus nudo pacto apposta pœna.
- 20 Arbitri potestas dependet ex Compromisso, nec aliud ei licebit, quam quod ibi, vt efficere possit, cautum est.
- 21 Inter compromittentes, acta respicientia causam eiusque decisionem gesta coram arbitro, probant in iudicio ordinario.
- 22 Confessiones coram arbitris facta probant vt iudiciales.
- 23 Circa attestaciones testium, obseruanda sunt pacta compromissi, si nihil conuentum est in

D d 2

huius.

- huiusmodi casibus, tunc est seruanda l. fin. C. de testib. c. presentata eod. tit.
- 24 Acta vero ordinataria iudicij coram arbitro non faciunt fidem coram iudice.
- 25 Limita in effectibus iam consummatis.
- 26 2. limita quando utraque pars consentit quod acta valeant & sunt introducta fauore partium.
- 27 Arbitrarius sententiam dicere debet, per quam à tota lite discedatur, iussu adesse litigatoribus in loco de quo actum est.
- 28 Coram & presentibus litigatoribus.
- 29 Ex arbitri per stipulationem assumpti sententia non oritur actio vel exceptio rei iudicata, sed ei paretur metu pœna, aut metu prastationis interesse.
- 30 Idem iuris est si datum sit pignus arbitro.
- 31 At quando assumptus fuit nudo pacto cum pœna.
- 32 Ex sententia arbitri nudo pacto sine pœna assumpti, postea homologata, oritur actio & exceptio rei iudicata.
- 33 Arbitramentum cursu decem dierum non homologatur, expresse confirmatum habet vim transactionis.
- 34 Compromissum finitur sententia prolatione, & aliis modis.
- 35 Appellatur à sententia Arbitrorum iuris, ab Arbitris electis ex necessitate statuti, an appelletur.
- 36 Ab Arbitri compromissarii sententia non appellatur, sed si dolo versatus sit arbiter, aut enormissime alteram partem laesit, potitur reductio ad arbitrium boni viri intra decem diem.
- 37 Arbitri sententia nulla dici potest.
- 38 Arbitratoris sententia reducitur ad arbitrium boni viri coram iudice causa principalis intra triginta annos.
- 39 Et contra eam intentari potest remedium l. 2. C. de rescind. vend.

POST preparatoria iudiciorum præmittit de Arbitris, ante titulum de Iudicijs, quia per arbitria & compromissa, rigorosi litium & iudiciorum anfractus euitantur, l. i. ff. hoc tit. c. 2. in princ. eod. in 6. l. congruentius C. de pat. pot. Alex. in l. qui se patri nu. 22. vers. attamen puto & num. seqq. C. vnde liberi facit c. corde de appell. in 6. Arbitrator est, qui eligitur à partibus, ut iudex, l. i. ff. hoc tit. arbitrator ut aliquid aestimet, vel quid sibi videatur de aliqua re, dicat, sine ordine iudiciario, §. pretium Inst. de empt. l. si quis arbitrato ff. de verb. oblig. Compromissum sine arbitrium † ad similitudine iudiciorum redigitur, & intelligitur de arbitrio boni viri, seruato iuris ordine in principio scilicet, citatione, libelli oblatione, litis contestatione, &c. medio, nempe dandis dilationibus probatorijs, productione testium, &c. ac fine, ferenda sententia pro tribunali, c. si de meo §. recipisse & ibi Bart. nu. 1. ff. hoc tit. l. rem non nouam §. cum igitur C. de iud. l. pen. C. hoc tit. & ibi gl. in verb. licet, & verb. conuentum & DD. licet in multis à iudicio differat, gloss. fin. in c. cum dilectus gloss. in l. i. ff. hoc tit. Bald. in l. i. num. 8. & seq. C. eod. Arbitramentum redigitur † ad instar contractuum, & 2 in eo non requiritur aliqua figura iudicij, Innoc. in c. quinta uallu num. 3. & 4. de iure iur. & ibi But. num. 14. & Can. Bald. in l. i. ante num. 10. C. hoc tit. Bart. in l. societatem §. arbitrorum nu. 7. & seqq. ff. pro socio, Si compromissum † fuerit † tanquam in arbitrum & arbitratores, ex clausulis & signis præsumitur arbiter: videlicet, si est data facultas decidendi, de iure tantum, But. in d. c. quinta uallu nu. 17. Roman. in rub. de arbit. nu. 48. Apposita est pœna compromisso, aut assumatur super lite, Imol. in d. c. quinta uallu nu. 13. l. 3. §. 1. ff. hoc tit. vel iurisperiti electi sint: Casar. decis. xi. nu. 1. & seqq. de prob. Bart. in l. societatem §. arbitrorum ff. pro soc. Rom. in rub. de arbit. nu. 49. Fel. in c. presentata

presentata de testib. Gail. obs. 150. num. 5. & seqq. & per tot lib. 1. Si assumatur in contractu intelligitur arbitrator: l. fin. C. de contrab. empt. l. societatem §. arbitratorum ff. pro soc. Imol. in d. cap. quinquauallus num. 13. & ibi Can. & ex actis & modo procedendi intelligitur utrum fecerit, ut arbiter, an ut arbitrator: gl. 1. in fine l. 1. ff. de iud. & ibi DD. Quod si expresse elegit super tota causa, vel simpliciter viam arbitratoris, non potest redire ad viam arbitri, vel è contra, Imol. in d. c. quinquauallus n. 15. quia per electionem vnius contrarij alteri videtur renunciare, l. quamuis la. 2. C. de vsur. & ibi gl. fin. in fine l. 1. C. de furt. Bart. in d. §. arbitratorum n. 13. Fel. in c. cum ex officio n. 23. de prescript. non eligendo præsumitur, procedere ex vtraque auctoritate; Pan. in d. c. quinquauallus n. 42. per textum in c. nisi essent de prob. l. si miles ff. de milit. testam. Fel. in c. cum ex officio n. 21. in fine vers. ex ista conclusione & n. seqq. de prescript. per obseruationem ordinis iuris in aliquibus actibus, non videretur in alijs actibus ad obseruandum, quia actus iudicij sunt separati: Clem. sape & ibi gloss. in verb. partibus vers. sed pone quod de verb. signif. But. in d. c. quinquauallus n. 14. in fine vers. sed Hostiensis dicit Roman. in rub. ff. hoc tit. n. 5. in fine, & propter modicam lætionem, poterit peti reductio, quia ex qualitate facti præsumitur hoc fecisse ut arbitrator. d. c. nisi essent Bald. in l. seruus plurium §. fin. n. 2. ff. de leg. 1. Fel. in d. c. cum ex officio n. 32. attestatur post Ang. hanc sententiam obseruari in practica.

4 Arbitrium duplex est, Necessarium, quod sit à coactis à canone, vel lege in casibus à iure expressis; quorum primus est, quando iudex delegatus allegatur suspectus: c. suspensionis de offic. deleg. c. cum speciali de appell. c. legatima eod. in 6. nisi duo aut plures dati sint cum clausula, quod si omnes &c. & vnus allegetur suspectus, coniudex cognoscit de causa suspensionis opposita contra coniudi-

cem; quia virtute dict. clausulæ ad eum spectat causæ cognitio. c. si contra & ibi gloss. de off. dele. in 6. Archid. in c. quod suspecti in fine n. 1. 3. quest. 5. Secundus quando est questio de reuocatione rescriptorum, c. pastoralis de rescript. Tertius quando episcopus habet causam contra clericum, sibi subditum, c. si clericus §. 1. xi. quest. 1. Quartus quando contentio est inter litigantes, & iudicem super hoc, an locus sit insignis. gloss. in c. statutum in verbo copia de rescript. in 6. Quintus quando conseruator ab actore suspectus dicitur; aut inter conseruatorem & ordinarium controuersia super competentia iurisdictionis orta fuerit; c. insuper §. quod si in his causis sess. 14. vel quod causæ debent compromitti inter agnatos vel proximiores, cautum est à statuto: & ubi viget huiusmodi statutum, totus est compromittendum, quousque sequatur laudum. Bald. in l. fidei commissæ §. si quis decem ff. de leg. 3. Fel. in c. innouamus sub nu. 3. vers. 5. fallit de treuga & pace las in l. per salutem n. 4. ff. de iure iur. Bald. in l. inuitus nu. 8. C. de procur. Coguntur aduocati arbitrium necessarium suscipere, in eodem duntaxat loco, vbi aduocationis exercent officium. l. sancimus C. de adu. diuers. iudic. Aliud est voluntarium, quod factum fuit sponte; & in dubio præsumitur voluntarium; nisi ex compromisso, vel ex actis constet, quod emanauerit electio arbitratorum ex præcepto iudicis, vel necessitate statuti: Fel. in c. duobus sub nu. 12. ante finem vers. quæ omnia limita de sentent. & re iud. Rip. in c. cum in n. 181. de Confit. Casar. decis. xi. n. 12. & seqq. de prob. nemo autem cogitur arbitrium voluntarium suscipere. l. 3. §. 1. ff. de arbit. gloss. fin. in d. l. sancimus gloss. in d. cap. pastoralis in verbo remittentem in fine, Quilibet potest esse arbiter, qui non prohibetur à iure; Prohibentur autem minor viginti annis; l. cum lege ff. hoc titul. maior 20. annis,

si minor 25, annis sit, restituitur, si temere auditorium recepit: d. l. cum lege §. i. mulier; 8 l. fin. C. hoc tit. nisi ꝑ ordinariam habeat iurisdictionem, in quam, vt in laicos, super rebus temporalibus Ecclesiæ valde compromittitur, c. dilecti hoc tit. potest esse arbitratrix d. c. quinta vallis Pan. in d. c. dilecti in 3. not. Iudex ꝑ ordinarius non potest ꝑ compellere partes, vt in se compromittant, nec potest recipere arbitrium eius causæ, in qua est iudex, l. sed etsi in seruum §. si quis iudex & ibi gloss. & DD. ff. hoc tit. c. infames §. si quis vero & ibi gl. & Can. 3. quasi. 7. quia Ordinarius cogit arbitrum sententiam dicere, eamque exequitur, l. 3. ff. hoc tit. arbitramentum & amicabilem compositionem potest recipere, c. cum tempore & ibi Pan. tres recenset opiniones c. ex parte hoc tit. c. causam de elect. 10. de Imola in l. 1. §. potest autem IO n. 25. ff. de nou. oper. nunciat. non subditi, vel laici in ꝑ episcopum vt arbitrum vel extraordinarium iudicem consentire possunt: & semel tantum poterunt ab eius sententia appellare in dubio præsumuntur in eum vt iudicem consensisse, vt sententia valeat & actionem pariat: l. si qui ex consensu l. episcopale & ibi gloss. 1. & auct. si quis litigantium C. de episcop. aud. à cæteris ordinariis, qui legitimam potestatem habentes, eliguntur ab eis ad arbitrandum, qui non sunt suæ iurisdictioni suppositi; etiam si vt arbitrari sedent, & nõ vt ordinarii: priuilegio tamẽ ordinariæ dignitatis, grauatus aliquis, appellare valebit: c. à iudicibus §. fin. 2. q. 6. delegatus arbiter verus effici potest; c. cum olim hoc tit. & partes compromittentes simpliciter in eum, non renunciant, Pan. in c. literas nu. xj. de presump. Clem. quamdiu de appell. auct. si tamen C. de temp. & repar. appell. c. significantibus de off. & potest. ind. deleg. rescripto: nõ ex vtraque auctoritate intelligitur procedere & pro parte potest valere sententia ex vna auctoritate, & pro alia parte seu capitulo valere ex altera

auctoritate, l. nisi essent de prob. Bald. in cap. inter plures num. xj. de lege corrad. in vsib. feud. laicus super rebus spiritualibus in arbitrium assumi non potest, cap. contingit hoc tit. nisi laico auctoritate superioris adiungitur clericus, glossa in d. cap. contingit & ibi Can. cap. per tuas hoc tit. De qualibet re ꝑ potest compromitti nisi prohibeatur. In causa populari, liberali siue de ingenuitate, siue libertinitate questio sit, etiam si ex fideicommissi causa libertas deberi dicatur, matrimonio carnali (super matrimonio spirituali potest compromitti,) cap. ex parte hoc tit. cap. cum inter canonicos de elect. filiatione, monachatione, conuersione, alcriptitia conditione, l. non distinguemus §. 1. vers. de liberali causa & ibi glo. in verb. idem dicendum ff. hoc tit. cap. penult. in fine de restit. spoliat. & ibi Can. causa criminali criminaliter intentata, aut si pœna pecuniaria veniat applicanda fisco: secus si intenteur ciuilitur, aut pecuniaria pœna applicetur parti: delicto famoso, publico vel priuato criminaliter moto: secus si ciuilitur, causis meri & mixti imperii, status arbiter assumi non potest, & de facto assumptus non cogitur dicere sententiam: d. l. non distinguemus §. primo vers. de liberali causa & ibi glossa in verbo famoso dilicto & Bart. numero primo, & DD. neque etiam in causa restitutionis in integrum; nisi incidenter coram arbitro petatur; capite penultimo §. de restitutione in integrum, priuilegiis aut iudultis libertatis, siue exemptionis, sine licentia Romani Pontificis, cap. cum tempore hoc tit. Omnes etiam ꝑ possunt compromittere, qui non prohibentur. Non possunt compromissum facere mulier, alieno nomine, propter intercessionem, d. l. non distinguemus in princ. vers. si mulier, clericus sine licentia diocesani, per quod ecclesia obligetur, quia ex hoc posset deueniri ad alienationem: c. peruenit hoc tit. & ibi Zab.

Zab. in fine & Can. in rebus proprijs potest compromittere in laicum, præter consensum episcopi: Pan. in c. si diligenti n. 16. de for. comp. vassallus de feudo sine licentia domini in arbitros aut arbitratores: c. imperialem de prohib. feud. alien. per Freder. Zab. in c. cum tempore in fine hoc tit. Clarus in §. feudum quest. 39. pupillus sine tutoris auctoritate, præterquã si fideiussorem dederit, à quo pœna peti potest. l. si pupillus ff. hoc tit. Arbitrator vnus ¶ eligatur, aut tres, vel dispari numero sunt assumendi, vt aut omnium sequantur sententiam, vel duorum, aut maioris partis; quod si in duos sit commissum, res fere sine exitu futura est, propter naturalem hominum ad dissentendum facilitatem: c. 1. & l. item si vnus §. fin. ff. hoc tit. in dubio ¶ si in cõpromisso facto in plures, non est expressum, quomodo debeant iudicare, præsumitur auctum, vt omnes simul iudicent d. l. non distinguemus §. cum in plures in fine & ibi gloss. in verb. dicant & DD. stataturque sententiã maioris partis, datã omnibus præsentibus: l. si in tres l. secuti & ibi gloss. in verb. omnes l. item si vnus §. item si plures ff. hoc tit. cap. 1. eod. in 6. cap. prudentiam & ibi gloss. in verb. teneatur & Can. de offic. deleg. si omnes discordant in summa, tenet sententia de summa minori: c. 1. §. licet hoc tit. in 6. & ibi gloss. fin. & Can. sententia, vno absente, lata non tenet, quia potuit præsentia eius, trahere eos in aliam sententiam, nisi in cõpromisso dictum sit, vt duo sine tertio procedant d. l. si in tres & ibi gloss. fin. d. l. si curi cap. 1. & ibi gloss. fin. hoc tit. iure canonico ¶ si ex tribus arbitris simpliciter assumptis, eorum aliquis ab alijs legitime requisitus ad examinandum, vel definiendum vna cum eis negocium, super quo in ipsos exitit cõpromissum, non curauerit conuenire: siquidem detinetur legitimo impedimento, de quo rescribere debet collegis; duo,

eo absente, non possunt procedere, stataturque dispositioni iuris civilis, si tale impedimentum non subest, duo præsentis, malitiosa siue voluntaria eius absentia, non obstant, negocium examinare & libere definire possunt: quia ipsius absentia, diuinã repleta præsentia, eum reputare facit præsentem; sicut possunt eo præsentem & non volente cum eis in vnam sententiam concordare, d. c. 2. hoc tit. in 6. & ibi gloss. & DD. licet secus sit in tribus iudicibus simpliciter delegatis, d. c. 2. vers. fin. & ibi gloss. hoc tit. in 6. quia maiori maturitate dantur. Ex duobus arbitris, si vnus malitiose se absentet, alter nõ potest procedere, ratio diuersitatis est quia duo ex tribus sunt maior pars. gl. in d. cap. 2. in verb. presente & ibi Can. tamen vltatum est etiam in duos compromitti, & debet prætor cogere arbitros, si non consentiant ¶ tertiam personam certam eligere, cuius auctoritati pareatur, d. l. item si vnus §. fin. in fine. cogiturque hæc tertia arbitrium recipere & iudicare, d. l. item si vnus §. fin. & ibi gl. fin. in fine per l. sancimus la. 1. C. de aduoc. diuers. iud. & ibidem Bart. nec poterit ab eius sententia appellari, Ioan. de Imola in c. quinta uallu n. 46. de iure iur. Non valet cõpromissum, in duos, vt ipsi, si dissentirent, tertium assumant; nã & in assumendo possunt dissentire, d. l. item si vnus §. si duos c. innotuit hoc tit. si ita sit, vt tertius ab eis assumatur Sempronius, valet cõpromissum, quoniam in assumendo dissentire non possunt. d. §. si in duos in fine. Quandoque fit cõpromissum in plures, vt omnes sint concordēs, & tunc non sufficit vera aut ficta præsentia, sed requiritur omnium concordia, nec statatur sententiã maioris partis: gloss. in c. 2. in verb. presente in fine hoc tit. in 6. & ibi Franc. post n. 4. & Can. Aliquando fit in plures cum ¶ clausulis, vos & alter vestrum, quemlibet eorum; quemlibet in solidum,

lidura, & valet sententia vnus, neque est necessaria aliorum requisitio. *l. non distinguemus §. cum in plures ff. hoc tit. Franc. in c. 2. n. 4. eod. in 6. c. cum plures & ibi gl. 1. & 2. de offic. deleg. in 6.* Nonnunquam fit cum clausula quod si omnes &c. & seruanda est dispositio, *c. prudentiam, de off. deleg.* Sæpius etiam fit in vnum, aut plures, vt ipsi per se causam definiant, vel per alios quos ipsi elegerint, *c. cum à nobis hoc tit.*

- 18 Compromissum ¶ siue arbitrium constituitur, partibus ad inuicem stipulantibus; secus si alter pœnam promiserit, alter non, *l. litigatores vers. item Iulianus ff. hoc tit.* quod parebunt arbitri sententiæ, siue pœna certæ, aut incertæ summæ, vt puta quanti res erit, compromissa sit, *l. non autem inter est ff. hoc tit.* siue non: quia vltimo casu contraueniens tenetur ad interesse: *l. ex compromisso & ibi gloss. fin. l. diem proferre §. fin. ff. hoc tit. c. per tuas hoc tit.* & cogit prætor sententiam dicere eum, qui arbitrium pœna compromissa receperit, *l. 3. §. 1. & seqq. ff. hoc tit.* aut si compromissum est stipulatione vallatum absque adiectione pœnæ *d. l. diem proferre §. fin. & ibi Bart. in l. cum antea n. 3. & 4. C. hoc tit.* omnes leges loquentes de pœna adijcienda in compromisso, intelliguntur, quando promissum est parere arbitrio, nudo pacto; quando stipulatio interuenit non est necessaria pœna, *Bart. in d. l. diem §.* Interdum recte ¶ nudo pacto fit compromissum, vt puta si ambo debitores fuerint, & pacti sunt, ne petat quod sibi debetur, qui sententiæ arbitri non paruerit. *d. l. litigatores vers. interdum.* Qualem autem sententiam dicat arbitri ad prætorem non pertinet. *l. qualem ff. hoc tit.* Arbitri ¶ potestas dependet ex compromisso, *d. l. non distinguemus §. ex officio & §. seqq.* vel aliud ei licebit, quam, quod ibi vt efficere possit, cautum est, nec quod-

libet statuere poterit, nec in qua re libet, nisi de qua re compromissum est, & quatenus compromissum est, *c. peruenit hoc tit.* ac circa ea sine quibus commode explicari non potest, vt fructus, expensas, *gloss. in d. l. non distinguemus §. de officio in verb. cautum est,* diē solutionis, *l. quid tamen §. 1. ff. hoc tit.* nam pars sententiæ est quemadmodum satis ei, qui obtinuit, detur, quibusque fideiussoribus, idque delegari non potest, nisi ad hoc compromissum sit, vt arbiter statueret, cuius arbitratu satisfaceretur: *d. l. non distinguemus §. fin. vers. non autem finiri,* ac circa vacuæ possessionis traditionem; *d. l. non distinguemus §. fin. vers. arbitri nec non circa dubium super qualitate rerum expressarum in compromisso,* de qua re potest arbiter cognoscere, & pronunciare an veniant in compromisso. *Pan. in c. cum dilectus nu. 10. hoc tit.* Hinc inferitur coram arbitro non posse fieri reconuentionem, *c. cum dilectus hoc tit.* ac non posse arbitrum diem compromissi proferre, *l. arbiter ex compromisso ff. hoc tit.* sed necessarium est adijci, de die compromissi proferenda, eoque adiecto, diem profert, vel præiens, vel per nuncium, vel per epistolam, *l. idem ff. hoc tit.* non tamen inuitis duobus litigantibus, nam pœna committi non potest cum sint in pari culpa litigatores, *d. l. non distinguemus §. fin. & l. seqq. & ibi gloss.* aut etiam altero contradicente, sed committitur pœna contra eum, qui non consensit in prorogationem. *d. l. non distinguemus §. dies.* Item arbiter non potest verare, ne pœna ex compromisso petatur, quia non de pœna compromissum est. *l. quid tamen §. fin. ff. hoc tit.* aut iube- re alium sibi coniungi, cum id in compromisso non sit. *l. non distinguemus §. fin. vers. item si iubeat.* Alia varia pacta, quæ fiunt in compromissis ex hoc tit. ff. & Cod. cognoscuntur, cæterum arbitro iubenti extra compromissum

missum impune non paretur. *d. l. non distin-*
 21 *guimus §. fin. in fine.* Acta quæ respiciunt
 causam, eiusque decisionem, & factum, ge-
 sta coram arbitro, inter ipsos compromit-
 tentes probant in iudicio ordinario: confes-
 22 siones ꝑ coram arbitris factæ probant, vt
 iudiciales: siue facta sit homologatio sen-
 tentiæ arbitri, siue non: *l. pen. in fine C. hoc tit.*
Imol. in c. presentata n. 9. & ibi Felin. n. xi. de tes-
tib. Casar. decis. xi. n. 19 de probat. sed tales con-
 fessiones non infamant, *l. quid ergo §. cum au-*
tem vers. ex compromisso ff. de his qui not. infam.
 23 Circa attestationes ꝑ testium obseruanda
 sunt pacta compromitti: si nihil conuentum
 est in huiusmodi casibus, & testes omnes su-
 persunt, ei, contra quem producuntur, datur
 optio, vel vt recipiat depositiones eorum,
 vel respuat & consentiat, vt iterum exami-
 nentur. *l. fin. C. de testib. c. presentata eodem & i-*
bi Can. & Fel. n. 10. De stylo Curia facerent
 fidem impetrata commissione, quod coram
 arbitro fuerint examinari, cum interroga-
 torijs partis aduersæ, *Casar. decis. xi. nu. 18. de*
prob. si ab hac luce omnes subtrahi sint, ne-
 cessitas ei imponitur, fide scripturæ appro-
 bata, in qua depositiones eorum referuntur,
 eas quasi factas coram iudice accipere: re-
 bus permixtis in superstitum testimonijs ead-
 dem seruatur electio litigatori, aduersus
 quem producuntur: mortuorum autem
 depositiones non potest respuere, saluo iure
 opponendi contra dicta & personas: nam
 post mortem possunt obijci. testibus crimi-
 na, non ad effectum punitionis, sed ad fidem
 rei testificatæ. *d. l. fin. C. de testib. & ibi DD. d. c.*
 24 *presentata & ibi Can.* Acta ordinatoria ꝑ iudi-
 cij coram arbitro non faciunt fidem coram
 iudice, vt super ipsi possent fundari senten-
 tia, sed pereunt ex mutatione tribunalis. *d.*
 25 *c. presentata & ibi Fel. n. 7. Pan. n. 9.* Limita ꝑ in
 effectibus iam consummatis, à citatione cõ-

Summa in Decretales,

tra aduersarium executi, litis contestatione
 &c. puta interruptione præscriptionis, per-
 petuatione actionis. *l. pen. circa finem C. hoc tit.*
 & ibi DD. Secundo limita ꝑ quando vtraque
 pars consentit quod acta valeant coram iu-
 dice, & sunt introducta favore partium,
 Pan. in *d. c. presentata nu. 9.* nam consensus ni-
 hil operatur in actibus substantialibus non
 dependentibus ab earum potestate: *gloss. 1.*
in c. de causis de off. deleg. gl. fin. in c. 1. de lib. oblat.
 vt libelli oblatio, litis contestatio, & quod
 sententia feratur in scriptis, &c. quæ sunt co-
 ram iudice reiteranda. *Imol. in d. c. presentata*
num. 5.

Sententiam ꝑ arbiter dicere debet per 27
 quam à tota lite dilceditur, & finis contro-
 uersiæ imponitur, *l. dicere cum l. seq. ff. hoc tit.*
 iussis adesse litigatoribus per nuncium siue
 epistolam, *l. sed & interpellatur §. 1. ff. hoc tit.* in
 loco, de quo actum est, cum compromitte-
 retur, vel si non appareat de quo loco actum
 sit, in loco vbi factum est compromissum,
 vel in continentibus ædificijs, ad quæ vter-
 que compromittentium facile & cum ho-
 nestate venire posset; nam si alter non ve-
 nerit, qui sine sua turpitudine eo venire pos-
 sit, & is venerit qui inhoneste venerat, non
 committitur pœna; quasi non præbita ope-
 ra: *l. si cum dies §. si arbiter ff. hoc tit.* & coram
 præsentibus ꝑ litigatoribus, alias non vale- 28
 bit: in pœnam is, qui defuit committit, quia
 per eum factum est, quo minus arbitreretur;
l. diem proferre §. si quis litigatorum & ibi gloss. in
verb. committit & verb. quo minus ff. hoc tit. nisi
 in compromisso hoc specialiter expressum
 sit, vt vel vno, vel vtroque absente sententia
 promatur; quo casu contumax, in non ve-
 niendo, non impedit sententiam, & ideo
 non incidit in pœnam, eo ipso quod contu-
 max est in non veniendo; sed incideret, si
 sententiæ non pareret, *d. l. diem §. si quis litiga-*

Et

FORNIO

torum & ibi Bart. quare si iubeat iudicem a diri, ad alium arbitrium iri, vel ut arbitrio manii fundus tradatur, aut satisfactio detur impune ei non paretur, ne propagentur, differantur, aut in alios interdum agentium inimicos arbitraria transferantur. *l. non distinguemus §. fin. in princ. l. in compromissis ff. hoc tit.*

- 29 Ex sententia arbitri ꝑ stipulationem assumpti, non oritur actio vel exceptio rei iudicatae, sed ei paretur metu pœnæ, si certa pœna sit promissa; aut metu præstationis interesse, si promissum sit sententiæ stari, *l. ex compromisso & ibi gl. & DD. §. fin. & l. seq. ff. hoc tit.* Idem ꝑ iuris est, si datum sit pignus arbitro, ut aut ipse teneat; quo casu est pignus naturali obligationi accedens, qua tenetur pars ipso arbitro, ad seruandam sententiam; *arg. l. per retentionem C. de usur. aut ut ipse det parti, & tunc est depositum certa lege datum, daturque ei, cui dandum est, actio præscriptis verbis: l. si rem §. fin. ff. de præscript. verb. gloss. in l. cum antea in verbo nomine C. hoc tit. & ibi Bart. num. 4.* Ratio prædictorum est, quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legalem, *Bald. in l. cum antea sub numer. 2. & ibi Bart. sub n. 2. h. t.* Eadem ratione, quando assumptus ꝑ fuit nudo pacto cum pœna, ex eius sententia non oritur actio; *l. i. C. hoc tit.* nisi esset dictum rato manente pacto: tunc enim pœna commissa, & etiam soluta, remanet pactum simpliciter; ideo nouo iure ex sententia orietur actio: *Bart. in l. cum antea num. 2. & 3. C. hoc tit.* Quando duo sunt compromissa vnum cum pœna, alterum sine pœna attento compromisso sine pœna locum habet *l. cum antea C. hoc tit.* Ex ꝑ sententia arbitri nudo pacto, & sine pœna assumpti, homologata postea tacite vel expresse oritur actio & exceptio rei iudicatae, *l. cum antea C. hoc tit. & ibi Bart. in fine & Bald.*

nu. 2. parte vero reclamante, sententia non habet effectum, nisi cum sacramenti religione arbiter fuit electus; *d. l. cum antea §. altera*, quo casu non nascitur actio vel exceptio obstante auth. decernimus C. hoc tit. quæ reprobatur iuramentum in compromisso, sed iurans cogitur per censuram ecclesiasticam ad obseruantiam iuramenti, *c. final. de for. compet. in 6. Bald. in d. Auth. dicer. n. 3. Pan. in c. per tuas n. 8. h. t. latius distinguit.* Arbitramentum ꝑ cursu decem dierum non homologatur; expresse confirmatum per partes parit exceptionem quasi transactionis vel pacti, *Innoc. in d. c. quintavallis sub n. 6.* Finitur ꝑ cō-
34 promissum sententiæ prolatione, cum de omnibus de quibus compromissum fuerit arbiter pronunciauit; si de quibusdā tantum sententiam dixerit, de aliis nondum, non desinit esse arbiter, & in prima controuersia, potest mutare sententiam, de qua iam dixerat. In dubio, quando plures inferuntur quæstiones, hoc est vna ab vna parte, alia ab altera, videtur hoc actum, ut debeant simul pronunciarī super omnibus, propter naturam conuentionis & reconuentionis; & nõ seruata forma compromissi non videtur data sententia; nisi in cōpromisso dictum sit, quod possit iudicare semel, & pluries, & quoties sibi placuerit, hoc est in vno capitulo, semel & in alio postea; nam super vna re non possunt ferri plures sententiæ vel arbitraria: quando autem plures quæstiones, nihil sibi communes, inferuntur, ab vna parte, ad aliam; tunc actum videtur, ut possit pronunciarī separatim, nisi expresse in contrarium sit actum, *l. dicere in princ. & l. quid tamen & ibi post gl. Bart. ff. h. t.* Sententiam de omnibus; de quibus compromissum est, directam arbiter corrigere, aut mutare non potest; *l. dicere in fin. & l. quia arbiter ff. h. t. & ibi gl.* nisi compromisso cautum sit, quod possit iudicare

dicare

dicare semel & pluries, & ipsum iudicatum corrigere, ac mutare, *Bart. in l. quid tamen n. 2.* Secundo lapsu termini compræhensi compromisso re infecta, *l. si cum dies ff. hoc tit.* Tercio si vnus ex litigatoribus bonis cedat, *l. item si vnus ff. hoc tit.* Quarto semel commissa pœna, *l. si duo §. fin. ff. h. t.* Quinto si ambo litigatores ad iudicium, vel ad alium arbitrum ierint, quia hanc fecerunt ei iniuriam, vt spernerent eum: *l. sed et si in seruum in fine & duabus ll. seqq. ff. h. t.* aut vnus solus iudicem adiuit, & litem fuit contestatus; quo casu pœna cõtra eum committitur, propter contemptum, litem apud iudicem suo ordine peragenda, *l. si qui rem ff. h. t. & ibi gl. fin.* Sexto morte vnus a bi rorum etiam si in plures sit compromissum, *d. litem si vnus §. item si plures.* Septimo morte vnus compromittentium: compromissum enim in compromittentis hæredes non extenditur, nisi sit dictum, quod transeat ad hæredes vtriusque compromittentis, si de vnus hæredibus tantum sit expressum, expirat compromissum, morte cuiusvis ex litigatoribus, *l. diem §. 1. & l. sed & interpellatur §. fin. ff. hoc tit. c. fin. & ibi gloss. eod. tit.* quia non debet claudicare, *gl. mag. in d. l. sed* 35 *& interpellatur §. fin.* Appellatur ¶ à sententia arbitrorum iuris, siue necessariorum ad Sũmum Pontificem: *c. ab arbit. de off. de leg. in 6. & ibi gloss. fin. l. cum specialis C. de iud. & ibi Bart. num. 2. ab arbitris qui eliguntur ex necessitate statui inter attinentes, si necessitat statutum ad compromittendum sub pœna, non potest appellari; si vero statutum necessitat ad compromittendum, & disponat quod ex sententia ferenda oriatur actio poterit appellari: *Imol. in d. c. cum dilectus n. 17. hoc tit. Myns. obs. 68. cent. 4. §. porro secundo casu.* à sententia ¶ arbitri compromissarij non potest appellari: *l. 1. C. hoc tit. cap. à iudicibus 2. quest. 6. Myns. obs. 68. cent. 4.* sed ei parere debe-*

mus, siue æqua sit iniqua sit, & sibi impu-
ter quod compromisit; *l. societatem §. arbitro-
rum ff. pro socio d. l. diem §. stari.* nisi dolo ver-
latus sit arbiter, aut grauissime alteram par-
tium læserit: quibus casibus licet retractare
de sententia arbitri officio iudicis, coram
iudice causa principalis, *l. 2. C. vbi & apud
quem in integ. rest. pet. Gail. obser. 149. lib. 1.* per
reductionem ad arbitrium boni viri intra
decendum: *Pan. in c. quintauallu num. 16. de
iureiur. per l. pen. §. fin. autem C. de recep. arbitr. l.
non distinguemus §. cum quidam ff. de arbitr.
Gail. obs. 150. in princ. lib. 1. quæ est species ap-
pellationis, eique similis; d. l. non distinguemus
§. cum quidam Imol. in d. c. quintauallu nu. 43. &
47 de iureiur. & ibi Pan. nu. 28. c. à iudicibus &
ibi gloss. in fine 2. quest. 6. c. non sine hoc tit.* dictis-
que casibus nulla cautela impediri potest,
ac ne iuramento quidem in compromisso
præstito se non contrauenturos, etiam si
grauissimũ damnum sibi importaret: *Bald.
in d. l. cum antea nu. 3. & seqq. & à iudice recur-
sus siue reductionis licita est appellatio,
Myns. obs. 68. in princ. cent. 4. contra Bartol. in l. 1.
ff. de leg. 2. in fin. nulla ¶ dici potest si arbiter* 37
*expresse sententiam dixerit, contra sacras le-
ges aut constitutiones, l. si expressum ff. de appel.
aut non sit solemniter lata, l. prolatam C. de
sent. & c. gl. in l. diem §. stari in verbo siue iniqua h.
t. & ibi DD.* Præterea stipulatio, cum aduer-
sus sententiam quid sit, ita demum commit-
titur cum effectu, si sine dolo stipulantis fa-
ctum est, ne quis doli sui præmium ferat, si
quis compromittentium omnino in hac lite
dolo versatus est, si quidem cõpromisso ad-
ijciatur, si quid dolo, in ea re, factum sit,
tantam pecuniam dari, ex stipulatu conue-
niri, qui dolo fecit, potest; quod si huius-
modi clausula in compromisso adscrip-
ta non est, tunc de dolo actio vel ex-
ceptio locum habebit, *l. ita demum ff. hoc*

38 *tit.* Sententia arbitratoris ꝑ̄ reducitur ad arbitrium boni viri, coram iudice causa principalis, quia actor sequitur forum rei, *Bart. in l. societatem §. arbitratorum numer. 22. circa finem Alberic. numer. 6. ff. de arbitr. Afflict. decis. 132. Gail. obser. 150. nu. 2. & seqq. lib. 1. intra triginta annos, Bart. in l. societatem §. arbitratorum numer. 22. circa finem Alberic. numer. 6. ff. de arbitr. Afflict. decis. 132. Gail. obser. 150. nu. 2. & seqq. lib. 1. in contractibus stricti iuris per officium iudicis, l. si libertus la 2. ff. de oper. libert. in contractibus bonæ fidei ex eo contractu: l. si societatem §. arbitratorum ff. pro socio, fallit quando in contractu bonæ fidei, ex parte eius qui vult petere reduci ad arbitrium boni viri, nulla oritur actio; vt in contractu dotis, fuit compromissum in aliquem vt statueret dotem mulieri; qui inique mulierem grauauit, cui nulla datur actio de repetendo constante matrimonio; ideoque recurritur ad officium iudicis. *Bart. in d. §. arbitratorum numer. 17.* quia mulier, si à viro conueniretur vigore illius arbitramenti, posset excipere de eius iniquitate; quilibet autem, qui habet exceptionem etiam si non conueniatur, potest coram iudice ipsius rei, licet non sit iudex actoris, officium iudicis implorare, ne ab aduersario*

inquieretur: l. 3. C. qui bon. ced. poss. l. si contendat & ibi gloss. ff. de fideiussor. quia ibi exceptio examinatur principaliter, debet examinari coram illo iudice, coram quo deberet examinari, si a ctore agente exceptio secundum naturam exceptionis deduceretur, l. cum ij §. transactiones ff. de transact. l. fin. C. de vsur. pupill. *Bart. in d. §. arbitratorum nu. 19. & 20. Rot. decis. 236. nu. 2. & seqq. part. 1. diuers.* ratio diuersitatis quare non reducitur laudum arbitri, sed arbitratoris, est, quia ille qui compromittit in arbitrum, videtur velle, quod instar iudicis procedat, l. 1. ff. hog. tit. & contemnit iudicem quam habebat; ideoque ad ipsum reuerti non potest; quæ ratio cessat, quando compromittitur in arbitratorem. *Imol. in d. c. quinta uallis nu. 49.* Compromittens quoque si læsus sit ultra dimidium iusti pretii potest ꝑ̄ intetare remedium, l. 2. C. de rescind. 39 vend. etiam si laudum siue arbitramentum emologasset siue approbasset. *Bart. in d. l. 2. num. 8. C. de rescind. vend. & ibi DD. Iason in l. si quis cum aliter sub num. 15. post Bart. ff. de verb. obl. Bart. in l. societatem §. arbitratorum n. 25. ff. pro socio Mynsing. obs. 33. cent. 1.*

